3766

Ex
Libris P. Barthol
Schwarz Carthusiani.
1803.

INSTITUTIONUM IURIS NATURALIS ET ECCLESIASTICI PUBLICI LIBRI V.

AUCTORE
IACOBO ZALLINGER
SS. THEOLOGIÆ DOCTORE,
ET
IN LYCEO CATHOLICO AUGUSTANO
AD S. SALVATOREM SS. CANONUM
PROFESSORE PUBLICO, ORDINARIO.



Cum approbatione RR. Ordinariatus.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.
Sumptibus MATTHÆI RIEGER p. m. Filiorum.
MDCCLXXXIV.

πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. Matth. XIII. 52.

SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
PIO
DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ VI.

BEATISSIME PATER!

Nullum eſt diſciplinæ artisque liberalis genus, nulla diſciplinas & liberales artes tractandi ratio, qua ad corrumpendam divinam Religionem & ſacram Eccleſiæ Hierarchiam convellendam, ad deſpicienda pietatis ſtudia, virosque bonos, quibus Religio & omnis honeſtas cordi eſt, explodendos non peſſime abutatur ingens in hisce Germaniæ partibus ſcriptitantium multi-

 tudo.

tudo. Parum eſt hominibus importunis profaniſque, de graviſſimis & ſacris rebus imperite ac temere confabulari, niſi & ludant poetarum more, & incidi ſinant, per quas ludificent, imagines, & eloquentiæ vim affectent, floreſque prodigant, & hiſtoriarum monumenta in rem ſuam depravent, & theologicas doctrinas invadant, pervertantque, ii nimirum, qui rurſum in-

digent,

digent, ut doceantur, quæ ſint elementa exordii ſermonum Dei, quibusque lacte opus eſt, non ſolido cibo.

Hi tamen ipſi quaſi magiſtri religionis & humani generis doctores, pleni faſtu & impudentia, in omnibus pietatis officiis, quod carpant, reperiunt, quod detrahant, quod inane ac ſuperſtitioſum vociferentur. Con-

tra doctrinas veteres perinde, ac doctores, ac ſi quos ſentiunt ſacræ antiquitatis vindices, ac ſophiſmatum, quibus utuntur, ultores, dici non poteſt, quanta ſuperbiloquentia debacchentur.

Hæc perverſi animi ſenſa atque a pietate remota penitus, hæc inverecundi commenta ingenii, impiaque in ſacroſanctam

Reli-

Religionem atque Eccleſiam coniecta convicia innumerabilibus ſcriptis, libellisque, & opuſculis, imaginibus quoque ac cantibus diſſeminant, quodque dolendum eſt maxime, impune libereque diſſeminant. Non ego infelicibus illis temporibus, quibus barbarorum incurſione vaſtatum eſt Occidentis imperium, tot numero Rugos ac Gepidas, Hunnos & Baſtarnos, non tot

Gothos & Vandalos, Herulos ac Turcilingos, non tot Sarmatas & Troglodytas, Alanos, Roxolanos & Longobardos in catholicas atque Eccleſiaſticas terras irrupiſſe arbitror, quot exitiabiles nunc ſcripturas & libellos, dialogosque, & commentariola, & fabulas & oratiunculas & tractatus formarum, generumque diverſiſſimorum in perniciem rei catholicæ immittunt ignoti fere

nomi-

nominis, atque adeo nullius auctores; qui utinam ignotæ etiam linguæ eſſent! Nunc vero patrio maxime ſermone uſi, fallaciſſima veritatis bonique publici ſpecie & imperitis illudunt, & infirmos affligunt, & probos conturbant, & malos exemplo corroborant, acriusque inflammant, & veteres Eccleſiæ Romanæ hoſtes excitant, atque audaciores reddunt: ut quidem bellum, quod con-

ſtan-

ſtantia catholicorum doctorum, ipſaque temporum diuturnitate deferbuerat, de graviſſimis Religionis noſtræ capitibus, ac ſi decertatum nunquam fuiſſet, integris oporteat viribus reſtaurari.

His quidem modis etſi Religioni omnique pietati peſſime noceant ſcriptores noſtri;

ſtri; tamen leviores duntaxat velitationes facere ſibimet videntur; maximum enim robur, præcipuamque vim ad ſubvertendam Eccleſiæ ſanctitatem ac poteſtatem in Iurisprudentia collocatam putant, eaque philoſophica ſeu naturali, maximeque Publica, ut vocant, & Publica dein quoque Eccleſiaſtica; quam quidem modulo ſuo, ingeniique argutiis, pravisque ſtudiis metientes,

tes, nequaquam ex ſacris, ut oportebat, Traditionibus, divinisque Scripturis eruunt, atque exædificant. Has igitur iuris diſciplinas maxime commendant, has in cœlum ferunt laudibus, quaſi theſaurum complecterentur veritatum, iuſtitiæque regularum, quas hominibus nulla antiquitatis cognitio, nulla venerabilium Patrum monimenta, nulla ſacrarum ſynodorum acta, nulla doctiſſimo-

norum, qui ante nos fuerunt, virorum volumina præſtare poſſent.

Nec vero ſine cauſa hanc extollunt Iuriſprudentiæ partem, non eam quidem incorruptæ doctrinæ conſentaneam, ſed ſtudiis ſuis, & conſiliis accommodatam. Tot enim in ea tractatione docent artes detrahendi de officiis Religionis, negligendique pieta-

tis

tis ſtudia, tot vias oſtendunt ſubterfugiendi Eccleſiæ iudicia, eludendi ſacras leges, legumque & iudiciorum vim declinandi, tot ſuggerunt rationes, methodice, ut ita dicam, enervandi efficacitatem Hierarchicæ Poteſtatis, ut ea aut nulla eſſe videatur, aut in manibus politicorum magiſtratuum requirenda.

Hæc

Hæc ego, BEATISSIME PATER, in hac orbis Chriſtiani luce nequaquam perſcriberem, niſi penitus vero conformia, atque adeo minora vero eſſent. Nunc vero eo potiſſimum conſilio commemoravi, ut admirabilem Clementiam, paternamque bonitatem TUAM agnoſcere me, tenerrimisque animi ſenſis ſuſpicere profiterer, qua præſentes Inſtitutiones Naturalis Iuris & Eccleſiaſtici

b Publi-

Publici, ut Sanctiſſimo TUO inſcriberentur Nomini, Benigniſſime annuere, atque indulgere dignatus es. Totum id, quod commentatus ſum hoc opere, non ſine ingenti labore meo, quale quale ſit, certe alienum eſt a novitate ætatis noſtræ, a novorum autem conſiliis ſcriptorum longe alieniſſimum. Neque ob id vereor, ne nihil novi ſe repe
riſſe in ſcriptione hac conquerantur æquita-

tis

tis amantes & eruditi lectores. Ipſa novitas errorum novum profecto poſcebat defenſionis genus; neque illud non novum eſt, iisdem inventores horum iurium profligari armis, quibus impetere ſacroſanctam Eccleſiam conabantur.

Quamobrem, BEATISSIME PATER, etſi haud omnia tractata a me pro dignitate

rerum, neque eo, quo par eſt, orationis cultu ornata atque illuſtrata ſint; tamen ita fidenter, aperteque expoſita fuerunt, ut quidem bonos omnes temporum acerbitate deiectos, & quodammodo oppreſſos, cum ea Beatiſſimo TUO inſignita Nomine conſpecturi ſunt, ipſa catholicæ profeſſionis libertate recreandos confidam. Neque enim, BEATISSIME PATER, ita Germani omnes, ac

ne

ne potiorem quidem partem deſcivimus a priſtina virtute, fideque, & nativa conſtantia, ut recentium ſcriptorum leviumque commoveri ventis, & circumferri nos patiamur; neque in Hiſtoria Eccleſiæ, patriæque noſtræ ita peregrini ſumus, ut, quæ ante bina iam ſecula a Novatoribus ſparſa fuerant errorum ſemina, eorum nunc venenata recoctaque germina ab impro-

bis hominibus obtrudi nobis, non ſentiamus.

Equidem quæ miſerentis Dei ſingularis eſt gratia, intimis ſenſibus, animoque ac corde penitus fixum teneo, quod palam, iteratoque ex formula Pii P. IV. conteſtatus ſum: *Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſia-*

rum

rum Matrem & Magiſtram agnoſco — item-
que illud: *Extra hanc veram Catholicam
fidem nemo ſalvus eſſe poteſt.* Ut vero,
quidquid ingenio, contentioneque poſſem,
ad eiusdem conferrem fidei, Eccleſiæque
tuendam cauſam, fateor, incredibiliter me
excitatum, atque accenſum fuiſſe Singulari
TUA BEATISSIME PATER, vereque
Paterna Gratia ac Caritate, qua, cum bien-

nio abhinc Auguſtanam urbem beares adventu TUO, ſingulos & univerſos amplexari viſus es; ac cogitabam tum quidem, non memoriam ſolum, ſed rem ipſam renovari, quam S. Leoni P. IX. per Auguſtanam civitatem Romam commeanti accidiſſe Wibertus non æqualis modo eorum temporum, ſed Archidiaconus eiusdem ſancti Antiſtitis hisce verbis prodidit: „ Apud

„ ur-

„ urbem Auguſtam divinam promeruit con-
„ ſolationem, dum in revelatione audivit
„ angelica voce harmonicam modulationem
„ dulciſſime conſonantem: *Dicit Dominus,*
„ *ego cogito cogitationes pacis, & non affli-*
„ *ctionis: invocabitis me, & ego exaudiam*
„ *vos, & reducam captivitatem veſtram de*
„ *cunctis locis.* „

Haud abſimili, cum apud nos verſareris, BEATISSIME PATER, divinæ conſolationis, paternique amoris ſuavitate affluere videbare; qua quidem ſi & ſcriptionis meæ conſilium probes, & rem ipſam pro excellenti, qua polles, eruditione ac ſapientia non penitus nullam, & contemnendam iudices; tum vero uberrimos laborum meorum fructus me conſecutum credam.

dam. Hoc animo ad SANCTITATIS TUÆ Pedes, quanta maxima poſſum reverentia atque animi ſubmiſſione proſtratus Apoſtolicam Benedictionem humillime imploro.

SANCTITATIS TUÆ

Humillimus, devotiſſimus & obedientiſſimus ſervus verus, auctor operis, & Profeſſor Iuris.

APPRO-

APPROBATIO.

Legi præclarum ingenii partum, nimirum *Inſtitutiones iuris naturalis*, *&* *Eccleſiaſtici publici* a clariſſimo viro Iacobo Zallinger SS. Canonum in Lyceo Auguſtano Profeſſore editas, neque Catholicæ fidei, bonorumve morum diſciplinis quidquam in iis adverſum deprehendi; reperi autem, quod ſelecta doctrina munitæ, variaque eruditione excultæ ſint; proin easdem publica luce digniſſimas cenſeo. Auguſtæ Vindelicorum die 20. Iulii anno 1784.

JOSEPHUS ANTONIUS STEINER
SS. Theol. Doctor, Eminentiſſ. ac Sereniſs. Elect. Archi-Epiſc. Trevir. Epiſcopi Auguſtani Conſiliarius Eccleſiaſticus, Maior Pœnitentiarius, Conſiſtorii Aſſeſſor, Viſitator Generalis, ad inſignem Collegiatam S. Mauritii Canonicus, & librorum Cenſor.

Impri-

Imprimatur.

Datum ex Rerverend^mo Vicariatu Auguſtæ Vindel. die 20. *Iulii* 1784.

THOMAS JOS. DE HAIDEN I. U. D. Eminentiſſimi & Sereniſſimi D. D. Archiepiſcopi, & Electoris Trevirenſis, Epiſcopi Auguſtani Conſil. intimus, Provicarius Generalis ac Vice-Officialis.

ÆQUO

ÆQUO LECTORI.

De inſtituto præſentis operis paucis verbis præfari non poſſum : multis non debeo ; nam opportunitate uſus publicæ diſputationis, ſingulare commentariolum confeci, quo & con-

ſilii

ſilii mei rationem explicare, & rerum, quas tractandas ſuſceperam, deſcriptionem adumbrare ſtudui. Id opuſculum, uti & libri quinque, in quos ipſum diſtribui opus debere viſum eſt, ita comparati ſunt typorum partitione, ut uno omnes volumine comprehendi poſſint, aut ſinguli a ſingulis ſeparari, quemadmodum collibitum lectori fuerit Quodſi orthodoxo ſcriptori non minus libertatis concedi fas eſt pro tuenda honeſtate morum, & ſacroſancta Religione, Eccleſiaque, quam ad easdem impugnandas ſibi ſumunt homines improbi; non eſt, cur virorum prudentum iudicia reformidem. Ego vero illud inprimis, & palam pronuncio, me omnia prorſus ac ſingula, quæ commentatus ſum, ſcripſique, ex animo ſubiicere iudicio Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum Matris & Magiſtræ, cujus fidem integram & inviolatam,

usque

usque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime (Deo adiuvante) retinebo & confitebor, utque ab illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneatur, & prædicetur, quantum in me erit, curaturum profiteor.

IN-

INSTITUTIONUM IURIS NATURÆ

LIBER I.

IUS NATURÆ PRIVATUM.

CAPUT I.

Inquiſitio Iuris naturalis a contemplatione naturæ inchoanda eſt.

ARGUMENTUM.

§. I. *Spectatur homo, qua corpore conſtat & animo, resque externas ſibi adhærentes habet:* II. *Qua conjungitur ab ipſa natura cum ſummo Deo, ſecumque ipſo tanquam alius a ſe, & cum hominibus aliis:* III. *Qua diverſo & multiplici ſtatu poſitus eſt.* IV. *Ea hominis natura, ea coniunctio, ii ſtatus fines ſuos habent a natura præfixos.* V. *Ab his capitibus arceſſitur omne naturæ ius.*

§. I.

Jurisprudentia naturalis ſyſtema eſt, ſeu ordine digeſta complexio obligationum & iurium naturalium, quæ nempe ex natura rerum, maximeque

hominis profluunt. Id igitur in hac diſciplina primo curandum eſt, ut, quam fieri poteſt, maxime explicata notio naturæ hominis comparetur; quam cum anguſtæ definitiones non præbeant Metaphyſicorum, ad *Analyſin* naturæ recurri neceſſe eſt, per quam evolvantur ea, quæ inſunt in natura, eive extrinſecus adhæreſcunt. Hæc partium hominis evolutio, & ſegregatio, quæ ſola mente fit, non ita cogitanda eſt, ac ſi corpus humanum inſtar exanimi cadaveris, aut mens inſtar ſpiritus ſegregati ſit, quod nihil incommodi patiatur a concretione materiæ, cui alligata eſt. Utriusque haberi ratio debet, utrique accommodanda iura & obligationes, nempe & corporeæ naturæ infirmitati, & celſitati naturæ intelligentis.

(*a*) *Corporis* propria ſunt, origo & interitus, prope ut in beſtiis; (1) neceſſitas vero curæ, atque educationis longe maior, & moleſtior: ætas varia, eiusque gradus, infantia, pueritia, adoleſcentia, iuventus, ætas virilis, vergens, ſenilis, decrepita. *Iunior* aut *ſenior* dicitur quis vel comparate ad vitæ curſum, vel ad adventitium ſtatum, quo longo tempore aut brevi fungitur. In legibus *maiores* aut *minores* annis nuncupantur, uti quisque per ætatem idoneus habetur rebus ſuis adminiſtrandis, aut ob iudicii imbecillitatem alienæ curæ ſubiici debet. Spectatur præterea in corpore integritas membrorum, ſtructura non vitiata, ſanitas, qua apta ſunt functionibus obeundis, ad quas deſtinantur; dein robur, agilitas &c. & his contraria, maxime vero mortalitas & inhærens perpetuo neceſſitas rerum plurimarum ad conſervationem individui, ut aiunt, velut circa victum, veſtitum, habitationem, ſomnum, uſum virium corporis.

(*b*) In animo inſunt facultas cognoſcendi, atque appetendi tum communis illa homini cum ceteris animantibus, tum qua is ſupra beſtias intellectu & voluntate ſeu ratio-

ratione eminet: inclinationes dein pariter generis utriusque. *Inſtinctus* vocant perceptiones animi moleſtas vel gratas, dum corpus re quadam indiget, eamque mens ſine mora expetit, aut fugit: *Propenſiones* ſunt inclinationes voluntatis, per quas ferimur in rem quandam, ſed æquabili & quieta ratione. *Stimulus* nuncupatur directio virium animi ad rem quandam efficiendam. (2) Sed in primis venire in conſiderationem hoc loco debet naturalis ac perpetua beatitatis appetitio, & moleſtiæ miſeriæque fuga, dein motuum animi corporisque dominatrix ratio, qua mens humana præ innumeris animantium generibus ſola habens notitiam ſummi Conditoris & ſui ipſius, cauſas rerum atque ordines ſcrutatur, quid rectum, quid pravum ſit in humana vita, perſpicit, ſenſus moderatur, imaginationis tum impetus cohibet, tum præſtygias dispellit, cupiditates domat, & actiones in utramque partem regendi facultate pollet, ut adeo homo, ſi ratione uti velit, res caducas univerſas longe infra ſe poſitas videat, easque præ æternis deſpiciat, & infinito cognoſcendo bono atque amando intentus beatitatem conſectetur, qua ſempiterna illa ac divina mens potitur, cuius imaginem ipſe mente ſua impreſſam tenet. Affectiones igitur animi aliæ *tranſeuntes* ſunt, ut cogitata varia, appetitiones, voluptas, tædium, commotiones graviores, cupiditates, perturbationes: aliæ *permanentes*, ceu inſtinctus, propenſiones, ſtimuli, non quod perpetuo mentem agitant, ſed quod propoſita re quapiam aut voluptate percepta vel moleſtia illico evigilant, & præſto ſunt. In his aliud connatum eſt, aliud adventitium, & uſu contractum, veluti conſuetudines rectæ aut pravæ, ſtudio atque iteratione actuum corroboratæ, quæ penitus infiguntur in nobis, vimque naturæ aliquando induunt. Ex his omnibus pernoſcenda eſt ipſa mentis natura, concretionis expers, quæ res longe poſitas ſupra ſenſus cogitando & amando complectitur, beatitatis appetens, actuum domina & arbitra, permanens diſſoluto corpore, & pro conditione præſentis vitæ æternum beata futura aut miſera.

(c) Extrinſecus homini adhæreſcunt nominis exiſtimatio, honor, dignitas, dominatio, opes: dein copia affluens rerum, ac poſſeſſionum ad neceſſitatem vitæ, vel commodi-

moditatem quoque & iucunditatem pertinentium, illuſtris proſapia, clientum, amicorum greges, aliaque generis iſtius. quæ pluris ſæpe fiunt a ſtultis hominibus, quam ſana ratio approbet.

(1) *Unus interitus eſt hominis & iumentorum, & æqua utriusque conditio; ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur.* Eccle. III. 19. *Id pertinere ad interitum corporis tantum, patet ex eodem libro,* XII. 7. *revertatur pulvis in terram ſuam, unde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

(2) *Commemoravi naturæ inſtinctus, propenſiones, ſtimulos; neque enim in naturam inquirenti præteriri debent veſtigia naturæ ipſius, motusque. At enim, dum ſcriptores nonnulli morbos naturæ vitiaque pro nativis motibus habent, atque in iis modo hærent, quæ communiter homini ac beſtiis conveniunt, fieri non poteſt, quin diſciplinam iuris naturalis proferant atque obtrudant humano generi, quam & feles, & canes & aſelli terreſtres ac marini norunt, exercentque. Horum avus Ulpianus ius natura, inquiebat, illud eſt, quod natura omnia animalia docuit. Segreganda ſunt primo communia illa & homini & feris beſtiis, quæ ratione regi in hominibus debent, ceu amor ſui, & ſtudium conſervandi vitam, incolumitatem: præterea ſympathia, quam vocant, qua fit, ut, quæ cognitione & appetitu pollent, aliorum ſimilium ſtatum quodammodo conſentiſcant; dein ſpectanda ſunt ea quoque, quæ ita rationis ſunt propria, ut in poteſtate non ſint, ſed etiam invitis obtingant; iſtiusmodi ſunt cognitiones quædam, eæque non levis momenti, quæ ipſo rationis vitæque uſu in homine proveniunt neceſſario, verbi cauſa de ſupremo Deo conditore rerum & gubernatore, iuſtoque iudice pro meritis cuique tribuente: de animorum immortalitate, præmiis & ſuppliciis futuræ vitæ, de honeſtate & turpitudine actionum: ſimiliter motiones quædam voluntatis, ceu faſtidium & pudor non voluntarius de commiſſo facinore, morſus conſcientiæ, ſupplicii metus, tranquillitas & gaudium mentis, culpæ nullius conſciæ: deſiderium perfectionis, exiſtimationis, libertatis, amicitiæ &c. aliaque iſtius generis a veteribus dicta virtutum ſemina, ac ſcintillæ, quas ipſa in nobis accendit natura.*

§. II.

§. II.

Contemplanti humanam naturam fieri non poteſt, quin illico obverſetur arctiſſima conjunctio, qua homo ipſa ſua origine, omnique progreſſione vitæ, ac fine aſtringitur ſummo Deo, nempe Creatori ſuo, & gubernatori, & beatitatis fini ac metæ. Dein cum de ſe quisque, ſuaque præſente ac futura ſorte cogitet neceſſario, fit, ut alium quisque a ſemetipſo ſe conſiderans, quid maxime ſibi expediat, quid a ſemet debeatur ſibi, expendat, dicatque: *proximus egomet ſum mihi* præ hominibus aliis, præſertim cum, ut Cicero inquit, multiplex animal ſit homo, nempe multiplici præditus facultate, nec ipſe ſibi perpetuo intus conſentiat, ſed deliberando appetendoque ſæpe in partes diſtrahatur contrarias. Denique non uno vinculo hominem cum hominibus devinxit natura, communi nempe origine, progreſſu ac fine, ſimilitudine facultatum, appetituum, miſeriarum, voluptatum, & qua unum præ animantibus hominem inſtruxit, facultate ſermocinandi, communicandique cogitata & ſenſa animi, mutuam opem ac ſolatia. Dubium igitur non eſt, quin ad perfectam naturæ hominis cognitionem id triplex pertineat conjunctionis nexusque genus, nempe hominis cum ſupremo Deo, ſemetipſo, hominibus aliis.

(*a*) Supremo quidem Deo immutabili neceſſitate nos *creatio* aſtringit, *gubernatio*, *beatitatis finis*. Quidquid homines contulere, ut eſſemus in univerſitate rerum, totum id, uti vis generandi & facultas omnis provenit a Deo, a quo mentem unaque vitam accepimus. (1)

Quanti igitur quanti ſumus, Dei ſumus, qui ſibi inconcuſſo & ſummo jure nos vindicat. Adde creationi Creatoris divinam *ſapientiam*, qua rebus a ſe conditis optimos fines præſtituit, aptiſſimaque media adminiſtrat: incredibilem *bonitatem*, qua communicare beatitatem ſuam cum mentibus creatis vult: immenſam *potentiam*, qua conſilia ſapientiæ & bonitatis ſuæ exequitur, quæque obſtacula ſunt, removet; tum intelliges, nihil optabilius eſſe homini, quam ut a Creatore ſuo pendeat totus, eidemque animo volenti, non triſti neceſſitate ſeſe ipſe ſubiiciat. Hæc ſi animo comprehendas, divinum, id eſt, ſummum imperandi ius perſpicies, cui ſumma & inviolabilis obtemperandi neceſſitas ſeu obligatio reſpondet. Si dein ad gubernatricem rerum providentiam attollas mentem oculosque, cito intelliges, cœleſte Numen non modo *imperare poſſe* conditis a ſe mentibus, ſed reipſa imperare, ac perpetuo moderari, tum quæ hominis in poteſtate non ſunt ceu diuturnitas vitæ, incolumitas, fortuna proſpera & adverſa, humanorum conſiliorum exitus; tum quæ in manu conſilii hominum, & arbitratu liberaque poteſtate reliquit ſanctiſſimis præfixis legibus, graviſſimaque ſanctione munitis, quemadmodum paulopoſt explicaturi ſumus. Denique ob ſimilitudinem mentis noſtræ cum divina & perfectiſſima mente fieri non poteſt, ut vera beatitas alia vel a nobis percipiatur, vel a Conditore præfiniatur, quam quæ in cognoſcendo & amando infinito bono poſita eſt; citius appetitum ſenſuum expleri intelliges, quin rem ſenſu percipiat, quam mentem rationis participem, quin teneat infinitum bonum, in eoque acquieſcat.

(*b*) Generatim dici poteſt, hominem non ſibi tantum, ſed aliis quoque hominibus natum eſſe, idque eſſe naturæ, ejusque auctoris conſilium, ut alter alteri ſuccurramus quaqua ratione. Neque tamen id obſtat, quo minus altiore ductu hominum conſuetudine quis excedat, & ſublimiori vitæ inſtituto tantundem proſit humano generi, quantum qui in medio verſantur foro. Cœterum hominum inter homines degentium beatitas præſentis vitæ, aut certe minor, majorve miſeria magnam partem ex aliorum, quibuscum vitam vivit, conſortio, affectionibus, moribus factisque

que pendet. Uti enim maximæ utilitates alteri ab altero provenire poſſunt; ſic nulla eſt tam deteſtabilis peſtis, quæ in hominem ab homine non proficiſcatur.

(*c*) Natura ſuas cuique noſtrum facultates diſtribuit, ſuas ſingillatim vires corporis animique; ac miſeriam ſuam aut voluptatem mentis ita quisque intime percipit, ut nemo magis; non alieno iudicio, ſenſuve, ſed noſtro miſeri ſumus aut felices; ac fieri poteſt, ut ſempiterna beatitate aliquando potiamur, etſi alii eadem excidant, aut contra cogamur illa carere, graviſſimosque cruciatus ferre, etſi beatiſſimi ſint alii. Nemo igitur, ſi ſapere velit, ita ſe aliorum impendit commodis, ſeipſum ut penitus negligat; eſtque illud æque ſanæ rationis, quam divinæ ſapientiæ effatum: *Quid prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* (2) Neque tamen hæc eo pertinent, ut perpetuo ſeipſum quisque ſpectet agendo, ſuaque commoda. Satis eſt, ſi non noceat ſempiternæ beatitati ſuæ. Quid enim nos cogit, ut de nobis ſemper cogitemus, noſtroque inhiemus lucro? ac videtur mihi hæc ſumma eſſe perfectio ac beatitas humanæ mentis, ut ſui aliquando oblita de ſolo Deo eiusque admiranda pulchritudine cogitet, & gaudeat cogitando, & divinitatem admiretur, prædicet, puriſſimoque complectatur amore; quamquam idipſum in maximam perfectionem eiusdem mentis redundet, ut animadverſum eſt ſupra. Quid? ſi beneficium in me confers, tuis rationibus te conſulere non vereberis profiteri, teque non benefactorem eſſe, ſed nundinatorem, neque meæ, ſed tuæmet rei geſtorem utilem? Sane qui maxime attenti ſunt ad rem ſuam, id quam occultiſſime ſolent agere, palamque iactitare, non ſuo quodam emolumento, ſed aliis gratificandi ſtudio aut publicæ rei iuvandæ conſilio res graves ſuſcipere ſe, ac moliri. Recte Tullius l. V. de finib. *Honeſtum,* inquit, *intelligitur, ut detracta omni utilitate ſine ullis præmiis fructibusque per ſeipſum poſſit laudari. Permulti enim eam unam ob cauſam multa faciunt, quia decent; quia honeſtum eſt, etſi nullum ſecuturum emolumentum videant.*

(1) „*Dixit ad eos (Mater Machabæorum ad ſeptem filios)* „*neſcio, qualiter in utero meo apparuiſtis: neque enim ego* „*ſpiritum & animam donavi vobis & vitam, & ſingulorum* „*membra non ego ipſa compegi: ſed enim mundi creator, qui* „*formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit ori-* „*ginem.*“ II. Mach. VII. 22. 23.

(2) Matth. XVI. 26.

§. III.

Status Philoſophis appellatur complexio omnium notarum tam conſtantium, quam mutabilium, quæ rei inſunt, vel adſunt; diciturque ſtatus *phyſicus* rei, quando ea notarum complexio provenire intelligitur a cauſis ſecundum naturam ſuam agentibus, vel effectis: *ſtatus moralis*, quando complexio notarum, quæ naturæ intelligenti inſunt, vel adhærent, refertur ad mores, nempe ad iura & obligationes, quæ vi illius complexionis naturarum intelligentium propriæ ſunt; inde fit, ut ipſa iurium & obligationum complexio, quæ in hominem certis notis affectum cadunt, *ſtatus moralis* nuncupetur; homo vero eiusmodi notis, indeque profluentibus iuribus & obligationibus affectus vocetur *perſona*: homines plures inter ſe conſociati ad certum finem, & communi ſententia ac voluntate operantes, ſunt perſona *moralis*. Quemadmodum omne, quod in hoc mundo eſt, id in ſpatio quodam ſit, neceſſe eſt; ita eſſe vel cogitari nihil poteſt, quod idem non ſit in ſtatu quodam. Repugnat enim, ut quod eſt, id circumquaque determinatum non ſit. Semper igitur

tur in homine præſto erit complexio notarum qua conſtantium, qua mutabilium, quæ iurium atque obligationum eidem convenientium contineat rationem. Atque hoc quidem modo quandam analogiam inter ſpatium ac ſtatum videre ſibi viſus eſt Puſendorfius. De ſtatu morali, quem unum intelligi hoc loco res ipſa indicat, ſequentia ſunt adnotanda:

(*a*) *Status naturalis* hominis is eſt, quem a natura obtinet, nullo accedente hominis facto, inſtituto ac peculiari & voluntaria Dei lege: contra *adventitius* eſt, qui ex hominis facto vel inſtituto quodam, aut voluntaria Dei lege ſupervenit. Quia hominem ipſa natura ad ſocietatem hominum aliorum conformavit; idcirco ſtatus, quem a natura obtinet homo, non excludit ſocietatem hominum, generalem nempe & abſolutam, ſed eam tantum, quæ ex hypotheſi cuiusdam facti vel inſtituti e. g. ex propria electione oritur. Si homines ex Adamo & Eva tanquam communi ſtipite deſcendiſſe, proindeque communione ſanguinis ac ſtirpis coniunctos, & adventitio ſtatu affectos obiicias; reſpondendum eſt, illud vinculum ex cognatione proveniens eo magis exoleſcere, quo longior a communi ſtirpe ſit progreſſio; ac poſito etiam quovis adventitio ſtatu quæri & inveſtigari nihilominus poſſe, quid homo ſolius naturæ vi, etſi abeſſe cogitetur is ſtatus, debeat Deo, ſibi ipſi, aliis hominibus. (1)

(*b*) Homini in ſocietate abſoluta generis humani conſtituto non una ſuppetere poteſt ratio coniungendi ſe arctius cum alia perſona, aliisve pluribus, ad fines naturæ conſentaneos; ſic exiſtent ſocietates *particulares*, quæ non communes cum omnibus ſunt, & *hypotheticæ* nempe ex hypotheſi pacti vel inſtituti cuiusdam. Eiusmodi ſocietates maxime ſimplices ſunt coniugalis, parentalis, herilis, ex quibus, aut certe quarum ex pluribus coaleſcit ſocietas familiæ, ſeu domeſtica. Status iſtiusmodi ſociorum adventitius, eſt

 com-

complexio iurium & obligationum coniugibus inter ſe, parentibus ac liberis, domino ac ſervi, patrifamilias & domeſticis convenientium.

(*c*) Conſociatio familiarum ſub communi imperio civitatem efficit, & ſtatum adventitium civilem, complectentem iura & obligationes imperantium & parentium.

(*d*) Plures civitates, quarum altera ab altera non pendet, cum ſint inſtar perſonarum moralium, tanquam perſonæ in ſtatu naturali degentes, proindeque ſuis iuribus & obligationibus affectæ ſpectari poſſunt, ſolentque.

(*e*) Quamdiu obligationes, quæ ſtatum quempiam comitantur, inter ſe haud pugnant; nec repugnabit, ut idem diverſo ſtatu ſit affectus tempore eodem. Hinc obligationes, quæ cuidam conveniunt, ex aliis atque aliis ſtatibus, tanquam diverſis principiis derivari ſæpe queunt; ac qui obligationes colligit ex uno ſtatu tanquam principio dimanantes, reliquis prætermiſſis, non continuo obligationes alias ex aliis manantes ſtatibus excludere aut inficiari cenſendus eſt.

(*f*) Status quivis adventitius id fere efficit, ut, quæ per naturalem ſtatum parum determinata ſunt iura, ea magis, & adcuratius determinentur: ut obligationes ſtatus naturalis propriæ firmentur novis vinculis & rationibus atque incitamentis: denique ut nova exſtant iura, & obligationes novæ, quarum in naturali ſtatu ratio nulla deprehenditur.

(1) „*Ad ſtatum naturalem, quem & primigenium vocitant, verba Ciceronis referenda ſunt* l. I. Offic. „*intelligendum eſt etiam, duabus quaſi nos a natura indutos eſſe perſonis: quarum una eſt communis, ex eo, quod omnes participes ſumus rationis, præſtantiæque ejus, qua antecellimus beſtiis: a qua omne honeſtum decorumque trahitur, & ex qua ratio inveniendi officii exquiritur. Altera autem, quæ proprie ſingulis eſt attributa.*“ *Hanc quidem alteram in varietate morum, propenſionum, ſtudiorumque Tullius collocat, additque:* „*Duabus iis perſonis, quas ſupra dixi, tertia adiungitur, quam caſus aliquis vel tempus imponit. Quarta etiam, quam nobismetipſis iudicio noſtro accommodamus. - - ſe alii ad philoſophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquen-*

„*tiam*

*„tiam applicant, ipſarumque virtutum in alia alius mavult ex-
„cellere.“*

§. IV.

In facultatibus animi noſtri, in rebus circumpoſitis extra nos, in triplici eo nexu, quo Deo, hominibus, nobismetipſis devincimur, denique in ſtatibus diverſis, de quibus adhuc egi, luculenter promicant conſilia divinæ ſapientiæ, rerumque fines impreſſi in natura earundem. Hos fines, unaque voluntatem ſuam Creator re magis, quam verbis manifeſtavit. Finium ultimus Conditoris gloria eſt, & hominum beatitas; de qua, etſi aliæ tractent etiam theoreticæ diſciplinæ; tamen illud proprium huius loci eſt, veram beatitatem hominis eiusmodi eſſe oportere, qua I. potiri quivis queat: II. quæ completa ſit, id eſt, quæ removeat miſerias, & facultates hominis ac deſideria expleat. III. Denique quæ æternum perduret. Ex conditione triplici hac de rebus caducis præſentis vitæ, earumque veluti pretio, ceu de opibus, exiſtimatione nominis ac gloria, de oblectamentis ſenſuum cogitatum ferri iudicium, indeque confici debet, veram beatitatem præſenti mortalitati haud conceſſam, ſed alteri immutabili vitæ reſervatam a ſummo Deo fuiſſe; neque tamen nullam optimus Conditor, beatitatis ac tranquillitatis particulam nobis paravit atque obtulit in terra degentibus; eſtque ea, quam & *viam* eſſe voluit, qua ſempiternam, expletamque felicitatem conſequeremur,

ac

ac *finem*, quem perſequeremur in hoc ſtatu mortali. Uno verbo rem complectuntur, qui præcipiunt *convenienter naturæ vivere*, idque hominibus ceu finem in hac vita propoſitum eſſe ſtatuunt, (1) quamquam; ne manca & imperfecta ſit notio, totum id explicatius tradatur per tria diſciplinæ iſtius ſumma capita, quæ ſunt: *Primo* Religio ſeu cultus, quem ſummo Deo præſtamus in hac vita, *Secundo* conſervatio, cultura ſeu perfectio ſtatus proprii, *Tertio* ſocialitas. De hisce finibus, quos hominum vitæ atque actionibus proxime natura propoſuit, tria itidem momenti maximi ſunt animadvertenda:

(*a*) Inſunt in finibus certi gradus, eſtque modus ac finis, intra quem fines præfixos perſequi poſſumus aut debemus. In omni re videndum ac ſtatuendum eſt, *quatenus* v. c. ſtudendum ſit perficiendo ſtatui, excolendæ menti per artes, ſcientias; quatenus opera navanda aliorum commodis, quatenus colligendæ opes, quatenus honoribus ac dignitatibus vacandum: quatenus ſumtus faciendi in rem divinam pro exſtruendis vel ornandis templis &c.

(*b*) Quia plures nobis propoſiti ſunt fines propiores, eorum ordo quidam cogitari debet, quo alter alteri præſtat, aut contra ſubiici debet; neque enim infirmitas virium noſtrarum, neque tempora, quibus implicamur, ſinunt, ut omnia animi, corporis aut externa commoda conſectemur, aut quævis incommoda ſimul evitemus. Exoritur ſæpe pugna, & colliſio bonorum, finiumque, ut, qui unum ſervare velit, vel adipiſci, alterum dimittere e manibus cogatur. (2)

(*c*) Qua via eo perveniri poſſit, quo tendimus, diſpiciendum eſt, & finium mediorumque comparatio facienda diligenter; ne ſcilicet recedamus a meta, quando propinquare volumus: ne medicina nocentior ſit malo, cui depellendo adhibetur: & ne committamus mala,

la, ut eveniant bona. Hoc modo de *μονομαχια* quærunt, ſitne apta ratio reparandi honoris læſi; & pactum anarchicum familiarum, utrum ſufficiat præſtandæ ſecuritati, an ſocietas civilis ob eam cauſam ineunda ſit neceſſario.

(1) *Cum plurimi tractatores huius diſciplinæ id fere ſpectent, quod hominum natura cum beſtiis commune, aut etiam depravatum habet: pauci complectantur omnia, quæ indita nobis a natura ſunt, nec ſatis attendant ad nobiliores illas facultates, per quas ſimilitudine quadam attingimus primam & infinitam mentem; uſu venire ſolet, ut iidem mirifice diſſentiant in eo, quid naturæ conveniat maxime. Hobbeſius conſiderata ferocitate quorundam populorum & communi hominum cupiditate ſibimet conſulendi, vim ac bellum omnium in omnes, Epicurei ſenſuum oblectamenta ac titillationes, Pufendorfiani ſocietatem, Stoici virtutem quandam rigidam & ſenſus expertem, alii alia ſtatuerunt, ſecundum quæ convenienter naturæ vivi poſſit ac debeat. Wolfiani perfectiones rerum, ſtudiumque hominis ſemet perficiendi perpetuo in ore habent. At ſi penitus eos excuſſeris, intelliges certe, æque corporis ac ſenſuum commoda, quam animi cultum, deinde copiam rerum ad vitæ iucunditatem ſervientium, hominum gratiam, ædificiorum opportunitatem, ac quidquid propriæ utilitatis ac fluxæ beatitatis nomine venit, ab illis* perfectiones *nuncupari, honeſtiore ſæpe vocabulo, quam re. Qui ab hominibus incultis, & inveterata barbarie efferatis diſcendum putant, quid naturæ maxime conveniat; perinde ſentiunt opinione mea, ac ſi a luſcis de coloribus exquirendum iudicium dicerent, aut vinolentorum ac furioſorum ſomnia conſiliis hominum ſanorum ſiccorumque & ſapientum cogitatis eſſe anteferenda. Alii ad primæ ætatis motus & gliſcentis rationis ſenſa plurimum attendunt; quaſi de natura atque indole frugum iudicandum ſit tum, cum immaturæ ſunt aut putres.*

(2) *De finium ordine palmariam legem edidit divinus Servator* Matth. VI. 33. *Quærite* primum *regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.*

§. V.

Conſtiti adhuc ad fontem omnis naturalis iuris, qui natura eſt, quoque perpetuo erit recurrendum.

Porro

Porro in natura, ut breviter colligam, quæ inculcari ſatis non poſſunt, inſunt alia pertinentia ad animum hominis, alia ad corpus, alia ad res externas eidem extrinſecus adhærentes: ineſt arctiſſima coniunctio, ac nexus, quem conſtrinxit ipſa natura, cum ſummo Deo, homine ipſo, & hominibus aliis: ineſt ſtatus naturalis vel adventitius multiplex: inſunt fines, denique in finibus gradus, ordo, proportio comparata ad apta media. Horum omnium contemplatio, ex qua univerſa deinceps diſciplina haurienda eſt, iam nunc offert quædam commoda, eoque nos ducit,

(*a*) Ut iurisprudentiæ naturalis ampliſſimum campum, eiusque in partes quatuor diviſionem conſpiciamus. Prima, quæ *privata* dicitur, hominem in ſtatu poſitum naturali conſiderat, nullo affectum adventitio ſtatu. Altera *ius ſociale hypotheticum* tum generatim exponit, tum quæ ad minores pertinent ſocietates. Tertia, quæ appellatur *ius publicum univerſale*, de civili ſocietate. Quarta denique de naturali proindeque univerſali *iure gentium* tanquam moralium perſonarum tractat.

(*b*) Ut res & doctrinæ ſummi momenti, quibus abundant ſingulæ partes iurisprudentiæ, reducantur ad certa capita & veluti fixas ac diſtributas ſedes ingenti memoriæ adiumento & ordinis commodo. Quidquid enim de homine diſſeritur, ad animum eius referendum eſt, ad corpus, vel res externas eidem adhærentes: huc officia hominis erga hominem, huc varia delicta, huc varia præmia, aut variæ pœnæ, huc diverſæ particulæ beatitatis aut miſeriæ humanæ referendæ ſunt. Ex nexu illo triplici tria pendent officiorum ſumma genera, erga ſupremum Deum, hominem ipſum, alios, vel ſolo naturali ſtatu vel adventitio præterea affectos, aut denique ope civilis imperii in unam conflatos perſonam moralem.

(*c*) Ut

(c) Ut cogitando progrediamur ad veritates generis diverſi penitus, quas *Practicas* vocant. Nam contemplatio naturæ, eiusque affectionum, partium, nexuum, ſtatuum, finium theoreticis cognitionibus tota abſolvitur, nec quid ab homine in regendis actionibus fieri honeſte poſſit, aut expediat, aut neceſſe ſit. enunciat. Id practicæ cognitionis proprium eſt, quæ ſine ingenti rerum ac doctrinarum perturbatione confundi non poteſt cum theoretica cognitione, etſi ab hac ſuam originem, omnemque vim trahat, ut deinceps oſtendam.

CAPUT II.

Contemplatio naturæ ad cognitiones practicas iuris naturalis hominem deducit.

ARGUMENTUM.

§. VI. *Progreſſio rationis a theoretica ad practicam cognitionem* VII. *In practica cognitione ineſt, quod actionem regit: quod libertatem afficit: quod voluntatem ciet.* VIII. *Inſunt in hominibus ejusmodi practicæ cognitiones ſeu regulæ; quæritur de illarum vi, ſeu an extet naturæ ius?* IX. *Deductio obligationum, conſiliorum, iurium.* X *illuſtratur.* XI. *Speciatim de obligationibus naturæ:* XII. *conſiliis:* XIII. *de iuribus ſeu facultatibus moralibus.*

§. VI.

Eſt hoc proprium naturæ intelligentis, quæ actiones ſuas ratione & conſilio regit, ut ex ſui rerumque aliarum theoretica cognitione, quid expetendum, fugiendumve ſit, quid honeſte fieri queat, quid expediat, fere ſine magno labore concludat, ea prope ratione, qua artifex propoſito fine operis, materia, & inſtrumentis, quid efficere, quaque ratione de-

debeat, intelligit. Unde more receptum apud veteres Philoſophos fuit, ut rationem aliam theoreticam, aliam practicam dicerent, cui cognitiones reſponderent generis utriusque. Qui ſummam Dei bonitatem, immenſam potentiam, ſapientiamque contemplatur, cito conficit, in eius providentia acquieſcendum ſibi eſſe, eiusque voluntati modis omnibus parendum. Qui animi ſui nativas dotes, & præclaros fines cogitat, ad quos hominem natura, & naturæ auctor deſtinavit, illico intelligit, nefas eſſe homini, beſtiarum more affigi oblectamentis carnis ac ſenſuum. Qui communem naturam, communem indigentiam, communes ſuccurrendi facultates ſpectat, non poteſt non colligere, oportere, ut alter alteri præſidio ſit, maximeque cavendum eſſe, ne abrumpatur coniunctio animorum, quam ipſa natura primum conciliavit. Sic igitur ſtatuendum:

(*b*) Quando propoſita & explicata natura rerum maximeque hominis, quod ad theoriam, ſeu cognitiones theoreticas pertinet, vi rationis infertur, quid fieri ab homine aut non fieri fas ſit, expediat, oporteat; tum dicimus, regulas morales ſeu cognitiones practicas ſpectantes ad honeſtatem morum, *ex natura peti*, vel ut Cicero aiebat, ex *intima philoſophia depromi*: *rationes* agendi vel non agendi eſſe *naturales*: cum *actionibus connexa eſſe motiva*, *actiones determinari per motiva* ex hominum natura, ex ſocialitate, ex divinis perfectionibus deſumta.

(*b*) Docemur ratione & experientia, cum actionibus noſtris connexas eſſe vi naturæ conſecutiones commodas vel incommodas; quales ſunt conſervatio vitæ viriumque, incolumitas ac valetudo, aliorum benevolentia, nominis exiſtimatio, voluptas animi ex acquiſita perfectio-

fectione quadam proveniens, emolumentum rei familiaris, ſecuritas &c., aut conſecutiones his contrarias. Eiusmodi conſecutiones cum actionibus connexæ *actionum momenta vel motiva* appellantur a Wolfianis maxime, qui eas etiam *præmia* vel *ſupplicia naturalia* vocitant, eoquod vi naturæ proveniant, & præmium generatim ab ipſis dicatur quoddam bonum cum actione coniunctum tanquam motivum aut momentum eam ponendi: ſupplicium vero malum connexum cum actione tanquam motivum aut momentum eam omittendi: & quoniam is actionum & conſecutionum nexus a rerum conditore ac gubernatore præſtitutus eſt; idcirco ea præmia ac ſupplicia etiam *divinis* annumerari poſſe cenſent. Patet vero, quomodo ex cognitione theoretica eiusmodi conſecutionum cum actionibus connexarum progredi homo debeat ad practicas cognitiones de rebus expetendis, fugiendisque.

§. VII.

Tria ſunt in regulis moralibus diligenter inter ſe diſcernenda; nam primo

(*a*) Inſtar prælucentis facis regunt hominum actiones, quando iidem appetunt quidquam, aut refugiunt, quando deliberant, decernunt:

(*b*) ita vero regunt, ut nunc oſtendant, quid liberum & conceſſum homini ſit agere: nunc imperioſe præſcribant, quid agere neceſſum ſit, ut, niſi ſe reum facere homo coram ſummo Deo, ipſoque mentis ſuæ tribunali velit, omnino parere cogatur: alias denique, quid maxime expediat, ſuadendo vel diſſuadendo indicant, relicta optione libera, ut nefas haud ſit, utrumvis eligatur. Patet ergo, cur aliæ dicantur *conceſſoriæ* regulæ, aliæ *obligatoriæ*, aliæ *ſuaſoriæ*; primæ referuntur ad *ius ſeu facultatem* agendi, alteræ ad *obligationem*, tertiæ ad *conſilium.*

(*c*) Regulæ morales, quæ ratione fiunt, atque in intellectu hærent, ſæpe vim & motionem exerunt in voluntatem, eamque, ut arripiat aliquid aut defugiat, non ſegniter ſolicitant, cient, impellunt, agitant & mentis æquabilitatem ſeu inertiam interturbant. Sic ani-

mum cupiditate, dolore, metu vacuum ipſa æquitas rei, aut honeſtas vehementer impellit, ut recte agat, & qui maxime pellicitur ad committendum flagitium, ſi nondum obbrutuit, refugit turpitudinem, luctatur, vimque ſibi inferre cogitur, ut flagitioſus ſit.

§ VIII.

Quo modo exploratum eſt, ineſſe in hominibus, ſi ſanis ſenſibus utantur, cognitionem quandam ſolis ac lunæ; ita certum pariter eſt ac manifeſtum, ineſſe regulas morales, quæ oſtendant, quid citra piaculum fieri, aut non fieri poſſit: quid præ cæteris expediat, quid neceſſe ſit, id eſt, quæ doceant homines iura ſeu facultates agendi, conſilia, obligationes. Illud quæri ſolet, quæ ſit vis iſtiusmodi regularum, & quale principium. In idem recidit hæc quæſtio, ac cum naturæ ius, eiusque principium generale inveſtigatur. Quo loco iuris vocabulum non ius ſingulare quoddam, ſed innumerabilium & legum & facultatum complexionem denotat; quæ ipſa res difficultatem creat, cum plurima ſint peroblcura & gravibus controverſiis obnoxia, nec ſine longo argumentorum quaſi filo explicari queant. Ac ii quidem Scriptores, qui principium iuris allaturi naturam ſectari, aut rerum perfectiones, aut veras utilitates iubent, aut Deum ſumme amare nos docent, dein nos ipſos, denique alios homines; profecto non principium iuris, ſed ius ipſum, ac legem proferunt; de cuius principio eadem quæſtio revolvitur, unde vim atque originem ducat. Nulla igitur regu-

la

la moralis, ſeu practica cognitio aliarum regularum, iurium, ac legum naturalium principium ſeu prima ratio eſſe poteſt; cum nulla ſit practica cognitio, cuius anterior ratio ex theoretica cognitione quadam non dimanet. Quare quodcunque principium ſit naturalis iuris, id theoretica cognitione contineatur, efferaturque, neceſſe eſt. Eia! demus operam, ut paucis ſententiis conſtringatur ampliſſima tractatio graviſſimaque; quoniam multitudo verborum in re a ſenſibus remotiſſima potius obtundit mentem, quam informat.

§. IX.

Actiones hominum per ſe & natura ſua reſpiciunt atque attingunt perfectionem quandam ſummi Dei: Deus autem vi perfectionis ſuæ imperfectus eſſe, ſive, ut Veteres aiebant, negare ſeipſum non poteſt, neque aliter regere hominem, ei imperare, vetare, aut concedere quidquam, niſi convenienter ſuis perfectionibus. Ex quo efficiuntur hæc tria:

(*a*) Quæcunque actio divinæ perfectioni repugnat, aut, ne ea tolli videatur, neceſſario ſuſcipienda eſt, ea naturali ſubiacet obligationi.

(*b*) Quoniam actionibus noſtris fines perſequimur a natura propoſitos: fines autem naturæ certos gradus, ac quosdam celſiores ac præſtantiores habent, qui neque univerſe fruſtrari ac negligi ab humano genere, neque ſine diſcrimine præſcribi poſſunt; idcirco actio, qua ad finem tenditur gradu quodam celſiore ac præſtantiore, a natura hominibus conſilii inſtar atque invitamenti propoſita eſſe cenſenda eſt.

 (*c*) Ex

(*c*) Ex obligatione quavis naturali manifeſte ſequitur ius & facultas agendi, uti ex neceſſitate rei poſſibilitas; dein quod ſuadetur vi naturæ, id ab ea conceſſum eſſe, recteque fieri palam eſt. Si igitur obligationes naturæ extant, ſi conſilia; etiam iura ſeu facultates morales agendi extare neceſſe eſt. Dein ſæpe plures propoſitæ ſunt viæ aut plura media aſſequendi naturales fines, ut perinde ſit, utrumvis eligatur: quidvis autem eligi poſſit, cum fini ſerviat. Poſtremo etſi quidquam univerſis præceptum ſit idque neceſſario ad fines naturæ; non tamen idcirco ſinguli ultra ius id agendi etiam obligationem habent: igitur quædam iura ſeu facultates ſepoſita etiam obligatione ac conſilio cogitari poſſunt.

§. X.

Tria deduximus ex propoſitionibus binis; neque ea deductio magnopere difficilis aut obſcura videtur. Sed nempe propoſitionibus ipſis lux afferenda eſt, ut planiſſime perſpiciatur, qua ratione actiones hominum reſpiciant, atque attingant perfectionem quandam ſummi Dei: dein quid illud ſit, a Veteribus dictum, Deum negare ſeipſum non poſſe. Actionum genus eſt triplex; aliæ enim proxime pertinent ad ſummum Deum, aliæ hominem, qui agit, maxime attingunt, aliæ referuntur ad alios homines, quibuscum vitam degimus. Quovis hoc actionum genere reſpici divinam quandam perfectionem, ſingilatim explicandum eſt.

(*a*) Actiones, quæ ad ſummum Deum proxime pertinent, atque in eius cultu ſitæ ſunt, referri ad eiusdem perfectiones poſſe, iisque conformari debere, dubium non eſt, ut nec aliter ſentiamus de Deo, neque erga illum aliter affecti ſimus, ac divinitati conſentaneum eſt. Aut obſcurum cuiquam eſſe poteſt, rationibus attingi perfectionem quandam ſummi Dei, quando immenſam eius celſitatem & cogitamus, & adoramus,

quan-

quando inexhauſtam clementiam, inſuperabilem poteſtatem, inacceſſam ſapientiam, immortalem dominatum, propenſiſſimam miſericordiam, inexorabilem iuſtitiam, ſuperfluentem bonitatem & contemplamur, & admiramur & prædicamus; quando admirabilem providentiam, æternam rerum omnium moderatricem, intuemur, ac ſempiternæ mentis pulchritudinem immutabilem amplexamur toto corde, tota mente, omnibus viribus? quid vota noſtra, ſacrificia, preces, ſacramenta, ceremoniæ, quæque ſunt generis iſtius, nonne ad Deum eiusque perfectiones proxime pertinent? Contra vero ſuperſtitio, cultus dæmonum, falſorumque numinum, blasphemiæ, ſacrilegia, periuria, deſperatio nonne iisdem penitus adverſantur?

(*b*) Alterum actionum genus, quo ſecum ipſo quisque occupatur maxime, nihil, credo, ad Deum pertinebit, cuius opificium ſumus, quanti quanti ſumus, qui & conſervator & rector, ipſaque beatitas noſtra eſt, a cuius nutu pendemus nullo non tempore & loco, ad cuius ſimilitudinem conformata eſt mens noſtra, quæ una ex mundanis rebus de ipſo cogitat, eiusque contemplatione & amore conquieſcere poteſt? Si quis vim ſibi infert, ſi membra depravat temere, ſi incolumitatem, ſi vitam proiicit, ſi impatientia doloris aut fortunæ, fame ſe enecat, ſi præclaras animi facultates, ſi corporis vires ſapientiſſimo conſilio datas a Conditore deſidia languere ſinit, ſi finis a Deo præſtituti ac beatitatis ſuæ immemor laſciviæ ſe dat, atque ad beſtias proiicit, omnique turpitudine fædat divinitatis imaginem; nihil id ſcilicet ad divinas perfectiones attinebit? Quemadmodum ſapientia, inquit Tullius, ſi oculis cerneretur, incredibiles excitaret amores ſui; ita profecto ſi nativam mentis noſtræ celſitatem ac nobilitatem aſpiceremus, tum pateret certe, quantopere illecebræ ſenſuum, ac quodvis delectationis obſcœnæ genus dedeceat humanam mentem, eamque deformet, nauſeaque & horrore plenam reddat coram ſummo Deo. Nunc vero etſi obſcurius noſcamus ipſi nos; tamen mentem noſtram adverſus turpitudinem congenito pudore ac verecundia obvallavit natura, turpibusque factis acerbam intus reprehenſionem ac mœſtitiam, & diros morſus annexuit. Nihil igitur peccare ſe in Deum arbitrabuntur, qui naturale id honeſtatis munimentum

laſcivis iocis, ſermonibus, geſtibus, imaginibus, factis diruere ac demoliri audent? Dein cum homo ſimilitudine naturæ mentisque ſuæ accedat ad Deum; ignorare forſan aut dubitare poteſt, quin in omni vita inſtituenda propoſitas habere divinas perfectiones debeat, ut parcendo, commiſerando, benefaciendo ad Deum quoque accedat? Qui adverſis rebus animum abiiciunt, qui perturbationi ac deſperationi ſe dant; nihilne adverſus providentiam delinquent res cunctas ſanctiſſime adminiſtrantem? contra qui ſecundis rebus efferuntur animo, ſibimet præfidunt, obvium quemque conculcant, ac deſpiciunt; nihilne offendent in divinam bonitatem, cui totum id, quo ſe effert homo ſtolidus, acceptum ferri debet? Satis nunc quidem, quantum neceſſe eſt hoc loco, intelligi opinor, actiones hominis, quibus uno ſecum occupatus maxime videtur, eiusmodi eſſe, ut ad divinas etiam perfectiones ſint referendæ, iisque aut conſentaneæ ſint, aut graviſſime repugnent.

(c) De tertio genere actionum, quæ alios homines proxime attingunt, prope ſupervacaneum eſt ſpeciatim diſſerere. Si enim, quod in ſe quisque bene aut male agit, id conſentaneum eſt divinis perfectionibus, aut contra; idemmet erit de actionibus exiſtimandum iis, quas in in alios exerimus. Paris enim naturæ ſumus omnes, proindeque pari iure cenſendi, ut non aliter de ſingulis ſinguli, ac de ſe ipſo quisque iudicare debeat. Quodſi enim contingat forte, ut opprimar ego vi aut dolo malo ab homine nefario, doceor ab ipſa natura, mentem meam oculosque attollere ad ſummum Deum, eidemque commendare cauſam meam, ſub cuius ditione ac tutela ſum. Quid igitur? ſi iniquus aggreſſor ſim ipſe aliorum hominum, ſi membra ipſorum, ſi vitam, ſi honorem, ſi fortunas impetam; nihilne crimen meum divinæ iuſtitiæ, ſanctitati, providentiſſimæ gubernationi obnoxium erit? Qui alienis ſervis, qui liberis, qui clientibus benigne fecerit aut male; id pertinere ad Dominum, parentem, patronum nemo non videt: ſi homo hominem lædit, aut benefactis afficit; nihil id ad Dominum Univerſorum, communem parentem ac patronum pertinere opinari quis poteſt? Ac ſi ego inopia, ſi gravi morbo, acerba calamitate conflictari cogar, nec opis quidquam aut ſolatii exorare queam ab inhu-

humanis ac duris ſociis, offendi ab ipſis conditorem, atque ad indignationem provocari certo mihi perſuadeo. Si ergo ipſe inexorabilem me præbeam calamitoſis ac indigentibus; nihil a me Deum offendi in animum inducam? Siquid ab homine impudice ac laſcive in ſemet committitur; id repugnare divinitati, cuius in ſe imaginem circumfert, ſupra animadvertimus. Quid ergo? qui alienam pudicitiam tentant, qui lenocinium, qui meretricium quæſtum exercent, aut laſcivi amoris ſordes quaqua ratione provocant; nihil ſcilicet coram divinitate rei ſunt, cuius imaginem tanta fœditate commaculant?

(*d*) His quidem expenſis ambiguum eſſe non poteſt, actiones noſtras, ſive ad Deum referantur proxime, ſive ad nosmetipſos aut alios homines, ſemper ratione quadam attingere perfectiones ſummi Dei. Quid ergo concludemus? eas a ſummo Deo neceſſario præceptas eſſe, aut vetitas. Eccur ita? quid enim ſupremo Deo neceſſitatem præcipiendi aut vetandi impoſuit? nihil ſane, niſi perfectiſſima Dei natura, ob quam imperfectus eſſe, aut negare ſeipſum haud poteſt. Quodſi perſpicuum non eſt; dicam ſane, quale ſit dictum illud a Veteribus: Deus ni præciperet, quæ divinis perfectionibus ita conſentanea ſunt, ut ſecus tolli videantur, aut quæ iisdem repugnant, prohiberet, ipſum ſe negaret.

(*e*) Seipſum negaret fons, ſi negaret ſe originem eſſe procurrentis rivuli, ſe ſitim pellere, ſe refrigerare. Seipſam negaret lux, ſi negaret abs ſe tenebras diſcuti, novamque ſpeciem & vitam impertiri rebus. Seipſam negaret via, ſi, quæ rectiſſima eſt atque unica, hac veniri ad metam poſſe negaret. Seipſum negaret genitor, ſi, quos progenuit liberos, negaret ſuos. Seipſum negaret, ſi, qui cum ſummo imperio præeſt Rex, ſibi reverentiam deberi ac ſubiectionem negaret. Seipſam negaret norma, ſi ſecundum ductum ſuum fieri conſtructionem debere negaret. Seipſam negaret dulcitudo, ac pulchritudo, ſi oblectamento ſe eſſe iis, qui ſe fruuntur, negaret. Quid igitur? Deus, qui imperfectus eſſe atque negare ſeipſum haud poteſt, an negare poterit ſe originem eſſe cunctarum rerum, atque omnis boni, quod demum cunque comprehen-

di mente poteſt? negabit, neceſſe eſſe, ut a creata mente ſubiectio ſibi ac reverentia præſtetur? abdicare ſe unquam poterit ſummo imperio, aut quod ex ſapientiſſimis cauſſis condidit, id curare deſinet quaſi mutata voluntate, aut perinde habebit, voluntati ſuæ atque optimis legibus a creata mente obtemperetur, nec ne? cum homini libertatis iura dederit, ea ab aliis violari ac fruſtrari non gravate feret? Quis unquam princeps diſturbari a ſibi ſubiectis conſilia ſua, aut privilegia a ſe in alios cogitato iudicio, graviſſimisque ex cauſſis collata conculcari æquo animo patitur? Negabit ſe beatiſſimum natura ſua, omnique digniſſimum amore ac cultu eſſe? ut mens humana, quam ad ſimilitudinem ſuam efformavit, cognitioni & amori beatiſſimæ ac perfectiſſimæ mentis rem nihili præferat, divinamque imaginem voluptatum ſpurcitiis deformet, & inquinet, unquam probare poterit? Non poterit ſane, cum negare ſeipſum haud poſſit, neque perfectus eſſe non poſſit.

§. XI.

Detecto velut communi fonte obligationum, conſiliorum ac iurium naturalium, deinceps agendum de ſingulis eſt explicatius. *Obligationis* vox a rebus petita corporeis, uti aliæ innumerabiles ad res minime corporeas adhibitæ, eam vim habet, qua latiſſime patet, ut denotet vinculum, quo aſtringimur ad faciendum quid vel omittendum, proindeque deſignat & id, quod ligat, ac conſtringit, & id, quod ligatur, ac neceſſitati faciendi aut non faciendi ſubiicitur. Hinc aiunt, alia *activa* eſt, alia *paſſiva* obligatio. Ut igitur diſtincte evolvatur obligationis notio, neceſſe eſt, iſtiusmodi vinculum eſſe *accommodatum naturæ intelligenti*, eſſe *ſatis validum*, denique *inter-*

num, ſive ex natura rerum hominisque accerſitum, quando de naturali obligatione tractatio eſt:

(*a*) Res inanimæ trahuntur vel aguntur pulſu exteriore: beſtiæ factis in ſenſus impreſſionibus ad agendum abripiuntur neceſſario: natura intelligens ipſa ſe agit cognitionis ope. Erit igitur id vinculum, in quo ſita obligatio eſt, *accommodatum menti* noſtræ, quod ſalva libera poteſtate agendi vel non agendi in cognitione rationum ſeu momentorum conſiſtit.

(*b*) *Satis validum* id erit vinculum, quod eiusmodi rationibus ac momentis continetur, quæ nulli cedant rationi aut momento graviori, & præ quibus omnia alia & bona & mala recte ſpernantur ac relinquantur.

(*c*) *Internum* erit obligationis naturalis vinculum, ſi ex natura rerum maximeque hominis eruitur, ut poſita hominis natura non poſſit non poni obligatio naturalis. Hactenus in explicanda obligationis notione puto diſſentientem me habere neminem. His igitur præpoſitis ita ſtatuo: *Obligatio* (active ſumta) *ſita eſt in voluntate Dei propoſitis præmiis ac ſuppliciis præſertim futuræ vitæ, prohibentis ea, quæ repugnant finibus naturæ, quoad divinas perfectiones attingunt: ac præcipientis, quæ ad eos fines ita ſunt neceſſaria, ut aliter tolli divina perfectio videatur.* Hæc enim una Dei voluntas eſt iſtiusmodi vinculum, quod ſupra deſcripſi. Nam

(*d*) accommodatum eſt naturæ intelligenti, quæ rationum momentis agit: hoc autem momentum divina in voluntate poſitum ratione innoteſcit, ratione ponderatur, & ratione præfertur momentis quibuscunque aliis;

(*e*) nec enim ullum momentum paris ponderis aut gravioris eſſe poteſt, ac voluntas ſummi Dei, cui & ſcientia cuiusvis delicti, & poteſtas id puniendi, ac voluntas & inexorabilis iuſtitia præſto eſt. Ac caduca quidem bona & mala omnia, ipſa etiam uſura præſentis vitæ ſæpe negligi honeſte poſſunt virtutis cauſa, aliquando debent, ut pro tuenda patria, conſervan-

qui rebus præſentibus capti ſunt, ut boni unius cupiditas tanta ſit, ceu honoris, pecuniæ, rei amatæ, ut cetera bona omnia præ illo videantur proiicienda: unoque vitio vitia plura ſuperentur; non ſunt igitur vinculum ſatis validum, quo homines in officio contineantur; fluxæ enim ſunt res mundanæ omnes, & longe inferiores natura intelligente, proindeque niſi celſiore quodam propoſito fine quodammodo nobilitentur, iuſte deſpiciuntur. Ac ſi futuræ vitæ præmia ac pœnas tollas; inter præſentia bona illud optimum eſt ac præſtantiſſimum, quod maxime cuique placet, & cupidiſſime ambitur. (1) Huc pertinet effatum divini Magiſtri ac Domini mei plenum ſapientiæ, & dulce ſuper mel ori meo: *Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus; & poſt hæc non habent amplius, quid faciant. Oſtendam autem vobis, quem timeatis: timete eum, qui, poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete.* (2)

(*f*) Denique vinculum poſitum in voluntate neceſſaria Dei, internum eſt, & obligatio naturalis interna, in ipſaque natura rerum hominumque abdita. Nam & fines naturæ non ſunt adventitium quidquam, quod a naturis abeſſe poſſit; & actiones cum iis finibus neceſſario aut conſentiunt, aut pugnant: nexus finium actionumque cum divinis perfectionibus itidem ex ſola horum omnium notione ac natura intelligitur: æque neceſſarium & immutabile eſt, ut ſecundum perfectiones ſuas agat, & præcipiat & vetet, & concedat hominibus mens perfectiſſima. Igitur poſitis rebus neceſſario ponenda eſt hæc Dei voluntas, & obligatio, in ea conſiſtens voluntate, naturalis eſt, atque interna; quod non eodem modo in obligationibus ac legibus voluntariis Dei hominumve contingit. Qui amplius requirunt, ut naturalis obligatio ſit, habeaturque *interna*; iidem, ſi poterunt, probent amplius. Non poterunt autem certo certius.

(*g*) Obligationi activæ in hunc modum explicatæ reſpondet paſſiva, uti hæret in eo, qui obligatur, nempe neceſſitas illa moralis parendi divinæ voluntati, aut ſtatus naturæ intelligentis ei neceſſitati ſubiectæ, vel ut Pufendorfius inquit (3) *qualitas moralis operativa,*

qua

qua quis præſtare aut pati quid tenetur. Propoſitio naturalem obligationem enuntians, *lex* naturalis eſt: actio legi naturali conformanda, *officium.* Officiorum igitur genera tot, quot obligationum ac legum naturalium. Et quia omnis lex promulgatione indiget, ſive actu, quo in notitiam legis veniri poſſit; cenſendum, legem naturalem vi aut miniſterio rationis promulgari. Nam ut Pufendorfius animadvertit loco cit. §. 4. *parum putamus intereſſe, legem quis decretum vocet, an orationem* (ſeu propoſitionem), *modo non credatur ad legem eſſe neceſſarium, ut viva voce aut verbis in ſcriptum relatis promulgetur: cum ſufficiat, ſi qualicunque modo voluntas legislatoris ſubiectis innotuerit, etiam per intrinſecam congeniti luminis ſuggeſtionem - - - quamquam & hoc dici poſſit, leges naturales etiam ut ſunt dictamina rationis, non poſſe aliter quam per modum orationis concipi.* Omnia ad obligationem vel legem naturalem pertinentia complectuntur, qui ita illam deſcribunt: eſt ordinatio (ſeu iuſſus) divinæ voluntatis per rectam rationem promulgata circa actiones & omiſſiones liberas creaturarum rationalium ad rectam conſtitutionem & felicitatem humani generis divinis perfectionibus conformem neceſſaria.

(1) I. Cor. XV. 19. 32.

(2) Luc. 12. 4. 5. *De ſuppliciis præmiisque futuræ vitæ, & perſuaſione hominum etiam alienorum a cultu veri Dei, plena ſunt Poetarum carmina, plena Hiſtoricorum monumenta, Philoſophorum volumina. Fuit ea quoque veterum tum Philoſophorum tum Patrum chriſtianæ religionis communis ſententia, in pœnis ac conſcientiæ terrore vim maximam obligandi ineſſe.* Vid. S. Auguſtinus. in Pſalm. 118. Serm. 21. S. Thomas 1. 2. q. 100. a. 9. Lockius de Intell. Human. l. 2. c. 28. §. 6. & 8. Pufendorf. de I. N. & G. l. 2. c. 3. § 20. *Sed aiunt, virum probum non pœnarum metu exequi, quæ recta ſunt, ſed virtutis amore. Sit ita ſane; quamquam quis tam conſtanter virtutem colit, ut tot inter peccandi illecebras, in tanta naturæ noſtræ infirmitate, mentisque inſtabilitate, cum acerbiſſimi ſæpe caſus incidant, graviſſimaque pericula deſciſcendi ab honeſtate; quis, inquam, adeo conſtanter virtutem colit, ut nullo futuræ vitæ metu aut ſpe roborari debeat? Sed fac a viro probo poſſe abeſſe hunc metum; dicam*

ego

ego cum Paulo I. Timoth. I. 9. Lex juſto non eſt poſita. *quod idem de hominibus excellenti præditis virtute Ariſtoteles Politicorum* l. III. c. 9. *in hanc ſententiam expreſſerat :* in illos tales non eſt lex. Ipſi enim ſunt lex. *Illud dein ſæpe opponunt, eſſe aliquid in actionibus per ſeſe honeſtum ac iuſtum, quod intelligi queat, quin divinæ legis, aut præmiorum vel ſuppliciorum veniat in mentem. Quis iſtuc negat, aut negavit unquam? ſed hi nimirum cum omnia confundant, non vident, regulas morales, uti ex natura eruuntur, aliter ſpectandas eſſe, qua mentem dirigunt, aut voluntatem ipſa honeſtatis vel æquitatis ratione commovent, aliter qua hominem obligant, ſive agendi neceſſitati ſubiiciunt. Obligatio quidem, ac lex non cognitione quadam theoretica continetur, ſed in voluntate ſita eſt, & a voluntate proficiſcitur, utique ſummi ac cæleſtis Imperatoris, cuius iuſſum, poteſtatem, perſpicaciam, iuſtitiam nemo ſubterfugere aut infringere poteſt. Addam hoc loco id quoque, abſurdius nihil excogitatum unquam fuiſſe, quam ut obligationis naturalis notio atque explicatio inſaniæ Atheorum aptaretur. Quæ quidem ſtultitia, uti innumerabilia generis iſtius, noſtrorum temporum partus, ſeu potius labes ac probrum eſt.*

(3) De J. N. & G. l. 1. c. 6. §. 5.

§. XII.

Nec infirmitas humanæ mentis admittit, neque infinita Numinis perfectio exigit, ut ad propoſitos fines omni, qua fieri poteſt, vi contendere, omnem, quem poſſumus, virtutis gradum aſſequi, nihilque perfectionis prætermittere cogamur, & quidem cum periculo æternæ miſeriæ, ac perdendæ beatitatis cogamur. Fines a natura præfixi non iſtiusmodi ſunt, ut velut Geometrarum puncta plus, minusve capere haud poſſint. Satis eſt, ſi omnes invitentur ad perfectiora connelioraque, eademque, qui præſtantiori animo ſunt, & conſectentur, & aſſequantur. Quapropropter

(*a*) Am-

(*a*) Ambigi non poteſt, ab ipſa natura hominibus propoſita fuiſſe conſilia virtutis perfectionisque, ut alterum altero melius ſit ac perfectius, neque idcirco obligationi aut neceſſitati ſubiectum. Exempla innumerabilia ſuppeditant. (1) Unum ut præteream, impetrare a me haud poſſum. Proditum eſt certis Veterum monumentis, quam acerbe Chriſtianos vexarit Julianus Imperator. Ut autem iuſtiſſimas querelas præverteret purpuratus Apoſtata, illud ex Codice Evangeliorum afferebat, Chriſti ſectatoribus non modo patienter ferenda eſſe omnia, ſed colaphum incutienti alteras genas præberi oportere. Reſpondit maligniſſimo ioco eloquentiſſimus Nazianzenus in hæc verba: „In legi„bus noſtris alia parendi neceſſitatem imponunt, nec „ſine periculo prætermitti poſſunt: alia non neceſſi„tate conſtringunt, ſed in electione & voluntate po„ſita ſunt: ac proinde hanc rationem habent, ut, „qui ea cuſtodierint, honore & præmiis exornentur: „qui autem minus ea expleverint, nihil periculi per„timeſcant Etenim ſi fieri poſſet, ut omnes optimi „eſſent, atque ad ſummum virtutis faſtigium prove„herentur, hoc quidem præclariſſimum & perfectiſſi„mum eſſet. Quoniam autem divina ab humanis di„remta ſunt, atque alii quidem nullo non virtutis ge„nere excellunt: alii autem bene ſecum agi putant, „ſi vel mediocritatem aſſequantur; quæ hæc tua eſt „ratio, dum ea indicis & præſcribis, quæ non om„nium ſunt, aut eos pro damnatis habes, qui non cu„ſtodiant. Quemadmodum enim quisquis nequaquam „ſupplicio dignus eſt, non idem ſtatim palmam quo„que & præconium meretur; eodem modo nec quis„quis palma & proclamatione haud quaquam dignus, „idem confeſtim pœnam quoque commeretur; ſed phi„loſophiæ noſtræ viriumque humanarum finibus nos„metipſos continere debemus, atque ita recta & præ„clara vitæ officia exigere.“

(*b*) Quæ perfectiora ſunt melioraque, conveniunt ea quidem naturæ; nec tamen, ſi conſilii tantum ſunt, ſtatim obligationi & neceſſitati ſubiici poſſunt. Non igitur, quidquid naturæ conveniens eſt, quidquid æquitatis aut honeſtatis maioris ſpeciem habet, ad obligationes naturæ referri poteſt. Ob quam cauſam ſæpe anceps in hac diſciplina diſputatio exiſtit.

(*c*) Qui

(*c*) Qui hominem natura obligari iactitant, ut perfectiora ſequatur, nihil ad confirmandam opinionem ſuam adhuc protulerunt, atque illud ex theoretica philoſophia, dudum a viris doctis convulſum: libertatem Dei hominumque principio rationis ſufficientis ita eſſe alligatam, ut eligi a quoquam haud poſſit, quam quod fuerit viſum melius. (2)

(*d*) Quæ perfectiora ſunt melioraque, propoſitis præmiis maximis ſuaderi ſolent, atque hoc modo cum actione connecti momenta, ſeu motiva Cum igitur talia obligationi ac neceſſitati non ſubſint, latius patet connexio momentorum cum actione, quam obligatio, neque omnis iſtiusmodi connexio dicenda obligatio eſt. Hoc cum viderent Scriptores quidam, nec præconceptam obligationis notionem abiicere vellent, id induxerunt, ut aliam dicerent obligationem *cogentem*, quæ vere proprieque ac ſpeciali nomine obligatio eſt, habeturque ab omnibus: aliam *invitantem* ſeu *perfectivam*, quando ſolo bono maiore oſtenſo vel excitamur ad agendum, vel ne agamus, abſterremur. Sed hoc quidem quid eſt aliud, quam voces notionesque affixas detorquere invitas a primævo & veteri uſu ac ſignificatu? qui allicit, ſuadet, invitat; quo modo is conſtringere, ligare, ſeu obligare cenſendus eſt? Sed quoniam hoc quidem modo conſilia naturæ reipſa agnoſcunt ac profitentur, de vocum apicibus non dimicabo. Id modo monebo, me obligationis naturalis voce accurato proprioque ſenſu uſurum, ut, qui agendo eidem refragari ſe norint, reos peccati ſe coram ſummo Deo, ac conſcientiæ ſuæ tribunali faciant.

(1) Matth XIX. 17. 21. I. Cor. VI. 12. & I. Cor. VII 25. 37. Seneca l. III. *de Beneficiis* c. 7. Ulpian. l. 4. §. 1. D. *de alienat. iudicii mutand. cauſ.* Cicero de offic. l. I. in fine. *Omnium conſenſu votum fieri non poteſt, niſi de meliore bono. Eſt igitur aliud alio melius ac perfectius.*

(2) *Id aſſertum refellere conatus ſum in Philoſophia Neutoniana Methodo expoſita* T. I. l. IV. a §. XXVI.

§. XIII.

Ius ſignificationes plures habet diſpares, quarum repudiari nulla poteſt ob diuturnum & frequentem uſum

uſum. Nam & pro lege atque obligatione ſumitur, imo ſæpe pro complexione legum ac ſyſtemate: ſæpe denotat ſententiam a iudice pronunciatam, aut ipſum locum ſeu forum, ubi cauſæ agitantur. Quatenus ius obligationi opponitur, non neceſſitatem, ſed meram facultatem indicat agendi quidquam, acquirendi, vel retinendi, & quia eiusmodi facultas ex naturali, aut voluntaria lege Dei aut hominum derivari debet; idcirco ius facultas *legitima* ſolet dici, aut facultas *moralis*, quia non ad phyſicas vires aut facultates refertur, ſed ad honeſtatem morum; dum honeſte aut ſaltem non repugnante lege quidquam fieri poteſt. Hac ſtabilita ſignificatione iuris, quid præterea referri ad eam debeat, explicandum eſt.

(*a*) Ius ſeu facultatem cui iam competere quadruplici caſu, dictum eſt (§. IX. c.) 1. Sicui incumbit obligatio, 2. aut datur conſilium, aut 3. ſi inter plura generis eiusdem eligendi libera poteſtas, ſeu optio cuipiam relicta eſt. 4. Si quidquam univerſis eſt præſcriptum a natura, non ſingulis, ceu agricultura, matrimonium. Non igitur in quo ius, in eodem & obligatio ineſt: at ſi ius *in uno*, *obligatio* non impediendi uſum iuris *in aliis* cogitari debet. Secus inane prorſus, ac irritum erit ius, eritque ludibrio & ius datum, & qui dedit pariter, & qui accepit. Idcirco *correlativa* dicuntur ius & obligatio, quia alterum alteri reſpondet, non in *ſubiecto eodem*, ſed diverſis. Qui uſum vel exercitium iuris impedit, id *turbare* dicitur. Ergo iuri reſpondet obligatio non turbandi ius.

(*b*) Inter *ius* & *poteſtatem* non penitus nihil intereſt. Nam poteſtas refertur ad *qualitates morales activas*, ius ad *activas & paſſivas*: illa non continet modum, quo quis ea potitus eſt: hoc perſpicue magisque proprie indicat, facultatem & recte fuiſſe acquiſitam, & recte iam obtineri. Poteſtas tanquam qualitas moralis activa eſt

ea

ea, qua quis cum effectu morali agere quidquam poteſt. Variæ poteſtatis formæ ſuis quæque nominibus ſignantur; poteſtas in res proprias *dominium*, in actiones aliorum *imperium*, in rem alienam *ſervitus*, in proprias cuiusque actiones *libertas* nuncupatur. Omnia hæc & reſpondentem habent aliorum quandam obligationem, & iuris etiam nomine veniunt; ſed iſtuc præter activas haſce etiam *paſſivas* qualitates morales comprehendit; cuiusmodi ſunt ius admittendi quidquam ſeu obtinendi, idque triplicis generis. 1. Quando id ius coniunctum non eſt neque cum poteſtate rem exigendi, neque cum alterius obligatione eam tribuendi. Tale eſt ius accipiendi donum liberale alterius. 2. Quando alteri obligatio incumbit, ex virtute quadam morali rem præſtandi, quin extorquere poſſit is, cui ius competit Hoc iuris genus Grotio nuncupatur *aptitudo*. 3. Si coniunctum eſt ius cum poteſtate extorquendi etiam ab invito, & iſtius obligatione rem præſtandi, quale eſt ius verſantium in extrema neceſſitate. Aliquando ius & plura continet iura proprie dicta, & obligationes iisdem annexas, ceu ius civitatis.

(*c*) Doctores VV. aliud poſuerunt ius *præcipiens*; quod quidem in obligationem recidit; aliud *concedens* ſeu *permittens*. Verum hæ voces vim eandem non habent. *Concedit* enim ius, qui impertit facultatem ad propoſitum, & forte etiam obligat, aut invitat: *permittit*, qui non impedit, ſeu qui tolerat. Conceſſionis notio *poſitiva* eſt, permiſſionis *negativa*. Nam ut S. Auguſtinus l. 10. confeſſ. inquit: *Nemo, quod tolerat, amat, etſi tolerare amat: quamvis enim gaudeat ſe tolerare: mavult tamen non eſſe, quod tolerat.* His iurium formis alii addiderunt *ius inclinans*, quando circa res aptas quasdam ad fines non neceſſitatem imponit natura; ob magnitudinem tamen æquitatis, aut convenientiæ permovet homines, ut id arripiant, ſtatuantve. Hoc modo teſtamenti factio, ſucceſſio ab inteſtato in remotiore quovis gradu, uſucapio & præſcriptio, etſi naturali æquitati valde conſentiant; tamen vim ex ſola rerum natura non videntur habere, non enim quævis convenientiæ aut æquitatis ſpecies obligationi ſubiacet naturali (§.XII. b.).

(*d*) Ori-

(*d*) Originem iurium indaganti neceſſe eſt ſecernere ea, quæ *connata* dicuntur, & quæ *acquiſita*. de qua re infra. Nunc generatim illud ſtatuendum, eſſe quædam iura, ceu ius regendi actiones ſuas, vel rebus creatis utendi ad vitæ conſervationem, conceſſa ab ipſa natura, vel eius potius Auctore. Indicio ſunt ipſæ hominis facultates tum corporis tum animi; ſtimuli naturæ, indigentia, res ad fines homini propoſitos accommodatæ, nempe ad cultum Deo exhibendum, perficiendum ſtatum, colendam ſocietatem His poſitis ipſa iura ponuntur, & conceſſa a ſummo Deo intelliguntur; ut adeo, ſi homo ſegnis ac iners nec viribus ſuis corporis, animive, nec opportunitate rerum creatarum uti velit ad conſentaneos naturæ fines, merito beſtiis daretur erudiendus ſecundum Sapientis dictum: *Vade ad formicam, o piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam. quæ - - parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat. Usque quo piger dormies?* (1)

(*e*) Cum ſæpe ambiguum ſit, utrumne extet, & quale ius agendi quidquam, acquirendi, retinendi; generales quædam regulæ hoc loco videntur ſtatuendæ. I. Iura conceſſa ſunt ad conſectandos fines naturæ, nempe cultum Deo præſtandum, conſervandum & perficiendum proprium cuiusque ſtatum, colendam ſocietatem. Quidquid igitur cum hisce finibus per ſeſe pugnat, neque alteri nobiliori fini obtinendo conducibile eſt, id nequit eſſe iuris, (d) præſertim ſi eo poſito finis ultimus ſubverteretur. Similiter de obligationibus naturæ diſſerendum eſt; nam & hæ ad obtinendos fines impoſitæ ſunt. Nullum igitur ius, nulla obligatio quovis actu oriri cenſenda ſunt, quæ, ſi orirentur, abducerent homines per ſeſe ab honeſtate, pellicerent ad flagitia, turbarent ſocietatem, ac tranquillitatem, occaſionemque præberent conculcandi naturæ iura, & obligationes. II. Quia cuivis iuri reſpondet obligatio aliis impoſita non turbandi ius; & utrumque, tum ius, tum obligatio ab auctore naturæ provenit: idcirco quod divinæ perfectioni: quod voluntati Dei aliunde cognitæ adverſatur, id nequit eſſe iuris. (2) III. Facultas quidquam agendi, & obligatio, eadem actione eodem tempore abſtinendi inter ſe pu-

gnant: quotieſcunque igitur eiusmodi obligatio præſto eſt, nequit intelligi, una adeſſe ius.

(*f*) Qui agendo utitur iure ſuo, non continuo licite omnique ex parte honeſte agere cenſendus eſt. Nam ad perfectam actionis honeſtatem plura deſiderari prætetea, infra indicabimus, quam ut ſolo iure gaudeat. Aliud igitur *ius*, alius *rectus uſus iuris.* (3)

(*g*) Inſtar axiomatis ſumunt: *ius ad finem dat ius ad media*, idque non uno loco exprimitur in humanis legibus (4) Verum admodum verſatile eſt hoc principium, & quo peſſime multi abutuntur ad convellenda ſacroſancta iura Eccleſiæ, atque in homines transferenda. Si bellum omnium in omnes hiſce vocibus concitare non velis; ratio habenda erit propoſitarum mox regularum (e) dein nunquam e memoria dimittendum, quod § IV. (g. h. i. adnotatum eſt, eſſe certos finium ordines, certos gradus, denique non quavis via ad metam veniri, nec quodvis remedium rebus ac temporibus accommodatum eſſe.

(1) Proverb. VI. 6. 8.

(2) *In ſtatu religionis chriſtianæ propoſuit Deus hominibus certa dogmata, firmiſſimo aſſenſu, & ſub periculo æternæ ſalutis tenenda. Quale igitur ius Autonomiæ competere ipſis poteſt, ſive ius ſentiendi de religione, rebusque divinis, ut libuerit, aut viſum fuerit?*

(3) *Qui in victum, veſtes, habitationem ſupra modum expendit de ſuo, nemini facit iniuriam, hoc ipſo, quod de ſuo expendat. Non dubium tamen, quin inutili profuſione peccet in legem naturæ.*

(4) *c. Præterea* 5. *de officio & poteſt. iudic. deleg. uno commiſſo omnia videntur commiſſa, ſine quibus illud explicari non valet. Conſonant c. prudentiam* 21. *eod. l. ad legatum.* 62. *D. de Procuratoribus. l. cui iurisdictio.* 2. *D. de iurisdictione.*

CA-

CAPUT III.

Obligationum ac iurium naturalium genera varia.

ARGUMENTUM.

§. *XIV. Obligationes & iura affirmativa & negativa. XV. Connata & acquiſita. XVI. Abſoluta & hypothetica. XVII. Perfecta & imperfecta. XVIII. Interna & externa.*

§. XIV.

Actionis vel actus humani nomine ſæpe illius etiam prætermiſſio venit; nec attinet, utrumque genus ſemper exprimere. At inter obligationes & iura naturæ, quæ actionem præſcribunt aut concedunt, & quæ prohibent, memorabile diſcrimen eſt. Illa dicuntur obligationes & iura *affirmativa*, hæc *negativa*.

(a) Obligationes *negativæ* ſeu prohibentes per ſeſe obligant ſemper, ac ſemper obſervandæ ſunt. Quia nullo tempore committenda ſunt mala. Contra *affirmativæ* manent eæ quidem ſemper, at non ſemper & ſine intermiſſione executioni dandæ ſunt. Neque enim perpetuo idem agere aut poſſumus aut debemus; dein affirmativæ poſcunt certum tempus, locum, opportunitatem, vires, atque ut abſit, quod impediat.

(b) Obligationes affirmativæ (naturales) fere quoad plura capita indeterminatæ ſunt; ſed vel agentis voluntate, vel lege divina aut humana, vel per ipſum tempus rerumque adiuncta determinantur. Natura ſæpe generatim & *quoad ſubſtantiam*, ut aiunt, aut ab univerſis, non ſingulis, fieri quidquam præcipit; nec tamen modum, nec tempus, nec menſuram præſcribit, neque perſonas deſignat; (c)

(c) Hinc ſæpe fit, ut in legibus poſitivis Dei vel hominum inſit aliquid naturale & neceſſarium: aliud voluntarium, ac mutabile.

(1) *Obligamur natura vitam conſervare adhibitis alimentis, evitatis periculis; quid ergo? ſi unicus panis ad manum nunc eſt pellendæ fami; ſi unica pateat porta effugiendo incendio; & illo uti, & hac effugere obligor; ſed nempe id temporibus & adiunctis adſcribendum eſt, non ſoli naturæ. Dem obligamur natura, ut ſecuritati conſulamus & noſtræ & noſtrorum; ſi aliter id fieri nunc quidem per tempora non poſſit, niſi inita civili ſocietate? dicemusne ſtatum civilem generatim a natura præſcriptum eſſe? Et legitimo ſuperiori obtemperari natura iubet; quis ob eam cauſam præcepta ſuperiorum naturalia eſſe affirmaverit? Fines natura præfigit: qua perveniri ad eos poſſit, via temporibus relicta eſt.*

§. XV.

Iura *connata* & obligationes *connatæ* appellantur, quæ cum ipſa hominis rerumque natura ponuntur (§. XIII. d.) & quoniam natura in hominibus eadem; erunt hæc quoque iura & obligationes eædem in omnibus, proindeque *univerſales*. His e contraria parte reſpondent obligationes *contractæ*, & iura *acquiſita*, quæ non ſola natura, ſed præterea poſito facto quopiam, ſtatuve proveniunt. In iuribus & obligationibus connatis

(a) Primum eſt *ius æqualitatis*, quo omne id, quod uni iuſtum eſt, aut convenit, aut debetur, id & alteri cuivis; nam ut Philoſophi dicunt: ubi eadem eſt ſufficiens ratio, & eadem determinantia; ibi idem rationatum, idem determinatum. Nulla igitur vi naturæ cuiusquam eſt *prærogativa*, ſeu ius ſpeciale & præcipuum præ aliis ceteroquin eodem iure utentibus: nulla eſt *præcedentia* ſeu ius loci prioris in ordine. Si quis plura, aut nobiliora corporis animive dona accepiſſe ſe putat a natura; propterea nec aliam accepit naturam, neque beneficiis naturæ ad turban-
da

da eius iura abuti debet. Hac naturæ æqualitate nituntur multa non ſolius rationis, ſed & revelationis effata. (1) Ipſa inæqualitas, quam ineundo ſocietatem civilem admiſerunt homines, eo potiſſimum ſpectat, aut ſpectare debet, ut in aliis ac potioribus vitæ partibus iuris æqualitas conſervetur.

(*b*) Cum æqualitate naturæ cohæret ius libertatis ac independentiæ ab aliorum voluntate ac imperio in regendis actionibus. Par enim in parem poteſtatem non habet. Siquid ergo poteſtatis aut imperii alteri in alterum adiudicandum eſt; id ex alio, quam naturæ fonte, derivetur neceſſe eſt. Neque ſervitutis origo a natura eſſe poteſt. Vi libertatis naturalis cuivis permittendum eſt, ut ſuis in actionibus ſuum ſequatur iudicium; neque rationem actuum vel conſiliorum ſuorum cuipiam reddere tenetur, quoad in aliorum libertatem & iura non involat. Neque tamen eam vim habet libertas naturalis, ut homo penitus exlex cenſeri poſſit, & a legibus naturæ ſolutus; multo etiam minus, ut contra divinas leges quascunque libertatem ſuam obtendat: non enim *libertas*, ſed *licentia* eſt, agere, quod lubet deſpectis legibus naturæ, & perrupto officiorum ordine. (2) Fieri poteſt ut quis alteri ſe obſtringat, eoque modo libertatis ſuæ partem abdicet; quo caſu fides data omnino ſervari debet; pacta enim, ut dicemus, initio ſunt voluntatis, poſt neceſſitatis. Nemo tamen vere dici poteſt, ſibi ipſe imperare quidquam, aut prohibere ita, ut ei diſcedere a voluntate ſua non liceat, vi voluntatis prioris; (3) neque libertate aut iure abdicare ſe quisquam intelligitur, niſi alteri ſe devinciat, quocum ei convenit, aut niſi in eum ius tranferat. Et quamvis tum hominem a ſeipſo quaſi diviſum cogites; tamen valet etiam hic: par in parem non habet poteſtatem.

(*c*) Ad iura connata maxime pertinet *ius conſervandi ſuiipſius, ſtatusque* ſui, imo etiam excolendi ſeu *perficiendi*, iuſtisque modis *acquirendi* ea, quæ ab hominibus acquiri poſſunt; & quoniam ad vitæ & incolumitatis conſervationem, ac culturam neceſſarius eſt uſus rerum creatarum pro victu, veſtitu, habitatione; ſequitur, ut cum iure conſervationis, perfectionisque connexum ſit *ius utendi* rebus creatis ad fines

a natura propoſitos, *ius easdem uſus cauſa apprehendendi, aſſervandi, occupandi, & proprias efficiendi.* Multo etiam magis competit ius excolendi animum virtutibus, ſcientiis, retinendæ exiſtimationis, comparandi honoris, quæque his contraria ſunt, arcendi, ac removendi.

(*d*) Qui iure gaudet conſervandi ſe, ſtatumque ſuum, idem gaudet iure, ut immunis ſit ab aliorum læſione, proinde etiam iure non patiendi, ut lædatur ab altero; quod eſt *ius ſecuritatis.*

(*e*) Ius ſecuritatis inane foret, ac otioſum, niſi quis ei, qui malum infert aut intentat, reſiſtere, & ſe ſuaque defendere, aut malum præcavere poſſet. Quocirca iuri ſecuritatis adhæret *ius defenſionis & præcautionis.*

(*f*) Defenſio aliter fieri ſæpe non poteſt, quam ut lædenti vis (phyſica) inferatur, ſicque cogatur, ut deſiſtat ab iniuria. Datur igitur, ſi ad tollendam iniuriam conducibile & neceſſarium eſt, ius cogendi alterum vi phyſica, eique ad efficacem defenſionem, ac ſecuritatem inferendi mala; quod eſt *ius belli* latiſſime dictum: & continetur ſub *iure neceſſitatis*, vi cuius ob conflictum officiorum, iuriumque erga ſe & alios iure fit, quod ceſſante eo conflictu non fieret, niſi iniuria. Sed ius neceſſitatis non modo ex iniuiuſta aggreſſione aliorum, ſed aliis etiam calamitatibus ac temporibus provenire poteſt, ceu facto naufragio, orto incendio, appulſu ad peregrina littora, inopia annonæ.

(*g*) Denique huc nonnulli referunt *ius indemnitatis;* cum vero id ius non oriatur, niſi damno antea illato, iuribus abſolutis annumerari nequit. (4)

(*h*) Singulis hiſce iuribus ſingulæ reſpondent obligationes, ea non turbandi. (XIII. a.) Et quia ſtatus moralis hominis eſt complexio iurium & obligationum ei convenientium, (§. III.) erit ſtatus moralis primitivus ſive originarius is, qui ex iuribus & obligationibus connatis atque univerſalibus componitur. Contra ſtatus

tus adventitius ex iuribus acquiſitis & obligationibus contractis varii generis coaleſcit.

(1) Tob. IV. 16. Matth. VII. 12.

(2) *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat.* Iob. XI. 12.

(3) *Neque imperare ſibi, neque prohibere ſe quisquam poteſt.* l. ſi de re. 51. D. de receptis.

(4) *Iura hæc omnia, quatenus pertingant, quove tempore admittant cruenta remedia, itemque illud, ſolam facultatem dederit natura, an etiam obligationem conſervandi ſe, ſtatumque ſuum, aut defendendi, ſingillatim explicabitur loco ſuo.*

§. XVI.

Iura & obligationes *hypotheticæ* ſunt, quæ intelligi non poſſunt, niſi ex hypotheſi certi facti, adventitii ſtatus, variarumve rationum rei, loci, temporis: contra *abſolutæ*, quæ ex ſola rerum hominisque natura innoteſcunt; cuiusmodi ſunt iura & obligationes connatæ. Hypotheticarum præcipuæ claſſes quatuor, ex adiunctis actionum, ex pactis, ex ſublata rerum communione, ex ſtatibus ſocialibus enaſcuntur.

(*a*) In definiendis iuribus & obligationibus non ſeparatim res & actio ſpectanda in ſe, ſed habenda ratio adiunctorum, per quæ res ipſa ſeu materia iuris alia fit atque alia, ut proinde non eodem iure cenſeri poſſit. (1) Sunt actiones quædam ita repugnantes divinæ perfectioni, ut nullo caſu aut tempore turpitudinem exuant: aliæ rem attingunt, ſubiectam Dei, hominumve poteſtati ac voluntati. Obligationes affirmativæ ſemper opportunitate, facultate, loco, ac tempore metiendæ ſunt, quaſi eſſent hypotheticæ. (§. XIV. a.)

(*b*) Altera ſpecies iurium hypotheticorum & reſpondentium obligationum provenit ex pactis. Singuli ſibi ad vitæ conſervationem, perfectionemque vix ac ne vix quidem, ac caſu rariſſimo ſufficiunt, ipſaque natura alteri in altero præſidium, auxiliumque conſtituit, omnesque ad ſocietatem, & communicandas res & operas formavit. Fit ſæpenumero, ut quis re alterius, vel opera indigeat; nec iſte continuo eam gratis præſtare tenetur, quando & alteri ſuppetit, quod præſtet viciſſim, & quo alterius indigentiæ ſubveniat. Præterea ob libertatem naturalem cuique permittendum eſt, ut ſuo iudicio arbitrioque præſtare quidquam poſſit aut non præſtare. Intereſt tamen indigentis, ut de præſtatione certus ſit. Id fit per pacta, ſeu mutuam conventionem, id eſt, & promiſſionem & acceptationem. Ius paciſcendi ſeu ineundi pacta ſeſeque obſtringendi connatum eſt & abſolutum, ac continetur in iure ſe conſervandi, perficiendique. Quod vero ex pacto oritur ius cum reſpondente obligatione, eſt hypotheticum. Utriusque prima ratio tum ex pactorum neceſſitate derivatur, tum ex turpitudine, quæ ineſt in fallenda fide.

(*c*) Maximus iurium & obligationum hypotheticarum numerus profectus eſt ex introducto dominio rerum, ſublata earum communione primæva. Eſt vero dominium ius in re ſua extendens ſe ad omnem rei uſum ac diſpoſitionem in proprium diſponentis commodum: eoque cenſetur res ipſa domino devincta, ac clamare ad dominum, ſi in alienas manus eo invito pervenerit; isque iure gaudet eam vindicandi a quocunque detentore, tum & utendi eadem, fruendi, poſſidendi, quæque ſunt alia dominii conſectaria. Ab hoc *iure in re* ſecernunt *ius ad rem*, quando non ipſam rem, ſed perſonam nobis obligatam habemus ceu pacto, damno dato, ut quidquam præſtet; idcirco hoc quidem *perſonale*, illud *reale ius* nuncupatur. (2)

(*d*) Hypotheſis ſtatus ſocialis nunquam non origo ac norma eſt iurium hypotheticorum & obligationum pro vario fine a natura aut ab ipſis ſociis præfixo; neque ea iura & obligationes ad unicam actionem vel præſtationem pertinent; ut in pactis fit ſæpenumero, ſed

ſed ſtabilitatem quandam permanentem habent. In hypotheſi ſtatus hominum ſupra naturam elevati, atque Eccleſiæ a Deo inſtitutæ mox ingreditur ius naturæ hypotheticum, quo alia præcepta, alia vetita ſolo eo poſito ſtatu intelliguntur, quin ſingulari lege opus ſit.

(1) *Multa*, inquit Cicero l. III. Offi. *quæ natura honeſta videntur, temporibus fiunt non honeſta. Repoſcenti depoſitum reddere, ſi generatim rem ſpectes, iuris eſt naturalis. At ſi gladium quis apud te ſanæ mentis depoſuerit, repetat inſaniens; reddere peccatum erit: non reddere officii (hypothetici). Spoliarunt Ægyptios Iſraelitæ pretioſis vaſis, at nempe conceſſu illius, de quo ſcriptum eſt: Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & univerſi, qui habitant in eo.* Pſal. XXIII. 1. Hinc S. Thom. Quodlib. IX. art. 15. „*Sunt quædam* „*actiones, quæ abſolute conſideratæ deformitatem vel inordi-* „*nationem quandam important: quæ tamen aliquibus circum-* „*ſtantiis bonæ efficiuntur, ſicut occidere hominem vel percutere.*"

(2) *Eiusmodi ius perſonale dicitur* creditum, *& qui obligatur,* creditor *caſibus variis, qui recenſentur* l. 10. 11. 12. D. de V. S. *Ceterum omne quidem ius, uti facultatem indicat moralem, perſonæ inhæret, eiusque attributum eſt: vocantur quædam tamen realia, quia perſonæ non conveniunt, niſi ob rem certam. Sic nobilitas non inhæret fundo; at nec perſonæ convenit, niſi poſſidenti fundum.*

§. XVII.

Sequitur, ut iuris imperfecti & perfecti origo ac notio proferatur. Cuivis ius conſervandi ſe, ſtatumque ſuum & perficiendi, a natura conceſſum eſt, proinde & ius adhibendi ea, quæ ad hunc finem apta & ab ipſa natura præſtituta ſunt. Natura alteri in altero multa vitæ præſidia, ſubſidiaque conſtituit. Quapropter cuivis dedit ius aliorum præſidium, opem, operam implorandi. Atque huic quidem iuri id non turbandi ſeu impediendi certa reſpondet obligatio;

anne etiam obligatio præſtandi, quod petitur? tum certe, ſi alter vere indigeat, & facultas præſtandi ſuppetat. At num præſtatio vi extorqueri ab invito poteſt? haud ſane. Nam vi libertatis naturalis cuivis permittendum, ut ſuis in actionibus uſuque ſuarum rerum ſuum ſequatur iudicium. Quapropter cogi ſalva libertate naturali ad præſtandam opem operamve nemo poteſt; ſecus procılve eſſet, ut in alterius actiones quivis imperium ſibi arrogaret, eumque re ſua, una & libertate naturali exſpoliaret; quo modo indigentia in dominatum, mendicitas in latrocinium abiret, fovereturque deſidia hominum, rebus alienis ſuſtentanda ac nutrienda, totque haberemus prædones, quot egentes homines vel potius otioſos. Sunt igitur & iura & obligationes naturales, quibus ut ſatisfaciat invitus, cogi non poteſt. Progrediamur ad ea, quæ extorqueri ab invitis poſſunt. Tum iure naturalis libertatis, tum etiam iure conſervandi perficiendique ſtatus ſui quivis & actionum ſuarum, & earum rerum dominus atque arbiter eſt, quas *ſuas* vere nuncupat, aliisque excluſis tenet; neque pati quis tenetur, ut alius in *το* ſuum irrumpat, id violet, minuat, abſtrahat, vel eius uſum turbet. Siquis irrumpat, ſi violet, minuat, abſtrahat, vel eius uſum turbet, in promtu eſſe debet ius reſiſtendi, adeoque ius cogendi, ut deſiſtat; ſecus infirma eſſent naturæ iura, & alienæ libidini ac licentiæ per ſeſe expoſita. Indicio iſtiusmodı iuris coactivi ſunt naturales ſtimuli,

qui-

quibus animo & corpore incitamur in invaſores vitæ, membrorum, ac rerum, quas ad vitæ uſum comparavimus, ac noſtras dicimus, quasque aliis, niſi voluntate noſtra, interdictas habemus. Atque iſta ſunt, quæ *perfecta* vocant iura, ſeu cum iure cogendi coniuncta: illa ſuperiora *imperfecta*, non quaſi non obligarent vere, aut ſine piaculo negligi poſſent, ſed quia cogi non poteſt is, qui ſatisfacere iisdem renuit. Quemadmodum vero iura, ita obligationes perfectæ aut imperfectæ, itidem officia perfecta, vel imperfecta, quorum claſſes quædam & conſectaria nunc evolvenda ſunt:

(*a*) Iura perfecta reſpiciunt libertatem, dominium & creditum. Hæc enim ſunt, quæ cuiusque τὸ ſuum efficiunt, & in quibus tuendis, *ſi impetantur*, coactio locum habet. Uſum igitur eorum iurium præcedit læſio vel impetitio, ſine qua coactio ſeu uſus iuris perfecti nullus eſt. Unde fit, ut iuribus perfectis (in ſtatu naturali abſoluto) ſatisfiat non lædendo, vel impetendo, hoc eſt, per *actiones negativas.*

(*b*) Ad iura imperfecta referuntur ea, quæ præſtari nobis volumus ab aliis, utique probabili & iuſta ratione. Iſtorum genus duplex: I Siqua accipientibus utilia ſunt, dantibus non moleſta; quo pertinent *officia humanitatis*, ſeu *innoxiæ utilitatis.* II. Siquis neceſſitate & indigentia premitur, & aliorum ſimili neceſſitate vel indigentia non conflictantium opem atque operam implorat non ſine aliquo ipſorum incommodo præſtandam; quo ſpectant *officia beneficentiæ.* Extra duplex hoc genus alia beneficentiæ opera, per quæ demereri alios conamur, ad obligationes veras non pertinent, nec iurisprudentiæ propria ſunt.

(*c*) Regula obligationis perfectæ eſt: *quod ab alio oderis fieri tibi, vide, ne tu aliquando alteri facias.* (1) Regula obligationis imperfectæ: *prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.* (2)

(*d*)

(*d*) Iniuria latiſſime nuncupatur id omne, quod iure non fit, etſi quis animum nocendi non habeat. Minus late eſt violatio iuris imperfecti: ſtrictius ac proprio ſignificatu violatio eſt iuris perfecti, quando in alterius το ſuum invaditur. Nimis anguſte iniuriæ nomen ſæpe adhibetur ad indicandam violationem nominis, famæ, honoris. Uti obligatio non violandi ius perfectum alterius. perfecta eſt; ſic obligatio abſtinendi ab iniuriis, perfecta.

(*e*) Iniuria ab iniuſtitia differt, uti *actus ab habitu.* Iuſtum & iniuſtum illud vere proprieque eſt, quod congruit aut repugnat iuri perfecto: quod vero ſecundum ius imperfectum eſt, aut contra illud, æquum vel iniquum recte dicitur. Officia perfecta a Scholaſticis vulgo referuntur ad iuſtitiam preſſe ſumtam, quam *commutativam* vocant, eoquod in commutationibus & contractibus habeat locum maxime: officia autem imperfecta attribuuntur caritati.

(*f*) *Damnum* a Demendo fortaſſis ductum cenſetur quis incurriſſe, cum iam minus habet de ſuo, ac antea. Quia igitur iuris perfecti eſt, tueri το ſuum, & quia damnum continuatur, ac iniuria ſingulis velut momentis renovatur, quoad omnia in priſtinum ſtatum reſtituantur, aut damnum cum omni cauſa reparetur; idcirco iuris perfecti eſt exigere reparationem damni dati, & obligationis ſimiliter perfectæ, damnum datum reparare. *Reſtitutio* ſtricte ſumta eſt redintegratio iuris perfecti læſi. Quocirca reſtitutionem exigere, eſt iuris perfecti, eamque præſtare pariter obligationis perfectæ. Cum vero damnum antea illatum poni debeat, ſequitur, ut hoc ius & obligatio ſit hypothetica, & affirmativa; niſi forte negativam eo dixeris, quod ceſſatio iniuriæ ſine præſtatione intelligi non poſſit.

(g) Officia imperfecta non una via evadunt in perfecta. I. ſi læſum fuit ius perfectum, datumque damnum, uti mox dictum. II. per pacta, per quæ acquiritur aliquid τῳ ſuo æquipollens; quo etiam revocari poſſunt iura ſtatui ſociali adhærentia, qui fere ex pacto originem ducit. III. Per leges imperantis, aut tacitum pactum, quod inter ſocios eiusdem civitatis initum cen-

cenſetur. (3) Contra vero ceſſat in ſtatu civili ius vi adhibita extorquendi, quod cuipiam perfecte debitum eſt, vel potius id ius coactionis ſeu belli tranſit in *actionem*. Vim iniuſtam cenſent leges, cum quis id, quod ſibi deberi putat, non per iudicem repoſcit. (4)

(1) Tob. IV. 16.

(2) Matth. VII. 12.

(3) *Memorabile exemplum extat* l. in ſumma. 2. §. 5. D. *de aqua, & aquæ pluv. arcend. Hinc regula ſtatuitur, quod tibi non nocet, alteri vero prodeſt, id ut patiaris in re tua, compelli potes.*

(4) *Confer elegans decretum* Marci l. 13. D. *quod met. cauſ. geſtum erit.*

§. XVIII.

Ius ad perſonas relatum vel *internum* dicitur, cuius uſus non inter homines tantum impunitatem habet, ſed naturali quoque obligationi conſentaneus eſt, & immunem a peccato coram ſummo Deo & conſcientiæ tribunali præſtat: vel *externum*, cuius uſum naturæ quidem, non tamen hominum leges improbant, ac perſequuntur. Unde conſequens eſt, natura ius externum nullum eſſe, (1) niſi illud dicere velis, quo ipſa natura vetat, eum, qui obligationi imperfectæ deeſt, vi adigere, ut ſatisfaciat.

(1) Vidit Tullius l. III. offic. *quid ob eam cauſam inter humanas ac naturales leges interſit: „aliter leges (humanæ) „aliter Philoſophi (tractantes iura naturæ) tollunt aſtutias. „Leges, quatenus manu tenere res poſſunt: Philoſophi, quatenus „ratione & intelligentia.“* Dein Seneca l. 2. c. 27. de Ira: *„quam anguſta innocentia eſt, ad legem bonum eſſe? quanto latius officiorum patet, quam iuris regula?“*

§. XIX.

Denique notatu digna eſt iurium diſtinctio, in ea, quæ remitti, ſeu transferri, ſeu cum aliis communicari non poſſunt, quæque vere, ac ſtricte *perſonalia* dixeris, eoquod nec eorum uſus per alium poſſit exerceri, (1) alia remitti poſſunt penitus, vel quoad uſum per alios exerceri, aliisve delegari, ſic tamen, ut omnis actuum auctoritas ab eo maxime pendeat, in quo ius tanquam in radice hæret. Cuiusmodi vero ſit ius quoddam, ex fine illius, origine, natura officii, cui cohæret, colligendum eſt. (2)

(1) *Poteſtas ſeu ius mariti in corpus uxoris communicari cum alio non poteſt. Conf. Propoſitio* 50. *inter confixas ab Innocentio P. XI. Nec Clericus renunciare poteſt immunitati toti ſtatui conceſſæ.* C. ſi diligenti. 12. & C. ſignificaſti. 18 de foro competenti. *Nec quisquam renunciare poteſt iuri comparandæ æternæ ſalutis, & uſui mediorum ad eam penitus neceſſariorum; itaque fere contingit, ſi cum iure obligatio in eodem ſubiecto coniuncta eſt, aut quamdiu quis munere fungitur, cui & ius & obligatio annectitur.*

(2) *Vulgo dicitur, quemvis poſſe renunciare iuri ſuo; ſed id latiſſime ſumi non debet, ut ex dictis patet, Creditor quidem debitori remittere ius, aut iuris partem poteſt, ac ſæpe alias partem libertatis abdicare quis poteſt* (§. XV. b); *alias autem duntaxat uſus & exercitium delegatur, vel potius ius ipſum exercetur per alios e. g. poteſtas regum per miniſtros, quo ſenſu dicitur: poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.* c. 68. de R. I. in VI.

CAPUT IV.

Obligationes & Iura naturæ reducuntur ad unum principium generale.

ARGUMENTUM.

§. *XX. Diſſenſio auctorum de principio iuris naturalis, eiusque diſſenſionis cauſæ. XXI. conſtituitur principium eſſendi,*

di, & cognoſcendi. XXII. inde fluit generale principium practicum. XXIII. Hypotheſis Hobbeſii. XXIV. Theoria Puſendorfii.

§. XX.

De principio naturalis iuris longior vulgo & implicatior, quam utilior diſputatio eſt. Plerique enim, poſtquam diu inter ſe illius cauſa digladiati ſunt; quaſi nihil eviciſſent, quod in poſterum uſui eſſet, reliquas iuris partes ex aliis atque aliis principiis derivare adlaborant. Quo igitur citius finem attingat hæc diſceptatio, quæ infinita videri queat, ingentis diſſenſionis, quæ inter tractatores diſciplinæ intercedit, certe quidem intercedere videtur, cauſas primo afferamus.

(*a*) In ipſis Iurisprudentiæ naturalis limitibus deſignandis magna iam varietas & inconſtantia eſt. Scientiæ inſtar rerum partibus concretarum ingenti doctrinarum ac præceptorum numero coaleſcunt. Dum igitur alius plura, alius pauciora amplectitur capita, & ab aliis aſſumta ipſe ad aliam reiicit facultatem, vel ab aliis reiecta arripit; fieri non poteſt, quin admodum variæ, & propemodum liberæ iſtiusmodi complexiones exiſtant, quibus certæ diſciplinæ nomen imponunt. Id fatum eſt iurisprudentiæ naturalis; ſunt enim, qui ſola fere ſocialitatis officia ei adſcribunt, reiectis ad theologiam iis, quæ ad Deum pertinent, aliisque ad Ethicam, quibus ſeip'um regere atque excolere homo debet. Quid, quod ex ſocialitatis officiis ea duntaxat ſelecta ſint a nonnullis, quæ iuris perfecti cenſentur, & coactioni ſubiacent relictis ceteris. Alii ſola externa officia ſumſerunt tractanda, omiſſis internis, ex quibus tamen vis omnis ac decor in vitæ honeſtatem profluit. Ut quid ſentiam, brevi exponam, Philoſophia practica ſeu moralis, diſciplina eſt vel potius complexio plurium diſciplinarum, quæ humanas actiones

nes ad honeſtatem ac beatitatem dirigunt ex præſcripto rationis. De vivendi præceptis autem ratione cognitis illud primo ambigi poteſt, ac diſceptari debet, quid per naturam fieri poſſit, aut omnino debeat ex obligatione quadam. Hæc enim ſi obſcura aut incerta ſint, deliberari ſine ſcelere non poteſt, utrumne eligi quid debeat, an præ ceteris expediat, quave via obtineri queat. Primum igitur in moralibus diſciplinis locum iurisprudentia obtinet naturalis; niſi probabili quorundam inſtituto Philoſophia practica univerſalis ſit præmittenda, quæ de *entibus moralibus*, ut vocant, perinde tractet, ac Ontologia ſeu Philoſophia prima notiones, ac principia tradit ad ſcientias maxime theoreticas pertinentia. Poſito eo Iurisprudentiæ velut fundamento de variis viis ac rationibus conſequendæ virtutis ac felicitatis recte agitur; quod Ethicæ proprium faciunt non pauci. Similiter de domeſtica ſocietate ac civili, quid iuris atque obligationis ſit, quod in patremfamilias, & familiares, quod in imperantem, ac ſubiectos cadit, explicandum prius eſt, quam de ratione utilitatis, aut via rem familiarem, aut publicam provehendi tractatio aut deliberatio inſtituatur. (1)

(*b*) Altera diſſenſionis cauſa de conſtituendo iuris principio in loquendi inconſtantia, ac farragine & varietate vocabulorum ſita eſt, qua res & cogitata eadem, vel parum certe diſcrepantia aliter atque aliter efferunt. Quam ſocialitatem multi appellant, eandem alii mutuam benevolentiam, amorem mutuum, mutuam conſervationem ac perfectionem vocitant. Alii illud tantum in ore habent: *quod tibi non vis fieri*: *& quodcunque vultis, ut faciant vobis homines.* Prodierunt ætate noſtra non pauci, qui definiendi, explicandique notiones finem facerent nullum; cum enim in origines idearum parum inquiſierint; nec unde inchoandum ſit, nec ubi deſinendum, didicerunt. Verba enim, quibus notiones finiunt, verba gignunt, quorum notio pariter finienda ac figenda eſt. Sunt definiendi quædam formulæ, quæ ſtatum rei, ut in ſe eſt, exprimunt, aliæ referuntur ad facultatem quandam mentis noſtræ, cui res obiectæ ſunt. Utriſque res & cognitiones reſpondent eædem, at non eædem voces. Hinc diſcrepantia in definienda *obligatione*, *lege natu-*

ræ,

ræ, regula moralitatis, bonitate ac malitia morali profecta eſt.

(*c*) Tertia eſt diſſenſionis cauſſa, mirifica officiorum connexio, quæ aut ſummum Deum reſpiciunt, aut hominem ipſum, aut alios: dein par connexio tam utilitatum, quæ expleto quovis officiorum genere proveniunt, atque ad explenda reliqua conducunt, quam malorum, quæ neglecto genere uno exiſtunt, & reliquis impedimento ſunt. Qui Deum vere atque ex animo colit, cito rationes depromet ex eo cultu, quibus & hominum ſocietati utilis ſit, & ipſum ſe non negligat: contra qui ſocialitatem maxime præ oculis habet; id, quod hominibus utiliſſimum eſt maximeque neceſſarium, aget, ut eos Deum colere, ſummeque amare & verbis & exemplis doceat, ſeque & ſtatum ſuum ad uſum humanæ ſocietatis præparet, atque exornet. Qui denique de ſe ſuisque commodis primo cogitat, haud ægre videbit, quam conducibile ſit & Deum colere, & homines ſibi devincire. Nihil igitur mirum videri debet, deductionem naturalium iurium atque obligationum alios a cultu Dei, alios ab hominum ſocialitate, denique alios a ſtudio utilitatis propriæ tanquam a capite repetiiſſe. Atque hoc loco illud etiam animadvertendum, fieri poſſe, ut earundem actionum, earundem virtutum, vitiorumque aliæ rationes, aliaque momenta ex Dei cultu, aut ſummis perfectionibus Dei, aliæ ex ſocialitate hominum tum primæva, tum adventitia in ſtatu quodam ſociali, aliæ ex natura hominis ipſius, & quidem habita ratione facultatum animi, vel corporis, vel ſtatus externi eruantur, proferanturque; quæ rationes & momenta omnia naturalia dicentur, vi ſolius rationis adinventa, ex rerum hominisque natura, ſive ex intima philoſophia depromta; atque ita homines *eadem* agunt, at non ex *iisdem* rationibus & incitamentis, non *iisdem* propoſitis finibus.

(1) *Qui obligationem naturalem in connexione momentorum cum actione ponunt, confundunt diſciplinas morales, quas a Veteribus confuſas nimis acerbe conqueruntur, ſeque velle ſegregare profitentur; ea enim definitione quidquid convenientiæ, vel utilitatis ſpeciem quoquo modo habet cum natura ſtatuque hominis, ad iurisprudentiam naturalem trahetur.*

§. XXI.

Principium *eſſendi* vocant id, per quod res eſt, aut eſſe intelligitur id, quod eſt. Quid igitur illud tandem eſt, per quod lex ſeu obligatio naturæ, aut ius ſeu facultas eſt, aut eſſe intelligitur id, quod eſt? ſine dubio voluntas ſummi Dei, quæ poſita creatione rerum non poteſt non ineſſe Deo ob perfectionem infinitam, quæque ipſa creatione rerum manifeſta facta eſt. Aliter de hac re ſiquid dicitur, aut ſtatuitur, neceſſitas & vis naturalis iuris explicatum nullum habet. Hoc principii genus eo modo definitum vocatur *internum;* quia denotat ea, quæ intus incluſa in re ſunt, remque ipſam efficiunt, ut ſit id, quod eſt. Quocirca ad naturas, quas ſubſtantias Philoſophi vocant, maxime adhibetur; de his enim inquiri ſolet, quibus veluti partibus re, aut ratione diſtinctis componantur, ceu homo ex corpore & animo: animus ex intelligentia & voluntate. Quando autem non de ipſa natura aut ſubſtantia, ſed eius proprietatibus agitur, ac proprietatis cuiusdam principia indagantur, tum vocis huius: *principium*, ea ſignificatio eſt, ut indicet id, ob quod proprietas ineſt, aut per quod ineſſe cognoſcitur. Idcirco *principium cognitionis* nuncupatur. Porro iura & obligationes naturales, ſive earum complexio, qui eſt ſtatus moralis, non natura quædam aut ſubſtantia, ſed proprietas eſt naturæ intelligentis, ſive hominis, ac principium huius proprietatis ſive ſtatus moralis eſt illud, ob quod ea ineſt

eſt in homine, ſive per quod ineſſe cognoſcitur; idem enim utrisque vocibus exprimitur. Nam id, ob quod proprietas ineſt, vel ut aiunt, determinatur, eſt ipſum illud, per quod ineſſe vel determinari cognoſcitur, ſi de cognitione ope rationis comparata, non per ſenſus, vel auctoritatem acquiſita ſermo eſt. Nihil igitur inter utrumque loquendi modum intereſt, niſi quod alter rem in ſe, alter comparate ad facultatem mentis noſtræ exprimat. (XX. b.) Has igitur notiones nunc adhibeamus ad evolvendum id, quod magnopere involutum eſt.

(*a*) Principium obligationum ac iurium naturalium natura eſt, perfecte ac complete ſumta, nempe ſecundum facultates animi, corporis, res externas, ſecundum triplicem illum nexum, ſecundum ſtatus diverſos, denique ſecundum fines, qui in his omnibus inſunt. Natura enim in hunc modum conſiderata, eſt id, ob quod ſtatus moralis in homine ineſt, ſive per quod ineſſe cognoſcitur (1).

(*b*) Quoniam natura intelligens eadem eſt in hominibus cunctis, erit in cunctis ſtatus moralis idem, ſive eadem iura, eædem obligationes. Ius igitur naturæ, tanquam illarum complexio, ius eſt univerſale & commune omnibus.

(*c*) Naturæ rerum æternæ, neceſſariæ & immutabiles ſunt; igitur ius naturæ æternum, neceſſarium, immutabile (2).

(*d*) Nemo, qui ratione utitur, ſe ac naturam ſuam, facultates animi ac corporis ſui, ac rerum externarum uſum ignorare poteſt, neque ſummum Deum, aut homines alios, quibuscum vitam degit; hinc neque ius naturæ poteſt ignorare; erit igitur hoc ius omnibus manifeſtum, ac ratione propoſitum ſeu promulgatum. Si quo in caſu ob varia temporum, per-

ſonarum ac rerum adiuncta ambiguitas iuris, aut ignoratio eorum, quæ a primis maximeque neceſſariis principiis remotiora ſunt, aliquando habeat locum; nihil id neque perſpicuitati ipſius iuris neque recto ordini rerum, neque felicitati generis humani officiet.

(*e*) *Obiectum* ſeu *materia* iuris naturalis actiones liberæ ſunt, ac ſpeciatim *obligationum* naturalium obiectum actiones illæ, quæ aut repugnant divinis perfectionibus, aut ita ſunt neceſſariæ, ut aliter tolli divina perfectio videatur. *Subiectum* natura intelligens, cui id ius ratione innoteſcit: *Finis* generatim felicitas humani generis, & illuſtratio divinæ gloriæ: Auctor ſeu *cauſſa effectrix*, Deus Creator & Gubernator rerum.

(*f*) Alias præterea ſeu proprietates ſeu iuſtiſſimas laudes congerunt in ius naturæ, qui dicunt, id *unum eſſe & uniforme*; eoquod uno ex fonte promanet, atque ad unum eundemque finem perducat omnia: univerſos etiam & ſingulos, grandes & puſillos ſimiliter obliget nulla cuipiam conceſſa immunitate. Idem *norma eſt*, habeturque *legum poſitivarum*, tum quod eæ a naturali obligatione deflectere non poſſint, quin ipſæ ceſſent eſſe leges; tum quod poſitivæ obſervationem naturalium tueri, & urgere, & perficere, & quaqua ratione adiuvare debent. *Sanctiſſimum* appellant ius naturæ. id eſt, perfectiſſima ſanctione munitum, nempe ſpe beatitatis ſummæ & ſempiternæ, dein metu maximæ miſeriæ tum præſenti vita, tum futura ſuſtinendæ perpetuo.

(1) *Si qui fines naturæ, aut divinas perfectiones velint principium dicere naturalis iuris, non refragabor; re enim conveniunt cum ſententia noſtra, etſi verbis diſcrepent. Mihi tamen naturam nominare, potius viſum eſt. Fac enim interrogari te a quopiam, anne aliqua & qualis medicina præſcripta ſit ægro, ſed certo antea exploratam tibi eſſe peritiam medici, & voluntatem medendi & diligentiam; tum ſiquid ſapis in ea re, reſponſum reddes ex ſtatu morbi recte expenſo, non ex peritia atque induſtria medici, de qua dubitatio nulla eſt. Atqui leges, inquit S. Auguſtinus, medicamenta ſunt humanæ infirmitatis; quod æque de naturalibus ac poſitivis affirmari poteſt.*

(2) *Quæ*

(2) *Quæ immutabilitati iuris naturalis adverſari videntur, explicanda ſunt iis ex notionibus ac principiis, quæ de iure & obligatione naturali hypothetica ſupra allata ſunt, Ex quibus palam fit, eo, quo declaravimus ſenſu, ius naturæ hypotheticum vel conditionatum inficias iri, aut impugnari a nemine poſſe, niſi ſiquis cum umbris dimicare & concitandæ invidiæ cauſa malitioſe ac imperite vociferari velit; quemadmodum factitatum aliquando fuiſſe oſtendit* Zechius de rigore moderato doctrinæ pontificiæ circa uſuras diſſert. II. a §. 143. *Haud paulo alio ſignificatu ius hypotheticum aliquando ſumitur a Iurisconſultis, cuius nempe effectus & obligatio ad eventum certæ conditionis ſuſpenſa eſt. Ius naturæ non vage & ſeparatim ab adiunctis, reſpicit hominum actiones, ſed pro certis earum complexionibus, pro certis pactis, certis iuribus realibus, certis ſtatibus adventitiis hominem obligat ſemper, pro aliis diverſis nunquam.*

§. XXII.

Ex principio generali theoretico (§. IX. XXI. a.) principia generalia practica deducuntur naturali cogitandi & ratiocinandi vi. Huiusmodi ſunt, quæ ſequuntur:

(*a*) *Omitte, quidquid divinæ perfectioni repugnat.* Negativa, ut patet, hæc eſt naturæ lex. Porro divinæ perfectioni repugnat quævis divinæ legis transgreſſio, ſeu quodvis peccatum: generalis ergo naturæ obligatio eſt, fugiendi peccati atque evitandæ offenſæ Dei. Dein maxime repugnat divinæ perfectioni, ſi homo abiecta ſalutis cura, repudiata ſumma beatitate, ac velut reiecto & deſpecto ſummo Deo, in cuius cognitione & amore ea ſita eſt, rebus creatis & fluxis voluptatibus ceu meliori aut dilectiori fini vellet inhærere. Quare naturalis eſt obligatio fugiendi ac prætermittendi, quidquid a fine ultimo beatitatis hominem abducit; ex quo illa etiam obligatio naturæ dimanat, devitandi nempe periculi, quo ſummus Deus offendi ac beatitas amitti queat. Cenſetur autem homo iſtiusmodi periculum ſubire, ſiquid agat, omittatve, ita quodammodo cogitans: agam, vel omittam,

ſeu conceſſum ſit a Deo, ſeu prohibitum, ſive abducat a fine beatitatis, ſive non abducat.

(*b*) Altera affirmativa naturæ lex ſic videtur concipi poſſe: *Fac ea, quibus omiſſis divinam perfectionem tollere, aut denegare videbere.* Diſtinctiſſime eandem, multoque propius expreſſit divinus Servator: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua; hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: diliges proximum tuum ſicut teipſum.* (1) Prima ergo ſunt generalia caritatis præcepta, & bina officiorum genera, erga ſummum Deum & hominem. Quia paris omnes naturæ ſumus, adeoque pari iure cenſendi; idcirco quæ nobis erga nosmetipſos natura præſcripſit, aut indulſit; eadem aliis quoque a nobis exhibenda ſunt.

(*c*) Si ad iurisprudentiam naturalem omnes obligationes naturæ referuntur, quemadmodum referendæ omnino videntur, dubium non eſt, non modo externas actiones, ſed internos quoque voluntatis actus legibus naturæ tam negativis quam affirmativis ſubiacere; quia & hi, ac maxime quidem divinæ perfectioni repugnare poſſunt, aut ita neceſſario requiri, ut iis prætermiſſis divina perfectio tolli videatur. (2)

(*d*) Hactenus de obligationibus maxime actum. Iurium ſeu facultatum generale principium practicum ſic videtur enunciandum: *Pro conceſſo habeto, quidquid conſentaneum eſt finibus naturæ, neque obligationi connatæ vel contractæ repugnat.* Iſtiusmodi fere ſunt edicta prohibitoria legum, per quæ conceſſum omnibus quidquam cenſetur, quibus ſpeciatim interdictum non eſt.

(*e*) Naturalium obligationum, legum, atque officiorum *colliſio* exiſtit, quando pluribus, quibus ſatisfaciendum eſt, ſatisfieri non poteſt. Ac tum *vincit* ea obligatio, cui ex præſcripto naturæ ac rationis ſatisfieri præ reliquis debet: *cedit*, cui fieri ſatis non poteſt. Huc igitur generalia principia de obligationum colliſione pertinent, quæ ex illis pendent animadverſionibus, quas de ordine, ac gradibus finium ſupra indicavimus (§. IV g. h. i.). Ordine prima eſt lex negativa ſupra expoſita, ne quid fiat, quod divinæ perfe-

fectioni repugnat, & hominis ſalutem perpetuo peſſumdet. (3) Inter officia erga Deum & hominem præſtant officia religionis erga ſummum Deum quibusvis aliis ſeu officiis ſeu bonis, quæ conſectari homines poſſunt. In officiis hominis antecellunt, quæ animum reſpiciunt, & incolumitas corporis potior eſt fortunis, ac moralia bona antiquiora eſſe debent naturalibus. Cum tamen officia affirmativa ea quoque, quæ Deum attingunt, opportunitatem, tempus, facultatem poſcant, iis non tam prætermiſſis, quam dilatis, ſatisfieri aliis officiorum generibus aliquando debet: & quia gradus inſunt tum in finibus naturæ, tum in officiis, quæ illis reſpondent, non ſic exigenda ſunt officia præſtabiliora (affirmativa), ut, quæ inferioris ordinis ſunt, penitus prætermittantur, præſertim ſiqua neceſſitas incidat, qua membra, aut etiam fortunæ graviter periclitantur. Quamvis dein ſibi quisque conſulere præ aliis queat, quia nemo cuiquam tam propinquus aut proximus eſt, quam quisque ipſe ſibi; tamen tum quoque gradus quidam ac modus, intra quem ſibi conſulit quisque, ſpectari debet, dein & neceſſitatis gradus, quo alii conflictantur, ut invento temperamento utrique officiorum generi fiat ſatis.

(1) Matth. XXII. 37. 38. 39.

(2) *Externa delicta ab internis proveniunt, ſimiliter ac virtutes. „Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro (cordis ſui) profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala.* Matth. XII. 34. 35. *„De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, „fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blasphemiæ.“* Matth. XV. 19. *Iure igitur ab Innocentio P. XI confixa eſt propoſitio* 10. *„Non tenemur proximum diligere actu interno formali“ & Prop.* 11. *„Præcepto proximum diligendi ſatisfacere „poſſumus per ſolos actus externos. Maiore etiam ratione „proſcriptæ ſunt ab Eodem propoſitiones ſequentes, quinta: „an peccet mortaliter, qui actus dilectionis ſemel tantum in „vita eliceret, condemnare non audemus. Sexta: probabile „eſt, ne ſingulis quidem rigoroſe quinquenniis per ſe obligare præceptum caritatis erga Deum. Septima: tunc ſolum „obligat, quando tenemur iuſtificari, & non habemus aliam*

 „viam

„viam, qua iuſtificari poſſimus." *Viderunt hæc naturæ præſcripta de internis actibus vel homines ſuperſtitione falſorum numinum occœcati. Locum quendam Ciceronis & Senecæ huc etiam pertinentem adduximus ſupra* (§. XVIII.) *Addamus aliam utriusque appoſitam ſententiam.* Ac Cicero quidem l. 1. de finib. *„Siqui*, inquit, *ſatis ſibi contra hominum „conſcientiam ſepti eſſe, & muniti videntur, Deorum tamen „numen horrent; easque ipſas ſolicitudines, quibus eorum „animi noctes atque dies exeduntur, a Diis immortalibus ſup„plicii cauſa importari putant."* Seneca vero apud Lactantium l. 6. c. 24. acuta interrogatione homini ſcelerato inſtat: *„Demens, quid tibi prodeſt non habere conſcium, ha„benti conſcientiam?"* *Hæc quidem nullis accommodatiora ſunt, quam internis.*

(3) *Hanc quoque legem ſummam & immutabilem lumen rationis hominibus prodidit vel in denſiſſima errorum nocte.* Iuvenal. Satyr. VIII. ſic eam expreſſit:

— — — Ambiguæ ſiquando citabere teſtis
Incertæque rei, Phalaris licet imperet, ut ſis
Falſus, & admoto dictet periuria tauro;
Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere cauſam.

§. XXIII.

Doctrinis, quas adhuc expoſuimus, probe inſtructus quisquam haud ægre iudicium feret de opinionibus aliorum nonnullis, qui in hoc genere famam ſibi, aut infamiam conflarunt. Thomas Hobbes natus in Anglia A. 1588. quinta Aprilis, ibidemque extrema ſenectute defunctus A. 1679. quarta Decembris tum alia opera philoſophica, mathematica, hiſtorica, tum ad hanc diſciplinam pertinentem tractatum *de cive*, & librum alium inſcriptum *Leviathan* edidit pro cauſa regis potiſſimum & poteſtatis regiæ, in quam Scoti inſurrexerant. Præcipua Hobbe-

beſianæ hypotheſeos capita recenſebo ipſis verbis Auctoris ex Richardo Cumberlando exſcriptis, qui eandem data opera confutavit. (1)

(*a*) „Natura dedit unicuique ius in omnia (hoc eſt, in ſtatu mere naturali ſive antequam homines ullis pactis ſeſe invicem obſtrinxiſſent, unicuique licebat facere quæcunque, & in quoscunque libebat, & poſſidere, uti, frui omnibus, quæ volebat & poterat) - - ſequitur, omnia habere & facere in ſtatu naturæ, omnibus licere.“ *De Cive. Cap. I.* §. 10.

(*b*) *Unde hoc ius deduxerit, audiatur ipſe auctor:* „Unicuique ius eſt ſe conſervandi: eidem ergo ius eſt, omnibus uti mediis ad eum finem neceſſariis. Media autem neceſſaria ſunt, quæ ipſe talia iudicabit; eidem ergo ius eſt omnia facere & poſſidere, quæ ipſe ad ſui conſervationem neceſſaria eſſe iudicabit. Ipſius ergo facientis iudicio id, quod fit, iure fit, vel iniuria.“ ibid. *Not. in* §. 10. *Ecce principium, de quo ſupra* (§. XIII. g.) *ius ad finem dat ius ad media:* & *in uſu iuris ſtandum iudicio utentis* §. XV. b.) *Erit ergo iuſtum, quidquid utile? omnino; ſic enim inquit:* „Ex quo etiam intelligitur, in ſtatu naturali menſuram iuris eſſe utilitatem.“ *ibid.* §. 10. 11. & : „Breviter, in ſtatu naturæ, iuſtum & iniuſtum non ex actionibus, ſed ex conſilio & conſcientia agentium æſtimandum eſt: quod neceſſario, quod ſtudio pacis, quod ſui conſervandi cauſſa fit, recte fit.“ *De Cive C. III. Not. in* §. 27. *Igitur ius omnium in omnes ex iure ſe conſervandi ducitur.*

(*c*) *Sed unde ius ſe conſervandi tale ac tantum?* „Fertur, inquit, unusquisque ad appetitionem eius, quod ſibi bonum, & ad fugam eius, quod ſibi malum eſt - - - idque neceſſitate quadam naturæ non minore, quam qua fertur lapis deorſum.“ *ibid. C. I.* §. 7. „illis, qui hæc non penſitaverunt, mirum fortaſſe videbitur, naturam homines diſſociaviſſe, & ad mutuam cædem aptos produxiſſe: & tamen hoc perſpicue illatum eſt ex natura paſſionum, & præterea experientiæ conſentaneum.“ *Leviathan cap. XIII. atqui* & *feræ beſtiæ neceſſitate naturæ ſtudent conſervationi*

 ſuæ;

ſuæ; nec tamen in genus proprium graſſantur. Vidit id Hobbes, & reſpondere conatus eſt his verbis. „Sed „ſunt, inquit aliquis, animalia quædam bruta, ut apes „& formicæ, quæ pacifice in eodem alveari, & in „eadem formicaria, inter ſe vivunt. -- Quid ergo im„pedit, quo minus homines idem faciant?" *Leviathan C. XVII. Sic dein reſpondet*: „Primo, quod „homines inter ſe de honoribus & dignitate perpe„tuo contendunt; ſed animalia illa non item. -- Se„cundo, inter animalia illa bonum publicum & pri„vatum idem eſt. Ergo ad bonum privatum dum na„turaliter feruntur, ſimul procurant bonum commu„ne. Homini autem in bonis propriis nihil tam iu„cundum eſt, quam quod alienis ſunt maiora. Ter„tio, animalia illa, quia carent ratione, in rerum „ſuarum communium adminiſtratione nihil vident, „aut videre ſibi videntur, quod culpent; inter ho„mines autem permulti ſunt, qui ſe ceteris ſapien„tiores, & regendæ civitatis capaciores eſſe putant, „quique dum ſuo quisque modo reformare volunt, „diſſident inter ſe, & belli cauſa ſunt. - - Quarto, „animalia illa - - verborum arte illa carent, qua ho„mines alii aliis videri faciunt bonum malum, & „malum bonum; magnum parvum, & parvum ma„gnum: & alter alterius actiones ita reprehendit, ut „inde turbæ oriantur. Quinto, animalia bruta inter „iniuriam & damnum non diſtinguunt. Itaque quam„diu bene ſibi eſt, ceteros non invident. Homo au„tem tunc maxime moleſtus eſt, quando otio opi„busque maxime abundat. Poſtremo, animalium il„lorum conſenſio a natura eſt; conſenſio autem ho„minum a pactis eſt, & artificialis. Mirum ergo „non eſt, ſi ad firmitatem & durationem eius aliud „præter pactum requiratur, nempe potentia commu„nis, quam ſinguli metuant, & quæ omnium actio„nes ad bonum commune ordinet.

(*d*) *Ex his hominum paſſionibus, ex hoc iure ſe conſervandi, indeque orto iure omnium in omnes, quid infert Hobbes de ſtatu naturali hominis?* bellum omnium in omnes. Sic enim ait: „Si addas iam ius omnium in „omnia, quo alter iure invadit, alter iure reſiſtit, „atque ex quo oriuntur omnium in omnes perpetuæ „ſuſpiciones -- negari non poteſt, quin ſtatus homi-

num

„num naturalis, antequam in ſocietatem coiretur, „bellum fuerit; neque hoc ſimpliciter, ſed bellum „omnium in omnes." *De Cive. C. I.* §. 12. „In tan„to & mutuo hominum metu, ſecuritatis viam me„liorem habet nemo anticipatione; nempe ut unus„quisque vi & dolo ceteros omnes tamdiu ſibi ſub„iicere conetur, quamdiu alios eſſe, a quibus ſibi ca„vendum eſt, viderit." *Leviath. C. XIII.*

(e) *Ne pernicies afferretur humano generi, belli finem indicat auctor, & initium civitatum :* „Qui igitur de „bono præſente convenire non poterant, conveniunt de „futuro": *nempe condita civitate in poſterum pacifice „vivere coguntur. Sed unde ius imperandi & obliga„tio parendi proveniet, ſi ius naturæ nullum eſt? aut „quomodo ſublato naturæ iure conſiſtet civitas? ius „omne imperandi, etiam divinum in viribus & potentia, „ſeu potius præpotentia collocatur.* Iis igitur, quorum „potentiæ reſiſti non poteſt, & per conſequens Deo „omnipotenti, ius dominandi ab ipſa potentia deriva„tur" (2).

(f) *At civitates, quarum altera ab altera non pendet, in ſtatu naturali degunt; ergo ne etiam in naturali ſtatu belli? affirmat :* „Status enim civitatum inter ſe na„turalis, id eſt, hoſtilis eſt. Neque ſi pugnare ceſſent, „idcirco pax dicenda eſt, ſed reſpiratio, in qua ho„ſtis alter alterius motum vultumve obſervans, ſe„curitatem ſuam non ex pactis, ſed ex viribus & con„ſiliis adverſarii æſtimat. Atque id iure naturali, ut „Cap. II. Art. 10 ex eo, quod pacta in ſtatu naturali, „quoties iuſtus metus intercedit, ſunt invalida, oſten„ſum eſt." *De Cive Cap. XIII.* §. 7. „Quid aliud ſunt „plures respublicæ, quam totidem caſtra, præſidiis „& armis contra ſe invicem munita; quarum ſtatus „(quia nulla communi potentia coercentur, utcunque „incerta pax, tanquam induciæ breves, intercedat) „pro ſtatu naturali, hoc eſt, pro ſtatu belli habendus eſt." *Ibid. Cap. X.* §. 17. (3)

(g) *Quæ vero norma erit civilium legum, earumque iuſtitiæ, ſi ante conſtitutas civitates nihil iuſtum, nihil iniuſtum cenſeri poterat? reſpondet, ipſas eſſe normas iuſti ac recti.* „Oſtenſum eſt enim cap. VI. art. 9. regu-

„las

„las boni & mali, iuſti & iniuſti, honeſti & inho-„neſti, eſſe leges civiles, ideoque, quod legislator „præceperit, id pro *bono*: quod vetuerit, id *pro ma-„lo* habendum - - Ante imperia, iuſtum & iniuſtum „non extitere.“ *De Cive Cap. XII.* §. 1. „Ut culpa, „hoc eſt, peccatum ſit, quod quis fecerit, omiſerit, „dixerit, vel voluerit contra rationem civitatis, id „eſt, contra leges.“ *Ibid. Cap. XIV.* §. 17. (4).

(*h*) *Quid igitur Evangelio fiet*, ait: „nullæ in hanc rem „datæ regulæ ſunt a Chriſto, neque enim venit in „hunc mundum, ut iſta doceret; imo de his (nimirum „iure, politia, & ſcientiis naturalibus) Chriſtus præ-„cepta tradere, aut quid quam docere præter hoc unum, „ut in omnibus circa illa controverſiis cives ſingu-„li civitatis ſuæ legibus & ſententiis obedirent, ad „officium ſuum pertinere negat.“ *De Cive Cap. XVII.* §. 12. (5).

(1) *Traité philoſophique des loix naturelles. Ne miretur, obſecro, benevolus lector, impiam atque execrandam Hobbeſii hypotheſin pluribus a me verbis, ſeu potius tam multis ipſius auctoris verbis accurate exſcriptis commemorari, atque in lucem proferri ea, quæ ſempiternis tenebris ſepelienda ſunt. Eſt in eo quoque utilitas nonnulla inſtitutionis, ut narrentur veteres impietates & opinionum monſtra ponantur ob oculos, quæ ſimul prognata, ſimul cum horrore ac deteſtatione reiecta ſunt. Contingit, ut ſimilia actitari noſtra ætate, & tanquam nova inventa iactitari a ſcriptoribus quibusdam videamus. Qui dein ad illos veteres errores reflectet animum, neque novitate percelli poterit, neque quid ſentiendum ſit ſibi, hæſitare. Si circumſpicias omnia, & nova cum antiquis conferas, non obſcure videbis, Hobbeſianam hæreſin eſſe armamentarium illud, ex quo arma auferunt Scriptores quam plurimi, quibus in ſacroſanctam eccleſiam, omnemque ordinem eccleſiaſticum identidem irrumpunt.*

(2) *Non congruit ſane cum natura hominis, ut ſola vi ac metu conſtringatur inſtar immanſuetarum animantium; parum etiam & civitatibus & earum rectoribus conſultum eſſe ſolo timore ſubiectorum & ratio docet, & experientia. Lex Evangelii ſectatores ſuos Principibus ſubiectos vult* non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam *Rom. XIII.* 5., *& primus Eccleſiæ paſtor ait*: Subiecti eſtote - - pro-

propter Deum - - quia ſic eſt voluntas Dei. *I. Petr. II.* 13. 15. *de divino imperandi iure actum* (§. *II. a.*)

(3) *Terrifica ſane eſt hæc de ſtatu naturali tum ſingularum perſonarum, tum moralium deſcriptio; ſed tamen nec Hobbeſius impietatis primus auctor. Præcurſores habuit flagitioſos illos ac nefarios homines, ſeu humani generis peſtes, quorum ſenſa ac deſideria prodita extant Sapient. II. affirmante divino ſpiritu:* hæc cogitaverunt, & erraverunt. Excœcavit enim illos malitia eorum *Ibid. v.* 21. *horum, inquam, non aliud ius, quam vis fuit:* ſit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ: quod enim infirmum eſt, inutile invenitur. *Ibid. v.* 11.

(4) *Iuſtum igitur, & bonum cenſeri debuit præceptum regis Ægypti, quo innocuos maſculos interfici curavit. Exod. I.* 16. *Iuſtum & honeſtum Jeroboami conſilium, ac præſcriptum, quando fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: (decem tribubus) nolite ultra aſcendere in Ieruſalem: ecce Dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti, III. Reg. XII.* 28. *Iuſtum Medorum ac Perſarum edictum, ut omnis, qui petierit aliquam petitionem a quocunque Deo & homine, usque ad triginta dies, niſi a te Rex, mittatur in lacum leonum. Daniel.* VI. 7. *Iuſtum, ut alia taceam, Antiochi decretum, quo in deſpectum divinæ legis carnes porcinas vorare homines probos iuſſit, II Mach VI.* 18. *Quid mirum, pro atheo habitum a multis fuiſſe Hobbeſium, aut certe quidem divinæ religionis penitus expertem?*

(5) *Eiusmodi telum Hobbeſianum in defenſores iurium eccleſiæ ſæpe intorquent hodie navi reformatores; ſed non eſt hic iſtiusmodi agitandis controverſiis appoſitus locus; ſat eſt indicaſſe venenatum fontem, ex quo doctrinas hauriunt, quas pro geometricis demonſtrationibus venditant, doctores novi, ac dilucularios quidem iſtos quis æquo animo ferat, quando de illata in orbem luce gloriantur, nec aliud re ipſa agunt, quam ut Hobbeſianam caliginem hominibus offundant.*

§. XXIV.

Samuel Pufendorfius in amplo opere de Iure Naturæ & gentium principium *Socialitatis* ex natura rerum hominisque in hunc modum derivavit. (1)

(*a*)

(a) „Id primo homo habet commune cum omnibus animantibus, queis ſenſus ſui ineſt, ut ſeipſum quam maxime amet, ſeipſum ſtudeat omnibus modis conſervare: quæ bona ſibi videntur, nitatur acquirere, mala repellere. - - Et iſte quidem cuiuslibet erga ſeipſum amor regulariter tam validus eſt, ut quævis inclinatio erga quemvis alium hominem ipſi cedat. Equidem videntur quandoque aliqui teneriore affectu alios amplecti, quam ſeipſos - - ſed præterquam quod hoc non ſit perpetuum - - quidquid pro aliis homo facit, ſui nunquam oblivifcitur; & communem hominum affectum bene expreſſit Satanas apud Iobum II. 4. (2).

(*b*) Deprehenditur quoque in homine ſumma imbecillitas atque naturalis indigentia, ut, ſi homo ſolus absque ullo auxilio, per alios homines accedente, in hoc orbe deſtitutus concipiatur, vita ipſi in pœnam data videri poſſet; manifeſtum quoque eſt, poſt divinum Numen homini non plus ſubſidii atque ſolatii poſſe accedere, quam ab aliis hominibus. - - Iidem tamen homines non minus invicem nocumenti & moleſtiæ inferre poſſunt, & ſæpe volunt, vel inſtigante prava libidine vel ſubigente neceſſitate ſeipſos contra aliorum noxas defendendi. (3)

(*c*) „Ex hisce poſitis facile eſt fundamentum legis naturalis invenire. Scilicet manifeſto apparet, hominem eſſe animal ſui conſervandi ſtudioſiſſimum, per ſe egenum, ſine ſui ſimilium auxilio ſervari ineptum, ad mutua commoda promovenda maxime idoneum; idem tamen ſæpe malitioſum, petulans, & facile irritabile, ac ad noxam inferendam promtum ac validum. Eiusmodi animali, ut ſalvum ſit, bonisque fruatur, quæ in ipſius conditionem hic cadunt, neceſſarium eſt, ut ſit ſociabile, id eſt, ut coniungi cum ſui ſimilibus velit, & adverſus illos ita ſe gerat, ut ne iſti anſam accipiant eum lædendi, ſed potius rationem habeant, eiusdem commoda ſervandi aut promovendi. Inde fundamentalis lex naturæ iſthæc erit, *cuilibet homini, quantum in ſe, colendam & conſervandam eſſe pacificam adverſus alios ſocialitatem, indoli & ſcopo generis humani in univerſum congruentem.* - - (4)

(*d*)

(*d*) „Ex quo conſequitur, quia, qui obligat ad finem, „ſimul obligare intelligitur ad media, ſine quibus finis non poteſt obtineri; *omnia, quæ ad iſtam ſocia-„litatem neceſſario faciunt, iure naturali præcepta, „quæ eandem turbant aut abrumpunt, vetita intelligi.*

(*e*) „Diviſio officiorum, quæ ex lege naturali homini „incumbunt, commodiſſme videtur inſtitui *ſecundum „obiecta*, erga quæ iſta ſunt exercenda. Quo intui-„tu illa in tres principales partes diſpeſcuntur; qua-„rum prima tradit, quomodo ex ſolo rectæ rationis „dictamine quis ſeſe debeat gerere *adverſus Deum*; „altera, quomodo *adverſus ſeipſum*; tertia, quomodo „*adverſus alios homines.* Quamquam autem primario „& directe ea præcepta legis naturalis, quæ ad alios „homines ſpectant, ex ſocialitate, quam fundamenti „loco ſubſtravimus, deriventur; tamen etiam indi-„recte officia hominis erga Deum, tanquam Creato-„rem inde deduci poſſunt; quatenus ultimum firma-„mentum officiis erga alios homines a religione & „metu Numinis accedit; ſic ut ſociabilis quoque non „eſſet homo, niſi religione foret imbutus. - - So-„la ratio in religione ulterius progredi nequit, quam „quousque illa inſervit promovendæ tranquillitati & „ſocialitati huius vitæ; nam prout religio ſalutem „animarum procurat, ex peculiari revelatione divina „provenit. Officia autem hominis erga ſeipſum ex „religione & ſocialitate coniunctim promanant. Ideo „enim quædam non pro abſoluto ſuo libitu homo „circa ſeipſum diſponere poteſt, partim ut cultor ido-„neus divini Numinis, partim ut commodum & uti-„le membrum ſocietatis humanæ eſſe queat. (5)

(1) L. II. C. III. §. 14. 15.

(2) *Reſpondens Satan ait: pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua.*

(3) *Animadverſionem hic adnectit auctor non prætermittendam a nobis: „Quo loco tamen & illud monendum, „nos in eruenda hominis conditione amori proprio priorem „locum aſſignaſſe, non quod quilibet ſeipſum ſolum reliquis „omnibus ubique præferre debeat, aut omnia propria utili-„tate metiri, eamque, quatenus ab aliorum commodo ſepa-„ra-*

„rata eſt, ſummum ſibi ſcopum proponere. Sed quia amo-„rem proprium naturaliter homo prius ſentit, quam aliorum „curam, eo ipſo, quod naturaliter prius eſt, ſentire ſui, „quam aliorum exiſtentiam. Deinde quia ut ego mei ipſius „curam habeam, ad neminem propius, quam ad meipſum „ſpectat. Licet enim ſcopum nobis præfigamus bonum com-„mune; tamen cum ego quoque generis humani pars ſim, „cuius ſaluti aliqua etiam cura debetur; nemo ſane eſt, cui „diſtincta magis & ſpecialis mei cura incumbere poſſit, quam „mihimetipſi.“

(4) *Cum his quoque verbis notam quandam connectit au-ctor in hanc ſententiam. „Neque enim per ſocialitatem heic „intelligimus præciſe proclivitatem ad iungendas ſocietates „particulares, quæ etiam malo fine & modo iniri poſſunt, „uti eſt coniunctio latronum; quaſi ſufficeret, qualicunque in-„tentione ſeſe cum altero coniunxiſſe. Sed per ſocialitatem „innuimus eiusmodi diſpoſitionem hominis erga quemvis ho-„minem, per quam ipſe benevolentia, pace & caritate, „mutuaque adeo obligatione coniunctus intelligitur - - „Diximus autem cuilibet homini ſocialitatem colendam & „actu exercendam,* quantum in ſe. *Quia cum penes nos „non ſit præſtare, ut alii omnes ſeſe erga nos, prout par „erat, gerant: igitur officio noſtro ſatisfecimus, ſi nihil eo-„rum, quæ in noſtra erant facultate, omiſimus, quod iſtos, „ut viciſſim erga nos ſociabiles eſſent, permovere poſſet.“*

(5) *Ita Pufendorfius in alio opere, quod inſcripſit* de officio hominis & civis iuxta legem naturalem. *Cap. III.* §. 13. *Diſplicent autem in toto hoc ſyſtemate, quod cum plauſu exceptum eſt, viris gravibus non pauca capita; primo quidem, quod præcipua hominis officia erga Deum, ſeque ipſum non directe ex ipſa natura, ſed per ambages & difficiles anfractus derivet; quaſi religio tantum propter ſocietatem ſit, aut ex ſocietatis utilitate metienda, eique pro temporibus aptanda, aut quaſi ipſa etiam ratio ulterius progredi in religione, Deique cognitione & cultu non poſſet, quam quoad felicitati humanæ ſocietatis inſervire queat. Enimvero nexus religionis cum ſocietate perexiguam officiorum erga Deum indicat partem, neque plana eſt via, qua ex religione & ſocietate hominis in ſeipſum officia deducantur, præterquam quod ordini repugnet, prius civem informandum ſumere, quam hominem. Dein quod auctor dicit:*

re-

religio, prout ſalutem animarum procurat, ex peculiari revelatione divina provenit, *non continuo probari poteſt, quaſi humana ratio nihil doceret de ſtatu vitæ alterius, eiusque beatitate aut miſeria, quæ præciſe ex vita anteacta definienda erit. Denique peſſime traducitur hæc theoria a nonnullis ad carpendos viros ſolitarios, totumque inſtitutum hominum ſeſe Deo devoventium, quaſi qui in medio verſantur foro, hiſtriones, & agyrtæ & mimi, & ambubaiæ, & ſaltatores plus ſaperent, ſanctiusque obſervarent primam naturæ legem a ſummo Deo præſcriptam, ac ii, qui Deo & contemplationi divinitatis rerumque æternarum ſe dant. Ita fit nempe in hac diſciplina, ſi neque ad ordinem, neque ad gradus finium naturæ ſatis attenditur. Primum illud eſt, ut quisque proſpiciat futuræ ſorti, quæ finem non habebit, atque ex præſenti vita pendet. Dein expendendum, quatenus ab univerſis ac ſingulis colenda ſit humana ſocietas. Unde enim præceptum naturæ exſculpent ita ſingulos afficiens, ut nefas ſit homini adulto in loca ſola, aut arctiora clauſtra ſeſe abdere, non alio animo, quam ut ſummo cum bono penitus ſe coniungat, & in tuto collocet ſalutem ſuam? Aliorum de naturali iure principia vel indicaſſe uno verbo ſatis erit. Magno enim numero excogitata ſunt; uti cum primam iuris originem deducerent ex utilitate cuiusque, ex convenientia cum natura, ex perfectionibus rerum, ex ſtimulis naturæ, ex triplici amore hominis, ex recta conſtitutione, ſeu felicitate generis bumani, ex voluntate aut cultu Dei, ex doctrina orthodoxa de ſtatu integritatis, ex veritate reali &c.*

CAPUT V.

In hominum actionibus non modo iura & obligationes, ſed præterea adiuncta varia & fines agentium ſpectari debent, ut habeatur actionum moralitas completa.

ARGUMENTUM.

§. XXV. Moralitas completa actionum. XXVI. earum circumſtantiæ. XXVII. fines & cauſæ impellentes agentium. XXVIII. obligatio naturalis agendi ex fine rationi conſentaneo.

§. XXV.

Secundum ſyntheticas leges a ſimplicioribus ad compoſita progredimur diſſerendo de actionibus humanis, earumque moralitate. Non enim id modo in illis ſpectandum eſt, conſentaneæ fuerint, nec ne obligationi aut iuri naturali, ſed præterea, quæ fuerint actionis adiuncta ſeu circumſtantiæ, quis agentis finis, vel animi propoſitum. Alterutro iſtorum trium vitiato vitiatur actio; ut adeo moralitas completa coaleſcat tum ex natura ipſius actionis in ſe ſpectatæ, ſive ex illius interna convenientia cum iure quodam aut obligatione naturali, tum ex circumſtantiis, denique ex fine agentis ſive animi propoſito. Primo igitur actionis in ſe ſpectatæ quædam velut Anatome ob oculos ponenda eſt.

(*a*) Humana actio vel continetur interna tantum intellectus cognitione & affectione voluntatis, ceu amore, odio, delectatione rei ſenſibus obverſantis vel ſola ratione comprehenſæ: aut præter internos actus exteriorem etiam motum ac mutationem habet; tumque mixta ſolet vocari, ut adeo, ſiquis *humano modo* quid agat, internus actus eſſe ſine externo, non item externus ſine interno poſſit. Semper enim externos motus cognitio interna & animi propoſitum, ſeu voluntatis determinatio præcedit, comitaturque; ſuntque externi actus plurimi, qui ſine *certo* quodam actu interno naturam ſuam moralem non habent; ſic pactio conſenſum internum poſcit: precationes & vota in ſuperos magis affectionibus mentis continentur, quam verbis, aut compoſitione vel motu membrorum. Actio externa cum ſuis circumſtantiis & fine agentis conſiderata vocatur *factum*, quique ſingillatim & actionem in ſe, & circumſtantias diſtincte explicat, *ſpeciem facti* dicitur narrare. (1)

(*b*) Actio, quæ in ſe ſpectata conſentit cum finibus naturæ *intelligentis*, ex obiecto ſuo bona dicitur: ſi iis repugnat, ex ſe & ſuo obiecto mala: quando autem neutra eſt, aut in ſe ſpectata æque in beſtias, ac hominem cadit, ceu corporis motus, uſus aut delectatio ſenſuum, nuncupatur ex ſe, aut ex obiecto *indifferens*; quia non ex actionis natura, ſed fine operantis & ex circumſtantiis pendet, bona an mala cenſeri debeat. Quæ enim homini cum beſtiis communia ſunt, ea non communiter agenda, ſed ratione & conſilio informanda ſunt.

(*c*) Præterquam quod actio humana, quæ cito tranſit, recta ſit, & penitus conveniens cum natura intelligente, aut e contrario prava, eique repugnans, ſemper habenda eſt ratio conſecutionum, quæ agenti *imputantur*, cuiusmodi ſunt laus & præmium, vituperatio & ſupplicium, præſtatio damni actione illati, proclivitas ad ſimiles actus, alia commoda, aut privatio eorundem, vel incommoda in agentem aliosve, eorumque mentem, corpus, fortunas, famam redundantia. Unde & in factis alia dicuntur *transeuntia*, alia *permanentia*, quæ veſtigium quoddam ſui relinquunt. Hæc conſecutionum *imputabilitas* propria eſt affectio humanæ actionis, maximeque in diſciplina iuris memorabilis. Sed ea fieri non poteſt, niſi in poteſtate agentis fuerit, agere vel non agere; ac tum quoque, utrum conſecutiones actionis ei imputari, ſeu adſcribi poſſint, debeantve, ſæpe ambiguum eſt. Illud etiam vel ex theoretica philoſophia perſpicuum eſt, non eſſe actionem in poteſtate agentis, niſi quæ præcedente cognitione, & libera electione ſeu voluntatis determinatione poſita eſt. Patet ergo, unde pendeat maxime imputabilitas actionis, ab intellectu nempe, & voluntate. Eſt dein alienarum quoque actionum imputatio quædam, & imputabilitas: ſunt præterea gradus imputationis, tum quæ in proprias cuiusque actiones, tum quæ in alienas fit. Neque alii aliis duntaxat actiones imputant; ſed de ſuis quisque tum quas ſuſcepit iam, tum quas ſuſcepturus eſt, actionibus iudicat, ac quid imputari ſibimet poſſit, debeatque, coram tribunali conſcientiæ ſuæ pronuntiat; quocirca actio, eiusque moralitas ad conſcientiam agentis quoque referenda eſt.

(*d*) Alia plurimorum actuum affectio eſt, qua *validi* aut *irriti* nuncupantur, validi quidem, ſi effectum quemdam moralem gignunt, ad quem deſtinantur, ceu ius acquiſitum, extinctum, translatum, vel obligationem ſuſceptam, firmatam, expletam ſeu finitam; contra irriti, ſi carent eo effectu, quem parere debuiſſent.

(1) *Quia homines de actionibus aliorum, quæ internæ ſunt, & in animo hærent, cognoſcere & iudicare non poſſunt; hinc fere præſumtionibus & coniecturis nituntur ea, quæ de fine agentis & animi propoſito adferri in medium, aut ambigi ſolent. Ac quando humanæ leges etiam voluntatem malam pœna afficiunt, non mere interna voluntas notatur, ſed conatus quidam exterior, quo tamen factum ipſum, quod propoſitum erat, perfici non potuit.*

§. XXVI.

Circumſtantiæ actionis a loco pendent, ac tempore, affectionibus variis perſonæ, aliis agentis iuribus, obligationibus eodem tempore concurrentibus, hominum aliorum præſentia, abſentiave, a commodis & incommodis in alios provenientibus, ab inſtrumentis, ac modo, quo patrata eſt actio, ac ſexcentis aliis, per quæ res moralis admodum complicata fit, & ancipitis definitionis.

§. XXVII.

De finibus peculiaribus agentis atque animi eius propoſito complura annotanda ſunt. Eſt autem finis id, quod agendo conſequi aut evitare quis vult, ſive propter quod agit, eaque volitio, *intentio* nuncupatur:

(*a*) Interrogatus, cur quis agat quidpiam, quisquis compos eſt rationis, vel præſentem animi ſtatum ſeu affectionem explicat, aut quidpiam, quod conſequi agendo vel evitare vult: igitur vel in præſente animi affectio-

ſectione acquieſcit, eique agendo ſatisfacit, vel agendo aliud quidpiam obtinere, aut effugere cogitat. Paſſim dicunt: *non agit homo, niſi propter finem*: porro volitio illa certe actio eſt; quid igitur? hæc actio iterumne alium finem habet, atque ita deinceps? qui contemplando divinas perfectiones ſummi Dei venerationi, atque amori ſuo indulget; quem obſecro, finem ſpectat? nullum quidem ſpectare neceſſe habet; ſed in ea affectione animi ſui acquieſcit.

(*b*) Sæpe longa ſeries finium & actionum præ manibus & oculis eſt, quorum prior ad poſteriorem refertur; cumque infinita non poſſit eſſe progreſſio; erit unus aliquis quem agens ultra non refert nunc quidem, etſi poſſet referre, aut retulerit alias; alius autem erit, in quo tanquam meta ac centro ſiſtere cogitationes, ac deſideria ſua cogitat: prior ille vocatur finis *ultimus negative*, hic poſterior *poſitive*: alii interiecti ſunt remotiores, aut propiores, proximus, ultimus; atque hic eſt primus in intentione, ultimus in executione.

(*c*) Aliquando plures fines agendo amplectimur, uti ſæpe diverſis ex cauſis atque incitamentis agimus; ſi plures amplectimur, non eodem tamen ſingulos modo, ac velut pretio; is erit finis *principalis*, ob quem quis ageret, etſi abeſſent alii fines, aut, qui ſi abeſſet, etſi præſto forent alii, non ageretur a nobis. *Secundarius*, ob quem non ageret quis, niſi alio vel aliis moveretur; idcirco & intentio alia *primaria* eſt, alia *ſecundaria*. (1)

(*d*) In comperto eſt, ipſas actiones & negotia, quæ geruntur, per ſe & natura ſua, aut vulgari uſu habere propoſitos fines, certosque effectus gignere phyſicos aut morales; uti fit, cum paciſcendo iura & obligationes producuntur, firmantur, extinguuntur, aut quando per ipſum actum perfectio quædam corporis, animi, fortunarum comparatur vel amittitur. Hosce fines ita ſpectare ſolet, qui agit, ut ad eos conſequendos aliis finibus & cauſis impellatur, aut moveatur, ſive ut fines negotio proprios & velut internos ad alium finem deſtinet. Quapropter fines proprii & interni actionis, ab aliis finibus agenti pro-

 po-

poſitis vel a cauſis impellentibus diſcernendi ſunt. (2) Fines agenti proprii, ſeu cauſæ impellentes ſunt extra negotium geſtum, apud alios idem agentes alii atque alii, adeoque maxime variabiles, etſi primarii ſint in animo agentis. Neque iidem negotium geſtum, eiusque ſubſtantiam attingunt, quamdiu finis ipſius negotii non excluditur, aut nihil ſpectatur, quo is ſubvertitur, aut quamdiu ab ipſis contrahentibus non deducuntur in pactum, iisque expreſſe affigitur conſenſus. Ceterum dubium non eſt, uſu venire poſſe, ut per fines agenti proprios corrumpatur finis actionis ipſius; uti ſiquis religionem obit non Dei laudandi, honorandive, ſed ſolius gloriolæ ab hominibus aucupandæ gratia.

(1) *In legibus quoque fines propoſiti & rationes moventes ſpectantur, utque recta eorum interpretatio & applicatio fieri poſſit, non rara eſt diſceptatio, quæ primaria ſit legis ratio, quæ ſecundaria.*

(2) *Alius, ut hoc exemplo utar, eſt finis contractus matrimonialis, ipſiusque matrimonii: alium ſibi præfigere poteſt, qui eum contractum init, veluti ſiquis id ſpectat ineundo, ut affinitatem contrahat cum familia nobili.*

§. XXVIII.

Quisvis obligatione naturali adſtringitur, ut in regendis actionibus ſibi fines præfigat naturæ intelligenti ac rationi conſentaneos, proindeque in ſola ſenſuum delectatione beſtiarum more hærere agendo, & conquieſcere non poteſt ſalva honeſtate. Tenetur enim convenienter naturæ ſuæ vivere; ob eam enim cauſam mente ac ratione pollet; ſecus turpiſſime pervertitur ordo naturæ, ſi pars nobilior ignobiliori, & ratio ſenſibus ſubiicitur, & primæva naturæ intelligentis celſitas ad vilem beſtiarum conditionem deprimitur. Natura delectationem aſperſit

re-

rebus, quæ ſenſu percipiuntur, non ut in ea tanquam fine conquieſcat homo, ſed ut hoc tanquam remedio ad actiones naturæ conſervandæ neceſſarias certius, facilius, conſtantius obeundas utatur. Eſt igitur delectatio propter actiones naturæ convenientes, non vero propter delectationem actio eſſe debet. Hinc Seneca cum Epicureo diſſerens, *tu voluptate frueris*, aiebat, *ego utor.* (1) *Frui* refertur ad finem, quem in voluptate ponebant Epicurei: *uti* quis dicitur inſtrumento, vel medio ad finem obtinendum; quo modo Stoici utebantur voluptate. (2) Ex his deduces:

(*a*) Quia homo actionibus ſuis obligatur fines præfigere rationi conſentaneos; ſequitur, ut contra obligationem agat, ſi eiusmodi fines ſibi non præfigat; eius actio igitur mala erit, minime indifferens. Quapropter ſpectato fine agentis nulla eſt actio indifferens; ſed vel bona ob finem rationi conſentaneum, vel mala ob eiusmodi finis defectum. Quia tamen fieri poteſt, ut actio in ſe ſpectata non ſtatim naturæ intelligentis, ſed etiam beſtiarum propria ſit; idcirco actio in ſe ſive ex obiecto, vel *quoad ſpeciem* indifferens eſſe poteſt: non item *quoad individuum*, ut aiunt.

(*b*) Agere præciſe, quia lubet, quia placet, vel exercendæ libertatis cauſa eſt otioſe agere, & absque fine rationi conſentaneo: igitur mala iſtiusmodi eſt actio (3), neque obligatio negativa non otiandi, vel poſitiva ſpectandi fines rationi conſentaneos, quamdiu homo ratione utitur, ſupra humanam infirmitatem cenſeri poteſt; niſi ſupra naturam ducas, convenienter naturæ vivere, atque ut hominem decet.

(*c*) Cum obligatio extet naturalis, qua iubemur præfigere fines rationi conſentaneos; patet, actionem, quæ in ſe ſive interne mala eſt, & mala eſſe cognoſcitur, fine etiam bono non expurgari; quia non ſunt facien-

da mala, ut eveniant bona. Etſi autem & actio in ſe conſiderata, & agentis finis ſeu propoſitum bona ſint; tamen fieri poteſt, ut ob adiuncta aut circumſtantias ceſſet eſſe bona. Quando ex fine agentis duntaxat pendet, ut recta ſit actio, aut prava, *moralitas* iſtiusmodi actionis vocatur *extrinſeca;* ceu cum ob finem bonum bona ſit, quæ eſt ex ſe indifferens, aut prava ob finem malum, quæ in ſe bona eſt.

(1) Seneca de vita beata. c. 10.

(2) *Iure igitur proſcripta eſt propoſitio VIII. inter damnatas ab Innocentio P. XI. „Comedere & bibere usque ad „ſatietatem ob ſolam voluptatem, non eſt peccatum; modo non „obſit valetudini; quia licite poteſt appetitus naturalis ſuis „actibus frui.“* Et Propoſitio IX. *„Opus coniugii ob ſolam voluptatem exerciti, omni penitus caret culpa ac defe„ctu veniali.“*

(3) *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Matth. XII. 36. *Ceterum generatim hic ſtatuitur obligatio non agendi, niſi ex fine rationi conſentaneo. Quid porro & quatenus rationi ſit conſentaneum, hoc loco diſceptari non debet.*

CAPUT VI.

Poſita moralitate completa actionum, præcipua earum affectio eſt imputabilitas.

ARGUMENTUM.

§. *XXIX. Imputatio. XXX. Fit de actibus tantum liberis. XXXI. Eidem obſtat ignorantia. XXXII. Poſcit voluntarium, quod non unius generis eſt. XXXIII. Coactio. XXXIV. Metus.*

§. XXIX.

Imputare arithmetica voce idem denotat, ac referre quidquam in rationes alterius, ſive in morali diſcipli-

ſciplina, adſcribere cuipiam cauſam actionis, & præterea conſecutiones ſive conſectaria. Conſtat imputatio partibus duabus, nempe imputatione *facti*, qua quis declaratur auctor actionis: & imputatione *iuris*, qua conſectaria actionis eidem aſſignantur; nam qui actionem edit, quacum certa conſectaria connexa eſſe ignorare non potuit, in hæc ipſa cenſetur agendo conſenſiſſe. Patent igitur ſequentia:

(*a*) In omni foro imputatio facti propria eſt *actoris*: imputatio iuris propria *iudicis*: *reus* dicitur, in quem utraque directa eſt.

(*b*) Rhetores imputationem facti reducunt ad quæſtionem coniecturalem: fecerit quis, nec ne? imputationem iuris ad quæſtionem qualitatis: iuſte aut honeſte fecerit, an ſecus.

(*c*) Si complete ſumitur imputatio, atque ad naturalem cogitandi vim revocatur, tali ratiocinatione debet exprimi, ut præmittatur & lex & conſectaria: dein ponatur factum, denique in concluſione imputatio iuris vel ſententia enuncietur. (1)

(*d*) Quia facta continent tum actionem in ſe, tum adiuncta omnia, ac fines agentium, ex quibus magnopere pendet moralitas; hinc neceſſe eſt, ut imputanti ius omnia adiuncta probe explorata ſint, aut in lucem protrahantur.

(1) *Qui fratrem occidit, reus eſt mortis: porro Cain fratrem occidit; igitur reus eſt mortis.*

§. XXX.

Imputatio iuris fieri non poteſt ſine imputatione facti, neque imputatio facti, niſi actio fuerit libera, ſive in poteſtate agentis, ita, ut is potuerit non age-

re; (1) nulla enim tam idonea eſt, & iuſta excuſatio, quam ſiquis vere dicat: per me non ſtetit, quo minus iſtuc fieret, aut non fieret. Colliges:

(a) Quod liberum & in poteſtate noſtra eſt, id pariter *voluntarium* dicitur, ſive tale, quod præcedente cognitione intellectus a voluntate provenit, ſive ab appetitu rationis, non quod ſemper ſecundum præſcriptum rationis, ſed quod non ſine uſu illius fiat. Quia igitur non imputabile, quod non liberum; neque liberum, quod non voluntarium, neque voluntarium, niſi ex præcedente cognitione, ac certa voluntatis determinatione; ſequitur, ut imputabile nihil ſit, niſi ex præcedente cognitione, ac certa voluntatis determinatione. Cognitioni adverſatur ignorantia, & voluntatis determinationi vis ac metus. Hæc igitur ſpectanda ſunt, ut pateat, quid imputabile & quatenus ſit.

(b) Imputabile non eſt, quod *invincibile* dicitur, nempe tale, quod uſu facultatum corporis aut animi vinci non poteſt, ceu morbi & vitia quædam naturæ, niſi ex neglecta cultura aut ſtudioſa depravatione proveniant: neque imputabile id, quod natura *impoſſibile* dicitur: neque motus naturales, qui vi mechaniſmi fiunt: neque imputabilis eſt actionis omiſſio, ſi agendi defuit occaſio. Eſt autem *occaſio* pars temporis idoneam agendi opportunitatem habens. (2)

(1) *In poteſtate noſtra eſt non modo interna voluntatis actio aut motus plurimi corporis, ſed ſæpe etiam præcedens cognitio ad recte agendum neceſſaria, dein ſæpe occaſio, inſtrumenta, impedimentorum remotio, verbo, quidquid uſu facultatum noſtrarum, aliarumve rerum, aut parato aliorum auxilio conſequi poſſumus, vel evitare.*

(2) *Imputari non poteſt venatori, quod feram non ſtraverit; ſi nullam uspiam offendere potuit.*

§. XXXI.

Cognitioni ad agendum neceſſariæ opponitur ignorantia, & error; *ignoramus* rem, quæ penitus nos

fu-

[a]git, & cuius nihil omnino in mentem venit, quan[d]o agimus: *erramus*, quando in contraria falſa opi[n]ione ſumus. Utrinque, in errore & ignorantia vi[d]endum, quatenus actionis cauſa ſint: unde prove[n]iant: in qua re verſentur:

(a) Ignorantia, & error agendi cauſa ſunt, quando iis remotis non fieret actio, tumque *antecedens* ſeu efficax eſt ignorantia vel error; (1) ſiquis ignorans aut errans ita agit, ut cognita etiam veritate ageret nihilominus; tum error & ignorantia eſt *concomitans*, nec fieri actio *ex* ignorantia, aut *ex* errore dicitur, ſed *cum* errore vel ignorantia, aut *ab* errante vel ignorante. Denique *ſubſequens* ignorantia, vel error dicitur, qui ſequitur non ipſam actionem, de qua ſermo eſt, ſed aliam præcedentem, ex qua provenit; uti ſiquis tabulas, unde ſcire poterat, in mare proiecit. Patet, quod poſterius utrumque genus actionis cauſa non ſit, certe non unica. Qui vero ratum habet, quod cum tali errore vel ignorantia male actum eſt, non agendo, ſed ratum habendo peccat.

(*b*) Qui uſu facultatum ſuarum deponere errorem vel ignorantiam poteſt, ac notitiam comparare eam, qua opus eſt ad recte agendum, laborat ignorantia vel errore *vincibili*; ſecus *invincibili*. In priore quaſi gradus inſunt; eſt enim *affectata* ignorantia, qua quis id, quod ſcire intereſt, ſtudio ac directe vult neſcire, non auſcultando, vel impediendo, nequid innoteſcat: dein *craſſa* & *ſupina* ignorantia, quando nullam aut prope nullam diligentiam quis adhibet, ut comperiat, quod ſcire poteſt, ac debet. Qui enim cognitione caret, qua nec poteſt, nec debet eſſe inſtructus (quales ſunt infantes ac perpetuo amentes) laborat ignorantia *negationis*: contra ignorantia *privationis* dicitur, ſiquis poteſt, ac debet rem noſſe.

(*c*) ICti Romani peculiari titulo agunt de ignorantia iuris & facti, uti nempe aut factum, eiusve adiunctum, aut quid obligationis, vel honeſtatis ſit, quis ignorat. Iuris quidem poſitivi, aut facti ignorantia facile

cile locum habet inter homines: non enim ſola cogitandi vi talia innoteſcunt, ſed notitia aliunde adveniente; quæ æque advenire, ac non advenire poteſt; quamquam ignorantia iuris fere cum aliqua negligentia coniuncta eſt, (2) non item ignorantia facti. Ad illam pertinent leges, quæ hominibus imperitis veniam dant, ſi ignorent ius non manifeſtum: hanc ſubeſſe ponunt leges de poſſeſſore bonæ fidei, de condictione indebiti &c. facta propria non facile ignorare quis ſumitur, niſi temporis decurſu memoria credatur abolita.

(*d*) Pro indubitata habenda eſt theſis: *Siqua eſt invincibilis & antecedens error vel ignorantia, tollitur voluntarium, quodque ex ea commiſſum eſt, vel omiſſum, imputari nequit;* cum id neque in ſe, neque in ſua cauſa ſit cognitum ullo modo: igitur neque volitum: nihil enim volitum, quod non cognitum Hinc ab Alexandro P. VIII. iuſte reiecta eſt propoſitio ſecundo loco poſita: *Tametſi detur ignorantia invincibilis iuris naturæ, hæc in ſtatu naturæ lapſæ operantem ex ipſa non excuſat a peccato formali.* Ex hac tamen damnatione inferri nequit, re ipſa dari, aut vulgo poſſe locum habere ignorantiam invincibilem iuris naturalis; de qua re Theologi certare ſolent; quamquam cur non poſſit omnino habere locum in hominibus incultis, ac ſtupidis, cetera bonæ mentis? Neque tamen in ea opinione ſum, ut cenſeatur ignorantia iuris laborare, qui de iure ambigit in utramque partem, & aſſenſum propterea cohibet, ſive quod ex parte utraque deſtituatur ratione & aiendi, & negandi, ſive quod paribus rationum momentis trahatur in partes diverſas. Ignorat is quidem, ut exemplo res palam fiat, venenum potioni admixtum, cui nihil de veneno, dum potare cogitat, in mentem venit. At cui probabilis ratio ſuppeditat de admixtione facta, etſi id certo affirmare non poſſit, non id dicitur ignorare. Nempe aliud eſt, carere notitia rei, aliud certa carere.

(1) *Iſtiusmodi fuiſſe ignorantiam Abimelechi* Gen. XX. 4. 5. *ipſe re & verbis comprobavit. Nunquam enim ad Saram ducendam adieciſſet animum, ſi Abrahami uxorem noſſet. Similis erat ignorantia Pauli.* Act. XXIII. 5.

(2)

(2) *Cum divino ore prolata ſit gravis illa ſententia* : qui non crediderit, condemnabitur, Marc. XVI. 16. *nequit ignorantia invincibilis facile præſumi eorum, qui in falſis ſectis computreſcunt, veritate catholica ex omni parte circumlucente. Nempe & vulgo dicitur : omnis peccans ignorans ; neque tamen ob eam cauſam non peccans, neque pœnæ non obnoxius cenſeri poteſt. Similiter de errore vincibili diſſerendum.* Sap. V. 6. Vid. Gratianus princip. cauſ. XV. q. 1.

§. XXXII.

Alterum actionis principium, quo ea fit imputabilis, eſt voluntas, quæ tum in *internis* actibus verſatur ceu amoris, delectationis, odii &c., tum in externis, qui *imperati* dicuntur; neque cadit in beſtias; cum ſit appetitus rationis. Quæ ad hunc locum maxime ſpectant, ſequentia capita ſunt:

(*a*) Diximus ſupra (§. XXX. a.) quod liberum, id pariter voluntarium; at, quod voluntarium, non continuo liberum eſt. Poteſt enim quidpiam ita provenire a voluntate, ut idem mens non habeat in poteſtate: quales ſunt propenſiones & inclinationes variæ, quæ a voluntate quidem proveniunt, at neceſſario; proin liberæ non ſunt, neque imputabiles, niſi quatenus mens easdem amplectatur, approbet, vel cauſam earum poſuerit. Commotiones animi repentinæ & vehementiores ſæpe in corpus redundantes ex bono vel malo ſenſibus aut imaginationi propoſito, quando omnem attentionem primo rapiunt, & rationis uſum prævertunt, non ſunt voluntariæ, adeoque nec imputabiles. Iidem generali nomine *concupiſcentiæ* veniunt, quæ *antecedens* dicitur, dum ipſam voluntatem ad appetendum, aut fugiendum vehementer inclinat, cognitionem vivacem efficit, & cogitationem ab oppoſita parte diſtrahit, eoque modo voluntarium auget, ſed liberum minuit. (1)

(*b*) Quemadmodum voluntario admiſcetur contraria inclinatio, aut non admiſcetur; ita *mixtum* dicitur, aut *purum* voluntarium. Ac tum cenſetur abſolute & ſim-

ſimpliciter voluntarium id, quod voluntas non obſtante contraria inclinatione arripit, idemque eſt imputabile. Notio *ſpontanei* fixa non eſt. Vulgo aiunt, ſponte fieri, quidquid ab interna ac naturali vi aut propenſione oritur, ac tribuitur etiam beſtiis, quæ ſponte currunt ad pabulum, quin rebus etiam inanimis, ut cum tabulatum ſponte cadit. Proinde non omne ſpontaneum etiam liberum ac voluntarium, neque omne liberum, continuo ſpontaneum; quia etſi voluntas quid amplectatur; tamen non ſua propenſione & proprio motu, ſed potius neceſſitate quadam, aut metu id facere poteſt; ut adeo *ſponte* prope eandem vim habeat, ac lubenter quid agere, cui opponitur id, quod ab invito fieri dicitur. Quamquam qui ab alio rogatur, aut monitus propenſo animo obſequitur, lubenter agit, non ideo ſponte, quia non ſuo motu ad agendum progreſſus eſt.

(*c*) Quod quis vult, id aut exprimitur claris ſignis, aut factis indicatur, aut coniecturis colligitur probabili quadam ratione. Eſt igitur voluntarium *expreſſum*, aut *tacitum ſeu interpretativum*, aut *præſumtum*. Et quia *conſenſus* in alienos actus aliud non eſt, niſi volitio, ut fiat, quod alter fieri vult, aut non fiat, quod non vult; hinc etiam conſenſus aut erit expreſſus, aut tacitus, aut præſumtus. Similiter ſpectatur *ratihabitio*, quæ eſt declaratio conſenſus poſt factum accedens. Patet autem, tacitam ratihabitionem nullam eſſe, quando aut factum non præceſſit, aut cognitum poſtea non eſt ab eo, qui ratum habere dicitur. Cuncta hæc eatenus imputabilia ſunt, quoad a libera voluntate proceſſere.

(*d*) fieri poteſt, ut voluntarium & imputabile cenſeatur id, quod ab aliena, non noſtra voluntate pendet, nempe ob legem quandam, aut pactum. Hoc modo Rector civitatis repræſentare dicitur populum, & Rectoris voluntas voluntatem populi declarat, quatenus iure agit, ac nomine & auctoritate Rectoris. Sed de imputatione alienorum actuum infra agetur. Dicitur etiam iis ſpectatis *negative voluntarium*, quod quis impedire debuit, ac potuit; nec impediit.

(*e*) *Directe voluntarium* eſt, in quod voluntas fertur proxime & velut recta via: *indirecte voluntarium ſeu in cauſa*,

ſa, in quod voluntas non tendit, niſi quatenus connexum apparet cum eo, in quod tendit. Siquis vult A, quocum connexum eſſe novit B, is dicitur velle A directe, B indirecte. Tritum eſt illud: *Qui vult cauſam, vult etiam effectum in ea prævisum.* Ut imputatio eius, quod quis non vult niſi indirecte, rite fiat, conſiderandum eſt, 1. quæ & quam arcta connexio ſit inter utrumque. 2. Satisne, & quomodo ea fuerit prævisa. 3. Quale ſit ius agendi id, quod directe quis vult, & quanta obligatio alterius evitandi. (2)

(1) *Similiter de perturbationibus animi quibuscunque, de temperamento, de conſuetudine bona, aut prava iudicandum eſt, quæ quidem contraria conſuetudine vinci poteſt, ac debet. Iis, quæ perturbato aut repente inflammato animo peccantur, opponi ſolent commiſſa ex* malitia, *nempe pleno cum uſu rationis, nulla animi commotione magnopere ſtimulante. In iure humano minus odioſa videntur delicta, ad quæ gravi metu (de quo poſtea) aut ex recenti iracundia quis prorumpit, quam quæ cupiditate, amore vehemente, aut deſiderio voluntatis naſcuntur. Leges Romanæ impunitatem dederunt marito adulterum uxoris ſuæ occidenti.* l. marito. 24. D. ad leg. Iul. de adulteriis. Aliter S. Canones ſentiunt. Conf. Prop. 19. inter damnatas ab Alexandro P. VII.

(2) *Fieri poteſt, ut noſtra actio coniuncta ſit cum aliquo alterius damno; ac ſæpe locum habet; non videtur iniuriam facere, qui utitur iure ſuo. C. cum Eccleſia.* 31. *de Electione. Sed nempe præcavendum eſt, ne noſtra actio aliis fraudi ſit.* l. ſi ſervus. 27. §. 8. D. ad leg. Aquil. & l. Si putator. 31. ibid. §. item ſi putator. 5. I. de leg. Aquil.

§. XXXIII.

Coactio, ſeu vis ab ICto Paulo l. vis autem 2. D. quod metus cauſ. geſt. erit. dicitur *maioris rei impetus, qui repelli non poteſt.* Provenit ergo extrinſecus, & ſi vim paſſus reluctetur pro viribus, corpore & animo, imputari non poteſt id, quod vi geſtum, vel potius extortum eſt. (1) Collige:

(*a*)

(*a*) Vis non cadit in mentem, & actus internos; quia fieri non poteſt, ut quis nolens velit, aut volens nolit. Sola ergo membra hominis vel adigi ad motus vi poſſunt, ut quis coacte, & inſtar inſtrumenti inanimi agat, vel cohiberi a motibus ita, ut reſiſtere quis non valeat, & coacte patiatur. Et quoniam mens neque eo cogi poteſt, ut eiusmodi motus violentos aut ceſſationem velit, idcirco ii nec *imperati* vocari poſſunt. Mens ergo libera eſt a coactione tam circa internos actus, quam imperatos. (2)

(*b*) Minus proprie *cogi* dicitur, qui tormentis & cruciatu adigitur ad ſceleris confeſſionem, aut religionem ac fidem eiurandam. Nam in poteſtate habet & pati, & loqui. Quia tamen ſpectata infirmitate difficulter reſiſtitur dolori, erit illa coactio quædam, ac vis *moralis* (ut a phyſica diſcernatur) quæ ſæpe in ſolis intentatis minis ſita eſt, & metum gignit. (3)

(1) Caſus extat Deuteron. XXII. a. v, 25.

(2) *Aliud eſt, ſiquis invitus agat, aut invitus ceſſet ab agendo, nempe ita, ut mallet contrarium. Talia enim ſimpliciter voluntaria ſunt, ac libera.* (§. XXXII. b.)

(3) *Hoc maxime principio nituntur, qui abrogatas volunt omnes iudicum quæſtiones: qua voce intelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad eruendam veritatem.* l. item apud 15. §. 41. D. de iniuriis. Sic enim argumentantur ex l. in criminibus 1. §. 23. D. de quæſtion. *Quæſtio „res eſt fragilis & „periculoſa, & quæ veritatem fallat; nam plerique patientia „ſive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi „eis veritas nullo modo poſſit: alii tanta ſunt impatientia, ut „quodvis mentiri, quam pati tormenta velint.“ Paucis dicunt: mentietur, qui ferre poterit: mentietur, qui non poterit.*

§. XXXIV.

Metus Iuriſconſultis eſt trepidatio mentis ob malum inſtans; ac ſi eſt cauſa actionis, ut eo depulſo non fieret, *antecedens*: ſi actionem comitatur duntaxat,

at, *comitans* dicitur. Priore caſu *ex metu* quid agi-
ır, poſteriore *cum metu* (§. XXXI.a.) Ut imputatio
ıetus cauſa geſtorum recte fiat, ſpectanda eſt magni-
ıdo metus, cauſa, iuſtitia.

(*a*) *Metus gravis ſeu probabilis*, cuius nempe excuſationem leges probant, cenſetur is, qui cadit in conſtantem virum; quod non fit, niſi ob oculos verſetur malum & grave & præſens ſeu iamiam inſtans, & quod aliter evitari nequit, niſi agendo id, quod dein ex metu actum vel geſtum dicitur. Mala gravia ſunt mors, mutilatio, fœdum vulnus, acerbus dolor, ſervitus, carcer, amiſſio ſtatus, ſtuprum, infamia ægre abolenda, excommunicatio; *præſens* malum, ſeu inſtans habetur, ſi e. g. minas infert is, qui poteſt, ac ſolet, ſeu paratus eſt exequi: *vitari* non poteſt, ſiquis par non eſt, neque ſuis viribus & facultatibus, neque aliorum ope eidem in præſenti arcendo, vel depellendo. Contra *levis* erit metus, ſi aut leve malum intentetur, aut tale quidem, quod vel remotum eſt valde, vel depelli facile poteſt. In hac magnitudine metus indicanda neceſſe eſt, ut ratio habeatur perſonarum quoque, ætatis, ſexus &c.: idcirco alius dicitur *abſolute* gravis metus, alius *reſpective*.

(*b*) Si metus a cauſa naturali provenit ceu morbo, naufragio, aut certo iſtarum rerum periculo, ab incurſione ferarum, turbatione elementorum &c. *intrinſecus* oriri dicitur: ſi a natura intelligente incutitur, *extrinſecus*.

(*c*) Uti is, qui metum gravem alteri infert, iure agit, aut iniuria; ita metus iuſte aut iniuſte incuſſus dicitur. Fieri poteſt, ut quis ius habeat perfectum, ab altero quidquam exigendi; quin propterea vi ac metu extorquere id poſſit Quo caſu metum inferens non tam re, quam modo peccat. (§. XVII g.) His iam notionibus reſpondent ſequentes Theſes.

(*d*) Quia mens cogi non poteſt, ne cruciatu quidem corporis, multo etiam minus ſola comminatione mali; (§. XXXIII. b.) idcirco quidquid ex metu etiam antecedente fit, ita voluntarium eſt, ut ſit etiam imputabi-

 le.

le, (1) non tamen ad culpam tum, quando inter duo mala eligitur minus, uti cum vi & metu extorquetur actus non turpis, etſi indebitus: at metus quantumvis gravis & iniuſte, & extrinſecus incuſſus ad extorquendum actum turpem, non impedit, quo minus is imputari agenti poſſit; quia omnia potius mala ſubeunda ſunt, quam ut turpe facinus admittatur. Vulgo cenſent, leges poſitivas non ſtringere cum periculo gravis mali, modo legi naturali nihil adverſum committatur.

(*e*) Quod ſit metu quocunque gravi ſeu levi, at intrinſecus orto, agenti imputatur in utramque partem; ac tenetur quis promiſſo, ac voto, quod ex tali metu factum eſt. Ipſe enim ſeſe adſtrinxit. (2)

(*f*) Idem ſentiendum de metu iuſte incuſſo; qui eo caſu ad bonum tendit; ſecus enim non erit iuſte incuſſus. Si igitur iuſto metu perterritus ita apud ſe cogitet: non facerem iſtuc bonum, ſi metus abeſſet; aut non ſervarem divinam legem, ſi non eſſet gehenna; tum quidem hæc voluntas mala imputatur ad culpam. At enim neceſſe haud eſt, ut qui terrore ac iuſto metu ad bonum adigitur, ita cogitet, & tam prava animi affectione ſit. Fieri enim poteſt, ut ſalubri timore perculſus bonum eligat, & exequatur, quin decernat, quid eo ſublato metu eſſet acturus. Quid enim neceſſe eſt, quamobrem ita decernat, aut tam perverſo animo ſit; cum ex ea voluntate nec quidquam commodi habeat, & idem pectatum peccaret coram ſummo Deo, eandemque pœnam ſubiret, quam evitare vult omiſſa actione mala?

(*g*) Metus levis non tollit imputationem. Nam *vani timoris iuſta excuſatio non eſt.* (3). Neque ea, quæ ex hoc metu fiunt, adſcribuntur terrori allato vel iniuriæ afferentis, ſed *fatuitati* metuentis, (4) aut *meticuloſitati* (5).

(1) *Hoc modo ſuſtineri poteſt illud ex Stoicorum diſciplina petitum: coacta voluntas eſt voluntas. Cenſebant enim, nunquam terreri ac perturbari eum, qui ſapiens ſit.* Concinit l. ſi mulier. 21 §. 5. D. quod metus cauſa. *Cum tamen, ſi ex metu quid agatur, minus id voluntarium ſit, idcirco apud homines fere excuſationem quandam habet metus, aut mitigationem*

nem pœnæ. Sed utrum ob eam cauſam, quod voluntarium non tollatur metu, continuo valeat id, ac robur habeat naturali iure, quod metu geſtum eſt, non eſt propria huius loci diſputatio.

(2) L. Si mulier. 21. D. quod metus cauſ. *Si mulier contra patronum ſuum ingrata facta, ſciens ſe ingratam, cum de ſuo ſtatu periclitabatur, aliquid patrono dederit, vel promiſerit, ne in ſervitutem redigatur; ceſſat edictum: quia hunc ſibi metum ipſa infert.*

(3) L. 184. D. de R. I.

(4) C. cum. dilectus. 6. de his, quæ vi metusve cauſ.

(5) L. nec timorem. 7. D. quod metus cauſa. *Conſentiunt leges binæ præcedentes.*

CAPUT VII.

Non modo ſuæ cuique actiones, ſed aliorum etiam ſæpe imputantur.

ARGUMENTUM.

§. *XXXV. Ius & modus imputandi aliena. XXXVI. Iuſſio & mandatum. XXXVII. Conſilium. XXXVIII. Conſenſus. XXXIX. Palpum. XL. Receptus. XLI. Participatio. XLII. Taciturnitas & deſtitutio.*

§. XXXV.

Si iuſſu tuo, ſi conſilio vel conſenſu, ſi ope, operave præclare a quopiam res geſta eſt, in partem laudis, ac meritorum te venire iure tuo, arbitraris. At ſi prava ſuggeſſiſti, mandaſti, conceſſiſti, eam excuſationem habere iuſtam te putas: non feci: non interfui: pedem ac manum non movi. Si quis dein dicat: at fuiſti auctor facinoris mandando, ſuadendo, poteſtatem faciendo; quid tum, inquis, vim nullam, ut

ut fieret, intuli: libere fecit: poterat non facere, imo debebat: ætatem habet. Nulla hæc ſunt; neque enim dubium eſt, malefacta patrari non ſola manu, verum & iuſſu, conſilio, patientia, aliisque modis; omnique iure aliorum flagitia aliis atque aliis imputari. (1) At ne iniquiſſimum feratur iudicium, multa attendenda ſunt, qua ratione, qua menſura aut gradu alienorum actuum imputatio fieri cuipiam poſſit. Præcipuæ regulæ ſunt ſequentes:

(*a*) Noſcenda inprimis eſt ratio, qua alienæ actionis auctor, ſocius ſeu particeps, ſeu adiutor, aut denique fautor quis ſit, haberique iure poſſit, ſive ut vulgo dicunt, quo modo in actiones alterius alter *influat*, nempe phyſice, moraliter; proxime, propinque, remote; poſitive, aut negative; directe, vel indirecte: per ſe, ac per accidens. Vulgo iſtiusmodi rationes, ob quas aliorum actus aliis etiam imputantur, comprehendunt hoc verſiculo:

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Patet, priora ſex genera *poſitivum* quid indicare, poſteriora tria negativum.

(*b*) Dein ſpectanda magnitudo huius influxus, ſive quantum adiuverit, ac contulerit quisquam ad actionem. Hinc vocant aliam cauſam *præcipuam*, aliam *ſociam ſeu collateralem*, aliam *ſubiectam*, aliam ſimilem *inſtrumento*; aliusque eſt *auctor* actionis, alius *ſocius* vel adiutor, alius *fautor*, aliud *inſtrumentum*.

(*c*) Cauſa *præcipua* ſive *auctor* actionis is eſt, propter quem ea fit, ſive a quo moventur aliæ cauſæ, ita ut nulli iſtarum potiori iure adſcribatur actio, etſi dein proxima actionis cauſa faciendæ rei haud ignara ſe miſcuerit.

(*d*)

(*d*) Cauſa *ſubiecta* eſt, quæ alteri moventi atque ad agendum iam paratæ obſequitur, eamque adiuvat, vel ſtimulat.

(*e*) Inter cauſam præcipuam ac ſubiectam media videtur cauſa *ſocia*, propter quam quidem actio non fit, quæque alias cauſas non movet, quæ ſuo tamen nomine agit, non ut obſequens alteri. Cauſæ ſociæ ſunt ii, qui adhærent capiti & auctori ſeditionis, latrocinii, cuiuscunque factionis. Nullus iſtorum auctor quidem vel cauſa præcipua, neque cauſa tantum ſubiecta.

(*f*) Cauſa *mere inſtrumentalis* dicitur, quæ ab alia cauſa mota actionem edit ignara, bona an mala ſit, vel quo animo ab aliis cauſis moveatur, ceu famulus rem non malam, ſed malo animo imperatam exequens, vel ſubditi bellum injuſtum gerentes iuſſu principis, ſed cuius iniuſtitia explorata non eſt.

(*g*) Pro varia magnitudine imputatio varia, maior, minor aut par. Fieri enim poteſt, ut eiusdem actionis plures ſint cauſæ præcipuæ, plures ſociæ, plures ſubiectæ. Univerſe autem opus eſt, ut *efficax* fuerit cauſæ cuiuscunque ſeu phyſicæ ſeu moralis operatio, ſive ut efficienter ab illa actio ſit edita, (2) quod quidem cogitari poteſt, etſi abſente quadam cauſa ſucceſſiſſet alia, aut aliæ iam præſentes ea ceſſante, nihilque efficiente tamen actionem patraſſent. (3)

(1) *Paulus enumerans peccata in legem naturæ commiſſa ab hominibus expertibus veræ religionis, addit: qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum, qui ea faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt (ſe ſociant) facientibus.* Rom. I. 32. — Exempla etiam extant l. eiusdem 3. §. 4. & l. nihil. 15. D. ad leg. Corneliam de Sicariis. l. non ideo. 5. C. de Accuſat.

(2) *Non lenitatem imperatoriam, ſed truculentiam redolet* l. quisquis 5. C. ad l. Iul. majeſt. *Iuſtior eorundem Imperatorum Arcadii & Honorii vox eſt, quæ exprimitur.* l. ſancimus. 22. C. de pœnis. quo modo etiam ſenſerat Calliſtratus l. Crimen. 26. D. de pœnis.

(3) *Si furem fur prævenisti, ideone fur non eris?*

§. XXXVI.

Ad iuſſionem, qui primus eſt modus, quo quis particeps fit alieni actus, pertinet præceptum, quod datur ab habente poteſtatem in ſubiectum; dein mandatum, & conductio operæ, quando quis ab altero gratis aut pro mercede fieri quidpiam, aut geri curat.

(*a*) Præcipiens actionem ſine dubio eius cauſa *præcipua* eſt, obtemperans *ſubiecta*. (1) Quid vero? ſi quis ſcelus, vel operam ad patrandum ſcelus imperanti ſine ſuo periculo obſequium negare non poteſt; ob eamne cauſam culpæ vacuus continuo habendus eſt? lex quædam Digeſtorum (2) videtur eum excuſare. Sed ei legi emplaſtrum adhibendum eſt ex aliis legibus (3). Paulus præcipit, ut ſervi dominis obediant in Domino; quod non fit, ſi contra Dominum obeditur homini. Ipſe ICtus Celſus legem 12. tabularum voluiſſe dicit, ſervos dominis in tali re non obedire. (4)

(b) Mandans vel operam conducens pariter cauſa *præcipua* eſt, cui proin maxime imputanda eſt actio. Sed mandatarius vel operæ locator, ſi non præcipua, certe cauſa ſocia eſt. (5)

(*c*) Quatenus mandatarius in poteſtate habuit ſervare fines mandati, eosque transgreſſus eſt, mandanti imputari non poteſt. (6)

(*d*) Qui ratum poſtea habet, quod ſe inſcio ante geſtum eſt, cauſa efficax actionis dici non poteſt; non igitur actio, ſed ratihabitio ei imputatur. Regula Iuris X. in VI. pertinet duntaxat ad aliquos effectus in iure expreſſos, atque ad contractus maxime. (7).

(1) *Cauſa præcipua occiſi Uriæ David, Ioab ſubiecta.* II. Reg. XI. 14. ſeqq. *Similiter Abſolon de interfecto Amnone.* II. Reg. XIII. 28., *& Iezabel de lapidato Nabotho*, III. Reg. XXI. 11. *Ceterum opus non eſt, ut, qui imperandi ius habent, expreſſo iuſſu aut decreto maleficium imperent; ſatis eſt, ſi re & facto, quid velint, præſeferant. Elegans exemplum extat apud S. Gregorium Nazianz. Orat. I. in Iulianum ex verſione*

ſtone Billii edit. Pariſ, A. 1569. *pag.* 612. „*Quid intereſt* (in-
„quit eloquentiſſimus Pater) *periculum Chriſtianis edicas at-*
„*que promulges, an præ te feras, te Chriſtianorum perſecutio-*
„*nibus delectari, magnique criminis loco ducas, moderatio-*
„*ne quadam uti.*"

(2) L. is damnum. 169. D. de R. I.

(3) L. ad ea. 157. D. de R. I. l. ſervus 20. D. de O. & A.

(4) l. ſi ſervus. 2. D. de noxal. act. conf. Prop. 51. inter damnatas ab Innocentio P. XI.

(1) L. non ſolum. 11. §. 3. D. de iniuriis. l. non ideo. 5. C. de accuſation.

(6) L. diligenter 5. D. Mandati.

(7) Interpretationem poſcit C. cum quis. 23. de ſent. excomm. in VI.

§. XXXVII.

Ex *Conſilio & ſuaſione* non eadem ſemper oritur imputatio:

(*a*) Magis imputatur conſilium, quod datur de eo, quid faciendum ſit, quam quod modum ſuggerit exequendi eius, quod propoſitum iam eſt. (1)

(*b*) Magis item ſpeciale imputatur, quam generale, magis obtruſum, quam petitum.

(*c*) Magis fraudulentum & dolo malo datum, (2) quam imprudens, ac datum ex imperitia. Improbum tamen eſt, de re parum cognita ſententiam velle dicere, præſertim aſſeveranter.

(*d*) Qui conſilium accipit, nulla neceſſitate conſtringitur; eo ipſo, quod conſilium, non iuſſum accipiat; idcirco in conſulentem non tota culpa derivatur, ſed communicatur cum patrante actionem. Hoc ſenſu vulgo dicitur: nemo obligatur conſilio, quemadmodum nec commendatione. (3) Unde conſilium *ſimplex* dicitur, quo explicat quisquam de re propoſita, quid agendum, vel

non agendum ſentiat; *non ſimplex*, ſi conſulens incitat, ſtimulat, urget propoſitis motivis agendi, vel non agendi; illud ergo ad inſtruendum intellectum, hoc vero ad voluntatem movendam refertur, ac difficilius revocatur, niſi priores rationes aliis gravioribus tollantur. Qui non tantum rationes profert, ſed viam, & artem nocendi docet, arma, claves, inſtrumenta præbet, non iam conſilium dediſſe, ſed propius in partem actionis venire cenſendus eſt.

(1) Conf. Prop. 39. inter damnatas ab Innocentio P. XI.

(2) *Exemplum conſilii fraudulenti* vide Proverb. I. 10-15. *Legibus Digeſtorum tenetur, cuius conſilio adulterium commiſſum eſt.* l. hæc verba 12. & l. is, cuius ope 14. D. ad leg. Iul. de adulteriis. *Dein is, cuius conſilio innocens dolo malo oppreſſus eſt iudicio capitali.* l. eiusdem. 3. §. 4. D. ad leg. Corn. de Sicar. *Denique cuius conſilio & perſuaſione ſervus a domino fugit.* l. non ſtatim. penult. §. ult. D. de leg. Fabia de Plagiariis.

(3) *Quæ a principibus peccantur, vulgo iis impingi ſolent, qui eisdem a conſiliis ſunt; memorabilem tamen ſententiam cuiusdam ſcriptoris refert Burlamaqui in Elementis Iuris nat.* P. II. c. XI. §. XII. *in hæc verba: „Apud Anglos ſatis receptum eſt, ut quidquid Principes peccant, id eorum miniſtris imputetur; quos ego quidem non inficias ibo plerumque imputationi anſam præbere. verum tamen errata principum per miniſtrorum ſcelera non excuſantur: nam quidquid illud ſit, ſua eſt principibus ratio, ſuum iudicium, & penes ipſos ſumma eſt auctoritas. Multa ſunt, in quibus Principes oporteat ſuum iudicium adhibere, nec ex fide pendere introrſum turpis, avarique Aulici. Sin minus poſſunt propter obtuſam mentis ſuæ aciem res ipſi diiudicare, ceteris imperium tradant, cuius nequeunt habenas temperare. Atque haud ſcio, an de Principibus rem publicam male gerentibus non idem dicendum merito ſit, quod Carolus Borromæus ſolitus erat uſurpare de epiſcopis ſuas oves male paſcentibus: ſi demandatæ ſibi provinciæ impares ſunt; undenam illis tam elata ambitio? ſi pares ſunt; undenam tam ſupina negligentia?*

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Conſenſus, qui alieno facto adhibetur, pro varia efficacitate variam gignit imputationem:

(*a*) Parum a iuſſione vel mandato diſtat conſenſus is, ſine quo alter agere omnino non poterat; ut ſi herus, paterfamilias, bellidux, princeps conſentiant ſervis, domeſticis, militibus, ſubiectis iniuſte nocentibus, vel ad nocendum paratis.

(*b*) Qui prohibere poterat, ac debebat, neque prohibet, conſentit facto, eoque tenetur. (1)

(*c*) In ferendis ſuffragiis, qui adſtipulantur iniquæ legi, iniuſtæ ſententiæ, malæ electioni; iſtorum cauſæ ſunt fere æquales, ac præcipuæ; iisdemque imputantur damna, quæ inde proveniunt. (2)

(*d*) Conſenſus, quo opus non erat facienti, inſtar conſilii eſt, vel approbationis, aut palpi, de quo mox. Quantum vero efficacitatis, adeoque imputationis habeat, a re pendet, reique adiunctis.

(1) L. ſcientiam. 45. D. ad leg. Aquil. *Sic etiam lege Cornelia de ſicariis tenetur is, cuius familia ſciente eo adipiſcendæ, recuperandæ poſſeſſionis cauſa arma ſumſerit.* l. eiusdem 3. §. 4. D. ad leg. Corn. de ſicar.

(2) *Honorificam in ſacris literis mentionem promeruit Ioſephus ab Arimathæa, qui non conſenſerat conſilio & actibus Iudæorum Chriſti ſanguinem furenter ſitientium.* Luc. XXIII. 51.

§. XXXIX.

Palpo dicitur, qui in eam opinionem alios inducit, ut recte a ſe, quod agunt, agi exiſtiment: aut qui propoſita gloria, exprobrata ignavia, exaggerata iniuria ad vindictam, rixas, damna inferenda alios incitat. Horum perverſitas æque imputatur, ac eorum,

 qui

qui prava conſilia dant. (1) Approbatio facti iam patrati imputatur ceu actus proprius, non alienus, niſi nova agendi cauſa ſit, aut ne redintegretur, quod male actum eſt.

(1) *Exemplis opus non eſt, quando undique videmus magiſtros prurientes auribus, quos ſibi ad ſua deſideria coacervant homines ſanam doctrinam non ſuſtinentes.* II. Timoth. IV. 3.

§. XL.

Peſſimum genus eſt receptatorum, inquit Marcianus ICtus, *ſine quibus nemo latere diu poteſt.* (1) Videndum autem, qua cauſa, & quo eventu receptus detur:

(*a*) Qui cum receptu dat ſecuritatem, atque opportunitatem patrandi facinoris, non quidem cauſa præcipua eſt, ſed tamen ſocia illius. (2)

(*b*) Qui patrato iam facinore dat perfugium, nec ante promiſit, imputationi ipſius facinoris non ſubiacet, niſi forte, quatenus impedimento eſt, ne illatum damnum reparetur, aut malefactor pœnas det. (3)

(*c*) *Non par eſt eorum delictum, apud quos affinis vel cognatus latro conſervatus eſt, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.* (4) Neque magnopere reus cenſendus, qui prædones pernoctare domi ſuæ ſinit, quos arcere vel eiicere ſine periculo ſuo non poteſt.

(1) L. peſſimum. 1. D. de receptatoribus. *Nihil adeo mirum eſt, tot extare Canones de receptatoribus & fautoribus hæreticorum.*

(2) *Inde fit, ut facta civium ipſis civitatibus, earumque rectoribus ſæpe adſcribantur, quando ſciunt ab iis delinqui, ac prædationes, aut piraticam fieri, nec prohibent, ſed quietos ſinunt inter ſuos eſſe. Sciri præſumuntur, quæ aut frequentia ſunt, aut conſpicua. Quid vero? ſi delinquens in alienam civitatem confugiat; cogeturne iſta, ſi immunis ab imputatione eſſe velit, & interpelletur, reum dedere, aut caſtigare, aut eiicere ſinu ſuo? quæſtio iuris gentium propria eſt.*

(3) S.

(3) S. Auguſtinus apud Gratianum c. ſi res. 1. XIV. q. 6. „*illud fidentiſſime dixerim, eum - - qui ad ſe confugientem, „quantum honeſte poteſt, ad reſtituendum non compellit, ſocium „eſſe fraudis & criminis. Nam miſericordius opem noſtram „talibus ſubtrahimus, quam impendimus.*“ Conſentit l. 1. cit.

(4) L. 2. D. eod.

§. XLI.

Participans non tam is dicitur, qui in partem e. g. prædæ venit iam factæ absque ope & conſilio ſuo, ſed qui ipſius actionis, proindeque & conſecutionum particeps eſt, aut tanquam cauſa præcipua, ſi plures una pariter operentur, atque tanquam ſocia, quæ adiuvat auctorem facti, aut tanquam ſubiecta, ſi quis præcepto, aut minis adigitur, ut operam ſuam alteri miniſtret. Erit igitur, ut imputatio recte fiat, diligenter diſpiciendum, quantum momenti adferat quisque ad patrandum factum, quam propinque aut remote influat, itemque, an dividuum ſit factum, an individuum, ut ſi de acervo frugum, mercium ſuam ſinguli partem auferant, aut plures unam ciſtam, aut tignum deportent clam aut vi ablatum; denique communi conſilio ac conſpiratione agant, an ſecus. (3)

(1) Exempla extant l. in furti. 5. §. 3 & 4. D. de furtis. l. ſi pignore. 54. §. 4. ibid. l. ſi ſciente 7. D. de lege Pompeia de parricid. l. 1. §. 1. D. ad leg. Corn. de ſicariis. l. 1. §. 1. C. de raptu virginum.

§. XLII.

Imputantur nobis aliorum actus, non modo, ſi iis quoquo modo, conſilio, aut opera adiumento ſimus,

ſed

ſed etiam ſi negligimus prohibere, ac impedire, quando & poſſumus, & debemus vi muneris, pacti, caritatis. Prohibemus autem verbis, obſtamus re. Iſtiusmodi modi negativi, ob quos imputatio fit, vulgo ſtatuuntur tres:

(*a*) Qui mala patrari videt, nec, cum poſſit, reclamat, prohibet, minatur, punit; *mutus* dicitur, ac ſubiacet imputationi. (1)

(*b*) Qui cum poſſit, ac deberet ferre operam, vim repellere, vires ſuas laboranti accommodare, idque negligit, particeps fit mali ac damni, quod illatum eſt. (2)

(*c*) Qui conſcius eſt pravi aliorum conſilii, machinationis, proditionis paratæ, furti abſconditi &c.: neque id palam facit, pari ſcelere fere ſe obſtringit, atque is eſt, qui *non manifeſtans* dicitur. (3)

(1) *Ut ſi teſtis ſupprimat veritatem.* Levit. V. 1. *Doctores mali vocantur canes muti, non valentes latrare,* Iſai. LVI. 10. *Similiter reprehenduntur Speculatores ſeu epiſcopi, qui vident gladium venientem, nec inſonant buccina.* Ezech. XXXIII. 6. adde l. lege. 9. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſis. l. ſi ſervus. 2. D. de noxal. action.

(2) *Uti ſi milites deſtituant alios, vel non ſuccurrant laborantibus*, l. omne 6. §. 8. D. de re militari. *Aut ſi furioſus non ſatis cuſtoditus damnum det.* l. Divus 14. D. de officio præſidis. Cicero l. 1. offic. ait: *qui non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat.*

(3) *Conſcii parricidii afficiuntur pœna parricidii.* l. utrum. 6. D. de leg. Pompeia de parricidiis. Adde l. frater. 2. ibid.

CA-

CAPUT VIII.

In moralibus actionibus ſpectatur quantitas moralitatis earundem in ſe, & relate ad imputationem, atque ad agentem.

ARGUMENTUM.

§. *XLIII. Quantitas moralitatis quot modis & ubi conſideretur. XLIV. Relate ad actionem ſecundum ſe. XLV. Relate ad imputationem, XLVI. pro variis adiunctis variam. XLVII. Relate ad factum ſingulare, ipſumque agentem.*

§. XLIII.

Quemadmodum certus eſt ordo finium ab ipſa natura conſtitutus, quorum alter alteri præſtat velut dignitate quadam (§. IV. h.); itemque certus ordo obligationum, legum, officiorum, ac etiam iurium (§. XXII. e.) ita in actionibus, quæ iis finibus, obligationibus, iuribus reſpondent, quantitas moralitatis, ſeu magnitudo tum honeſtatis, tum, ſi finibus repugnent, etiam turpitudinis ſpectari, & velut ponderari aut menſurari ſolet. Inde

(a) Quantitas moralitatis locum habet in actionibus ſecundum ſe ſpectatis, uti nobiliori fini reſpondent natura ſua, aut minus nobili ac præſtanti: deinde in virtutibus aut vitiis, quæ reſpiciunt certas actiones, nihilque aliud ſunt, niſi habitus obligationes (aut conſilia) implendi, aut violandi, & quoniam ſtatus adventitii ad unum actionum, aut virtutis genus præ alio ſæpe referuntur; idcirco ea quantitas moralitatis in ipſis etiam ſtatibus diverſis expendi ſolet.

(b)

(*b*) Quantitas moralitatis varia eſſe poteſt in actione *eadem*; quia magis aut minus imputari, maiori laudi aut vituperationi dari poteſt pro varia libertate, aliisque adiunctis.

(*c*) Quantitas moralitatis in actione quavis ſingulari ex prioribus binis momentis, tum præterea ex fine agentis & variis adiunctis pendet.

§. XLIV.

Quantitas moralitatis in actione ſecundum ſe ſpectata maxime pendet ex fine, quem per ſeſe reſpicit, ſive ut aiunt, ex motivo aut ratione fundamentali, quæ ex natura complete ſumta eruitur:

(*a*) Quo nobilior is finis ac præſtantior eſt ea ratio, eo præſtantior actio ei reſpondens, aut turpior eidem repugnans. Finis ultimus, ſeu illuſtratio divinæ gloriæ ſine dubio præſtat reliquis omnibus; qui eo nobiliores erunt, quo huic propiores.

(*b*) Ex diverſitate eorum finium, rationum, ſeu motivorum doctores moralium rerum conſtituerunt diverſas claſſes, ſeu *ſpecies* non modo obligationum ac legum, ſed etiam virtutum ac vitiorum; dicuntque dein, actus ſeu bonos ſeu malos ſpecie differre, uti cum *diverſis* obligationibus, legibus, virtutibus conveniunt, aut pugnant, vel cum eadem quidem obligatione, lege, virtute conveniunt aut pugnant, ſed *modo valde diverſo*. Hinc fieri poteſt, ut idem actus cum diverſis obligationibus, legibus, virtutibus conveniat, aut pugnet, proindeque diverſam ſpecie moralitatem complectatur. (1) Atque hæc quidem ad ſolas pertinent rationes *intrinſecas* obligationum, legum, ac virtutum. Creſcere enim aut decreſcere quantitas moralitatis poteſt ex rationibus extrinſecis in actum influentibus, ex variis adiunctis, aut finibus agentium.

(*c*) Similiter differendum eſt de diverſis ſtatibus hypotheticis, qui ad aliud atque aliud actionum genus referuntur, easdemque differentias habent, quas ipſæ actiones. Unde ex comparatione eorundem ſæpe controverſiæ exiſtunt. (2)

(1)

(1) *Exemplo eſt caſus, quo voto caſtitatis adſtrictus quispiam commiſcetur cum uxore fratris ſui.*

(2) *Uti cum ſtatus militaris comparatur cum magiſtratu civili*, de qua re Cicero l. I. officiorum, „*cum plerique arbi*„*trentur*, inquit, *res bellicas maiores eſſe, quam urbanas, minuenda eſt hæc opinio. - - Vere ſi volumus iudicare, multæ* „*res extiterunt urbanæ maiores, clarioresque, quam bellicæ.*" *Ex his principiis exiſtimandum eſt, quantum inter dignitatem profanam, & poteſtatem ſacram interſit.*

§. XLV.

Quantitas moralitatis relate ad maiorem vel minorem imputationem actus eiusdem, deſumenda eſt ex quantitate libertatis, & adiunctis aliis. Quo ſpectant notiones ſequentes:

(*a*) *Conſultatio* eſt actus, quo diſquiritur, quid hoc maxime tempore (in his circumſtantiis) agendum ſit. Inde actio *deliberata* dicitur, quæ prævia conſultatione fit; ſecus indeliberata. Patet illam magis liberam eſſe, quam hanc, præcipiti impetu, aut cum cognitione minus diſtincta editam. (1)

(*b*) *Diligentia* eſt uſus mediorum, quæ in poteſtate agentis, & ad propoſitum finem conducibilia ſunt: *negligentia* eſt omiſſio eorum mediorum. Nomine mediorum, ut recta ſit actio, maxime etiam venit uſus facultatum mentis ſeu attentio, proviſio, nequid impedimenti vel incommodi emergat, quæque ſunt alia iſtius generis. Si nihil omittitur eorum, quæ neceſſaria ſunt ad recte agendum, vel obtinendum finem, diligentia nuncupatur *abſoluta*, ſecus *hypothetica*, quæ viribus ac facultati agentis, loco ac tempori eſt accommodata.

(*c*) Omiſſio diligentiæ debitæ ad cognoſcendum, & quoquo modo providendum, ex qua damnum vel incommodum exiſtit, *culpa* vocatur; cuius triplicem gradum diſtinxerunt Iurisconſulti Romani, ſummum, medium, infimum, quemadmodum & diligentia ſuos habere gradus facile intelligitur. Doctores ſcholaſtici aliam nominant *culpam theologicam*, quæ cum peccato con-

coniuncta eſt, aliam *iuridicam*. quæ ſine peccato eſt, forte ex oblivione non voluntaria, ut inter homines. Nam cum negligentia aut culpa ſit omiſſio diligentiæ debitæ, ſive eius, qua uti quiſpiam obligatur; ſequitur, ut eam omittens contra obligationem agat, atque adeo peccet.

(*d*) Iam de gradibus culpæ. *Lata* eſt omiſſio diligentiæ, quam homines vulgo in negotiis ſuis, & ſimilibus adiunctis adhibent: *levis*, quam vulgo in negotiis ſuis & ſimilibus adiunctis adhibent prudentiores, magis providi: *leviſſima*, quam non adhibet, niſi prudentiſſimus quisque & maxime providus.

(*e*) Culpa relata ad uſum facultatum mentis varia ſortitur nomina. *Incogitantia* eſt, ſiquis agendo non attendit, quantum ſatis eſt, ne male agat e. g. tractando arma, incedendo per vias aut ſcalas præcipites. *Inconſiderantia*, qua expendere prætermittit, quid mali, bonive ſecuturum ſit ex actu. *Præcipitantia*, quando rebus nondum ſat circumſpectis ad agendum quis proſilit. *Imprudentia*, cum diſpicere & examinare negligitur, quid huic maxime tempori congruat, ut fiat. *Improvidentia*, qua mala non præcaventur, quæ ſequi, aut incidere poſſent. *Incuria*, quando omnis ſolicitudo abeſt, ut recte agatur.

(*f*) *Dolo* agit, qui deſtinato conſilio, atque ex animi propoſito agit, quod omittendum eſt, vel omittit, quod agendum eſt; maxime uſurpatur de actionibus, quibus incommodum creatur aliis. *Dolus apertus* eſt, quando prudenter dubitari non poteſt, quod agens habuerit animum nocendi: contra *præſumtus*, ſi de tali animo ita liquido non conſtat, probabili tamen ratione iudicatur.

(1) *Deliberata actio non ea hic, ut vulgo, ſumitur, quæ cum præſenti uſu ſeu advertentia rationis ſit, verum quemadmodum dici ſolet e. g. homicidium præmeditatum.*

§. XLVI.

His notionibus ac principiis ſupra explicatis cohærent poſitiones ſequentes:

(*a*)

(*a*) Actio dolo ſuſcepta magis imputatur, quam quæ ex culpa fit.

(*b*) Actiones, quibus culpa iuſte imputatur, imputationem habent pro gradu culpæ.

(*c*) In colliſione officiorum, actionumque, quia ob anceps conſilium minus libera eſt actio, minor quoque eſt imputatio.

(*d*) Actio compoſita, quia plus deliberationis ac moræ habet, magis imputatur, quam ſimplex:

(*e*) Magis etiam actio, quæ fit primaria ac directa intentione, quam quæ minus primaria, & indirecta.

§. XLVII.

Quantitas moralitatis complete ſumtæ §. XLIV. & XLV. in actione quavis ſingulari cumulatam menſuram habet. Nam

(*a*) Primo ſpectatur actio in ſe, ſive *quoad ſpeciem*, qua alia præ alia honeſtior aut turpior eſt.

(*b*) Dein, quia completa moralitas ex fine etiam agentis, & actionis adiunctis coaleſcit, pro alio atque alio fine agentis, & pro diverſis adiunctis variatur, & multiplicatur moralitas:

(*c*) Idem fit ob maiorem conatum, ardorem, difficultatem, moram actionis, quæ cauſa eſt, cur actus *externus* ob maiorem contentionem, & continuationem vel iterationem actuum internorum magnitudine moralitatis, nempe honeſtatis vel turpitudinis ſuperet actum internum, etſi per ſeſe uterque ab eadem pendeat libera voluntate.

(*d*) Denique his omnibus poſitis iisdem, ſpectatur numerus actionum, qui creſcit 1. pro numero obiectorum totalium, ut vocant, uti cum quis uno ictu duos ſternit:

2. ex facta prioris actus retractatione vera, vel æquivavalente, & nova dein iteratione. 3. ex intervallo ſatis magno, quod inter plures actus generis eiusdem intercedit, ob quod ſit, ut alter novus cenſeatur, ac diſtincte numerandus a priore. Id vero ex actuum natura pendet. Alius enim alio citius tranſit, ac facilius interrumpitur, ut cum ſequente non cohæreat.

CAPUT IX.

Moralitas actionum & imputatio maxime etiam refertur ad conſcientiam cuiusque.

ARGUMENTUM.

§. *XLVIII. Conſcientia, uti eſt cognitio cuiusque de ſuis actibus. XLIX. Certitudo, probabilitas, dubium &c. ſunt affectiones cognitionum. L. Hinc conſcientia affectiones, & nomina habet varia. LI. Obligationes naturales ad conſcientiam pertinentes. LII. Quæſtio de conſcientia probabili. LIII. Conſcientia conſequens.*

§. LXVIII.

Conſcientia eſt iudicium cuiusque de ſuis ipſius actibus, eorumque honeſtate vel turpitudine; eaque vel *antecedens*, de qua inprimis hic agitur, aut *conſequens*. Antecedunt autem actiones noſtras plura ſæpe iudicia, neque generis eiusdem.

(*a*) Inprimis quia omnis cognitio practica ex theoretica deducitur vi rationis, primo ſemper loco eſt iudicium theoreticum ſeu ſpeculativum, quod rem in ſe cum adiunctis attingit, actionem vero non ita regit, ut enunciet, quid iuris, conſilii, obligationis ſit.

(*b*) A cognitione ergo ſpeculativa differt practica cognitio, quæ exhibet, quid iuris, conſilii, obligationis ſit, ea-

que

que ſæpe eſt generalis, neque præſenti tempori penitus accommodata. Videmus enim ſæpenumero, quid fieri poſſet, expediret, aut deberet, niſi ſingularia rei adiuncta id ambiguum facerent. Eiusmodi cognitio vocatur *dictamen practicum remotum*; dictat enim, quid per ſeſe, remotis hiſce adiunctis poſſet fieri, expediret, aut deberet.

(*c*) Igitur poſt dictamen remotum, aliud ſequitur dictamen ultimum, enuncians, quid in præſentibus adiunctis fieri poſſit, expediat, vel debeat; erit igitur *ultimum*; quia nullum aliud ſequitur dictamen practicum, ſed mox ipſa actio, ſeu animi propoſitum, aut decretum voluntatis.

(*d*) Ultimum hoc dictamen ſæpe appellatur *reflexum*, eſtque reipſa tale, quia dirigitur in aliud præcedens directum, ſive illi quaſi innititur. Fac enim, ſic te iudicaſſe de re ipſa, ac directe: omnibus nunc quidem circumſpectis hic contractus veroſimilius non eſt iniuſtus: defenſio cruenta tuendæ vitæ aut pudicitiæ cauſa veroſimilius conceſſa nunc eſt: lex iſta veroſimilius abrogata iam eſt conſuetudine contraria. His directis præmiſſis iudiciis aliud reflexum feres in hunc modum: quotiescunque circumſpectis omnibus veroſimilius eſt, contractum non eſſe iniuſtum, defenſionem eſſe conceſſam, legem abrogatam eſſe; tum ineundo contractum, ſuſcipiendo defenſionem, libere agendo ac ſi lex nunquam extitiſſet, certo iuſta & honeſta, & immunis a culpa erit actio; quia deſtitutis nobis ſæpenumero cognitionibus certis, ſatis eſt ad honeſtatem vitæ, ſi ea ſectemur, quæ vero ſimiliora ſunt. Patet manifeſto, iſtiusmodi iudicia referri ad priora directa, ob eamque cauſam debere *reflexa* nuncupari. (1)

(1) *Spectato cogitandi & agendi uſu operationes mentis, cognitiones & iudicia varia, dein voluntatis decreta celerrime fere ſeſe conſequuntur, vix ut diſcerni inter ſe poſſint absque ſingulari attentione. Eſt tamen ea, quam evolvimus, naturalis & uſitata cogitandi, agendique ratio. Uſus ſum hoc loco ſæpe vocabulo* cognitionis *theoreticæ aut practicæ, non* iudicii theoretici *ac* practici *nomine; quia mens eiusmodi cogitationes, aut cognitiones ſæpe habet, quin firma iudicia, ac non verius hæſitationes videantur.* Dictamina *voco cogni-*

tiones eas, per quas videmus, quid iuris, conſilii, obligationis ſit, ſive quid honeſte aut moraliter poſſit fieri, quid expediat, quid neceſſe ſit. Sunt Scriptores non pauci, qui etiam dictamina ſpeculativa ſeu theoretica in ore habent; quas equidem voces pugnare opinor. Si enim dictamen ſeu dictatum eſt; quomodo ſpeculativum, ſeu mera contemplatio rei? ſi ſpeculativum; quomodo dictamen? ſed cum imperitiæ atque inconſtantiæ loquendi mederi nemo poſſit; id potius agendum videtur hoc loco, ut propoſitæ iudiciorum claſſes, quæ actiones antecedunt, exemplis illuſtrentur. Theoreticæ cognitiones ſeu iudicia ſpeculativa ſunt, hiſce caſibus: ſiquis venator intenta oculorum acie ita apud ſe cogitat: id quod ſub dumeto latet, fera eſt, non homo. Si iudex perceptis litigantium rationibus earum momenta expendit, eaque ſint, æqualia eſſe, vel utra utris præferenda videt: ſi, qui defunctum coniugem audit, de certitudine nuncii, eiusque mortis adfirmate iudicat, vel utramque in partem titubat cogitando: aut ſiquis ſuper facto dubitat, utrumne pœnam, cenſuram, irregularitatem quis incurrerit? aut aqua roſacea rationem aquæ naturalis habeat, nec ne? atque hæc theoretica ſunt. Nam in contemplatione rei hærent, nec quid iuris, conſilii, obligationis ſit, enunciant. E contrario practica ſunt, huiusce formæ: quando certum eſt, feram ſub dumeto latere, non hominem, licet telum emittere: cum æqualia ſunt momenta litigantium, non eſt penes iudicem pro amico ferre ſententiam: ſi una pars prævalet rationibus, etſi nec altera ſuis careat, nefas eſt litem adiudicare, niſi prævalenti. Si probationes delicti non ſunt luce meridiana clariores, reus nequit morti addici: qui coniugis mortem pro certo non habet, ad novas proſilire nuptias non debet: qui dubitat probabili ratione, irregularitatem incurrerit ex homicidio, nec ne, non debet ſacra myſteria tractare.

§. XLIX.

Compertum eſt ex theoretica philoſophia, certitudinem, evidentiam, dubium, probabilitatem eſſe cognitionum noſtrarum affectiones, non rerum. Nam quidvis reipſa eſt, aut non eſt; neque in re neutrum habet locum, neque medium. At fieri poteſt, ut certo affirmari nequeat, neque rem eſſe, neque non eſſe.

eſſe. (1) Quemadmodum vero in theoreticis diſciplinis non quidvis liquido exploratum eſt vel ſapientiſſimis; ita in cognitionibus practicis de iure, conſilio, obligatione agendi, alia certa quidem, alia probabilia, alia dubia exiſtunt. In ipſa certitudine inſunt gradus, indeque ab ea deſcenditur ad maximam, maiorem, æqualem in utramque partem, minorem probabilitatem, denique ad id, quod plane improbabile, quod poſſibile duntaxat, quod penitus ignoratum eſt. De his annotandum:

(*a*) Probabile æſtimatur ex numero, multoque magis ex pondere ac momento rationum, quæ proin æquales eſſe poſſunt, aut prope æquales, cum parum pro nihilo reputetur in ancipiti cognitione, qua aliis aliud, eidemque alias aliud videtur. Nequit vero probabile cenſeri quidquam, niſi ſpectatis omnibus & momentis & adiunctis, partisque oppoſitæ expenſis rationibus. Unde inanis adparet ea diviſio in abſolutam & comparativam probabilitatem. Neque enim vere probabile eſt, ſi comparate ad momenta partis oppoſitæ non ſit. (2)

(*b*) Sunt, qui origini vocis, aut fortaſſis præconceptæ opinioni inhærentes probabile vocant id, quod ſolum probari, ſeu approbari, & aſſumi a viro ſapiente poteſt, idque ipſi ſtatuunt, id eſſe, quod ad veritatem *magis* accedit. Ac ſi quando contingat, ut æqualia ſint in partem utramque momenta, tum id non probabile appellant, ſed dubium. (3) Aliis dubium generatim id nuncupatur, quod non certum, quodque aſſentiri ſine formidine erroris non poſſis; qualem aſſenſum cum formidine erroris præſtitum, *opinionem* vocant.

(*c*) Qui probabile id modo cenſent, quod veritati propius eſt, quodque unum probet vir ſapiens, de imputatione ſtatuunt in hunc modum: imputatio alia certa eſt, alia non certa, atque poſterior hæc aut dubia, aut probabilis: unde conſequi neceſſe eſt, ut binæ im-

putationes contrariæ, quarum utraque ſit probabilis, inter ſe pugnent, cum non poſſit utraque propior eſſe veritati.

(1) *Si quando res ipſa certa a nobis dicitur, probabilis, dubia, non ipſa ſecundum ſtatum realem, ſed uti cognitioni noſtræ ſubiecta eſt, ſive ſecundum ſtatum intentionalem denotatur. Atque eadem ratione, cum probabilitas cognitionis, non rei affectio ſit, id, quod obiective probabile aliquando vocant, alio ſignificatu intelligi non poteſt, quam quod paſſim a viris doctis ac prudentibus niti cenſetur gravibus momentis; cui opponunt ſubjective probabile, quod uni alterive tale apparet.*

(2) *Quibus ex fontibus aut criteriis probabilitas proveniat, ad hunc locum non pertinet. Certe iuſta fuit damnatio propoſitionis* 27. *facta ab Alexandro VII.*

(3) P. Concina in Manuali L. II. Diſſ. II. C, II. ait: *„Ante ortum probabiliſmi ſola opinio probabilior pro opinione „probabili habebatur. Nam opinio minus probabilis in con„ſpectu probabilioris antiquis omnibus probabilis non fuit, & „re ipſa non eſt.“*

§. L.

Uti quævis cognitio eas, quas recenſuimus, affectiones habere poteſt; ſic & conſcientia, quæ in iudicio ſita eſt de honeſtate vel turpitudine actus, quem edere quis cogitat.

(*a*) Eſt igitur conſcientia certa, eſt probabilis, dubia; eſt recta, quæ in iudicio conſiſtit ipſi veritati, ſeu iuri, conſilio, obligationi conformi; ſecus non recta vel erronea vincibiliter, aut invincibiliter, quemadmodum error (§. XXXI. b.)

(*b*) *Tuta* appellatur non ex momentis rationum, ſed quod a periculo peccati magis removeat agentem: eritque tutior accipienda vel comparate ad oppoſitam partem pariter tutam, non tamen æque bonam, vel ad oppoſitam partem non tutam. Non igitur quod tutius, id etiam probabilius, neque inverſe. Nam quod probabilius, id colligi-

ligitur ex maioribus momentis rationum; quod tutius ex eo, quia a peccato remotius eſt, vel ut paucis definiunt, id, quod favet legi contra libertatem.

(c) Nominant etiam conſcientiam *ſcrupuloſam*, de qua mentio ſit in utroque iure, vocaturque *tenuis religio, quæ in talibus hæſitat, ubi non eſt aliquatenus hæſitandum.* (1) Hinc ſcrupulus hoc loco dicitur ſuſpicio levis de peccato cum nimia anxietate agendi; dein conſcientiam *perplexam*, qua quis peccare ſe putat, utrumvis eligat. Exemplum elegans extat in ſacris Canonibus. (2)

(1) C. etſi. 18. de Simonia. C, inquiſitioni. 44. de ſentent. excomm. *triplex diſtinguitur conſcientiæ ſtatus* : 1. *ſi quis pro certo ſcit e.g.: impedimentum coniugii, etſi illud probare apud eccleſiam non poſſit: dein ſi quis pro certo non ſciat, ſed credat, tum diſtinguitur alia conſcientia ex credulitate probabili & diſcreta (nullo probabilitatis aſſignato gradu), alia ex credulitate levi & temeraria, quæ iubetur explodi. Atque huic triplici dein generi accommodatur deciſio Pontificia.*

(2) C. ſignificavit, 13. de cenſibus. in parte deciſa.

§. LI.

Perſuaſiſſima omnibus eſt theſis hæc: ultimum dictamen de honeſtate vel licentia actionis certum eſſe debet, ut actio honeſta, ac licita ſit. Qui enim formidat, aut hæſitat, licitene ac honeſte agat, agitque nihilominus, non poteſt aliter affectus eſſe animo, quam ut perinde habeat, legem ſervet, an violet. Quæ ipſa affectio non minus conſenſum in peccatum, quam in actionem continet. (1)

(a) Peccat ergo, qui agit *contra* conſcientiam: qui agit *ſine* conſcientia, vel dictamine de honeſtate actionis: qui non agit *ex* conſcientia, ſive ex iudicio certo ac firmo de actionis honeſtate. Primo caſu conſcientia dicitur *ſerva*, cum cupiditate aut perturbatione in tranſverſum abripi ſe quis ſinit, illudque uſurpare poteſt:

video meliora, proboque ; deteriora ſequor. Qui paſſim id agit, *nullius conſcientiæ* dicitur. Altero caſu conſcientia *dormit*, quando diuturna peccandi conſuetudine ita obduruit quis, ut rationem vix iam habeat, id, quod agit, honeſtum ſit, an turpe. Tertio denique caſu conſcientia dicitur *laxa*, quæ levi ratiuncula quidvis licitum putat, (2) aut *phariſaica*, quæ magna parvi, parva magni facit. (3)

(*b*) Qui dubitat agendo, graviter, an leviter delinquat, æque in grave delictum conſentit, ac in leve. Igitur graviter delinquit.

(*c*) Quemadmodum generalis eſt obligatio fugiendi cuiusque peccati, & ſervandæ legis; ita explorata etiam obligatio eſt inveſtigandæ veritatis, cuius notitia neceſſaria eſt, ne peccet. Qui enim ad finem obligatur, pariter adſtringitur ad media, ſine quibus is obtineri non poteſt. (4) Neque tamen metaphyſicam certitudinem de honeſtate actionis quisque facile poſcet, ut pauci quidam. Eſt enim id ſupra hominis conditionem, ac perpetuis angoribus obnoxium.

(*d*) Qui errore tenetur de honeſtate actionis, eumque poteſt deponere, ſane deponere tenetur, ni tutius ſequi velit.

(*e*) Quia homo proxime regitur iudicio ſuo & conſcientia, tenetur eam ſequi, tum ſi recta eſt, tum ſi errans, quando errorem nequit deponere ; utraque enim præſcribit, parendum eſſe legi, idque verum utrinque. Error in eo eſt, quod præceptum quis putet, quod conceſſum eſt, vel plane prohibitum : aut prohibitum, quod præceptum, vel conceſſum.

(*f*) Qui conſcientia perplexa laborat ex ignorantia vel errore, quem deponere poteſt, ut deponat, obligatur; ſecus peccat, utrumvis eligat. Si deponere nequeat, id eligat neceſſe, quod malum videtur minus, minusque favet cupiditati ac libertati.

(1) *Hanc generalem naturæ legem Paulus indicavit* Rom. XIV. 23. *Omne, quod non eſt ex fide (ex firmo iudicio, ac perſuaſione de honeſtate) peccatum eſt. Hoc eſt enim fidem alteri vel ſibi facere.*

(2) *Eo pertinet propoſitio III. confixa ab Innocentio P. XI.*

(3)

(3) *De hac Chriſtus ait ad Phariſæos : excolantes culicem, camelum autem glutientes.* Matth. XXIII. 24.

(4) *In inquirenda hac veritate alia dicitur diligentia ordinaria, quæ mediis conſuetis utitur, ceu ſtudio, conſilio, precibus ad Deum fuſis: alia extraordinaria pro rei gravitate, aut cum frequens ſit dubium, multosque angat. Cuiusmodi eſt, ſi collegia doctorum conſuluntur (e. g. de iuſtitia cauſæ belli) ſi publicæ indicuntur preces, ſi Eccleſia Romana conſulitur, quæ mater eſt, & magiſtra aliarum eccleſiarum. Exemplum præbet Clementina* I. *de V. S., ubi Pontifex ex concilio Viennenſi plures edidit dubiorum deciſiones de vi & obligatione Regularum Fratrum Minorum.* dicens : *„Nos itaque, qui in ſinceris horum „conſcientiis delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ „ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graves remorſus conſcientiæ pars ſecurior eſt tenenda &c.*

§. LII.

Fit ipſa infirmitate mentis noſtræ, & concurſu variorum adiunctorum, ut quid certo tempore, certaque adiunctorum complicatione præceptum, vetitumve ſit, *pro certo* affirmare non poſſimus, etſi probabilia argumenta præſto ſint obligationis ſeu affirmativæ ſeu negativæ. Hoc caſu ius libertatis ſeu facultas agendi colliditur cum obligatione probabili (non certa) abſtinendi ab actione; aut ius libertatis ſeu facultas non agendi cum obligatione probabili (non certa) actionem ponendi. (1) Ac fieri poteſt, ut æque probabile ſit, obligationem reipſa extare, ac non extare: aut probabilius (non tamen certum) eam extare, quam non extare: aut contra probabilius non extare, quam extare. Primo caſu ius & obligatio æquis rationum viribus colliduntur: altero prævalet argumentis obligatio: tertio prævalet ius libertatis. Quid igitur? cum iudicium ul-

timum de honeſtate actionis certum firmumque eſſe debeat, ac iudicium illud de uſu libertatis certum eſſe in his caſibus non poſſit ob oppoſitam probabilitatem obligationis, qua impeditur uſus libertatis; ſemperne his caſibus ſequendum erit tutius, ita, ut generalis ponatur obligatio naturalis, implendi aliam quamcunque obligationem, quam non extare, ac extare æque probabile eſt: aut extare probabilius quidem, nec certum tamen, aut denique non extare probabilius, quam extare. Hæc eſt famoſa illa de Probabiliſmo quæſtio, noſtro ævo non tam rationibus, ſtudioque inveniendi veri, quam conviciorum, ac calumniarum turbine & tempeſtate decertata. Dudum illam tanquam iure ſuo Theologi ſibi vindicarunt, neque mens eſt, poſſeſſione illos ſua deiicere. Eſt tamen ea quæſtio admodum frequentis uſus, valdeque generalis, ac per ſeſe ad ius pertinens naturale. Cum enim dictet natura, obtemperandum eſſe legibus poſitivis legitime latis; interrogari poteſt, ſi certum non ſit, extare, aut vim etiam nunc habere, vel ad præſentem caſum ſpectare legem poſitivam; utrumne natura dictet nihilominus, atque univerſe, tum quoque ſecundum legem agendum eſſe perinde, ac ſi certo extaret, certo vim etiam nunc haberet, certo ad præſentem caſum ſpectaret. Quod unum prætermitti a me non debet, id faciam, ut animadverſiones ſubnectam aliquas non ad definiendam litem, ſed eius ſtatum declarandum appoſitas:

(*a*) Cum ambigitur, honeſtumne, ac licitum ſit agere, necne; extetne obligatio faciendi, aut non faciendi; omnis dubi-

bitatio ac controverſia ad cognitiones practicas, ſeu ad dictamina pertinet. Ab his ſegregandæ ſunt cognitiones theoreticæ certæ ſive incertæ. Fit ſæpe, ut, ſi præcedens theoretica cognitio penitus certa, & explorata non ſit, etſi magnopere habeatur probabilis; tum practica cognitio ei innixa non modo non certa, ſed penitus nec probabilis cenſeri poſſit. Fac, cognitiones theoreticas has non certas, ſed probabiles eſſe: Caius patravit crimen morte dignum: rex habet iuſtam belli cauſam: hæc materia eſt apta conficiendo ſacramento: lex iſta principis, aut præceptum iniuſta eſt: venenum non eſt admixtum potioni. Dico, quantumvis veriſimilia hæc ſint iudicia theoretica; tamen veriſimiles nullo modo, nec ullo pacto probabiles erunt practicæ cognitiones ſequentes: fas eſt, Caium morti addicere: licitum eſt, bellum movere: adhibere eiusmodi materiam pro conficiendo ſacramento: detrectare principi obedientiam: potionem præbere alteri. Cur iſta practica *omni* probabilitate deſtituantur eo ſolum ex capite, quod illa theoretica certa non ſint, etſi probabilia; non tam ex communibus, quam propriis earum rerum principiis pendet. Dici igitur non poteſt, quantopere ineptiant, & a propoſito ſcopo aberrent, qui theoretica & practica inter ſe confundunt; cum tota controverſia eo tantum pertineat, quid iuris ſit, ſi practica cognitio habeat ſuam illa quidem probabilitatem; non tamen extra omne dubium poſita ſit.

(*b*) Nec præſens controverſia ad particularem quandam tractationem pertinet, quid in ea honeſtum aut contra, cenſendum ſit; ſed de generali naturæ obligatione inquiritur, quæ iubeat univerſe, in quovis particulari caſu aliam quamvis obligationem ſequi etiam tum, quando æque probabile eſt, eam extare, ac non extare, aut probabilius (necdum certum & exploratum) eam extare, quam non extare, aut denique probabilius, eam non extare, quam extare. Qui generalem iſtiusmodi naturæ obligationem ſtatuunt, eius originem demonſtrare neceſſum habent ex natura pariter, atque ex nexu cum divina perfectione quadam. Quo loco animadvertendum, & obligationes, & iura, quæ dicimus, ſeu facultates agendi a Deo Conditore provenire, ut, qui ob ancipitem obligationem, nec ſatis ſibi perſpectam, ea relicta, iure libertatis utitur, eo non aliter utatur, niſi tanquam

quam conceſſo a Deo, & ad fines a Deo ac natura præfixos. Fac, ambigere patremfamilias, ſatisne iuſtus & æquus contractus ſit, quem inire cogitat: ſimul cupere, eum inire pro commodo familiæ, cui providere cogitur a Deo & natura. Is ſi certo utetur iure ineundi pacta, ſibique ac ſuis conſulendi relicta incerta obligatione, eodem contractu abſtinendi, non ita fingi debet, ac ſi fræna obligationum naturalium facile abiiceret, ſuæque tantum lubidini indulgeret, neque ita, ac ſi parvi faceret Dei leges, quando iure pariter a Deo conceſſo ad fines præfixos ab eodem ſummo Deo utitur. Si id, quod tutius eſt relate ad peccatum vitandum, conſentiret ſemper cum hominum conſiliis etiam honeſtiſſimis, ac conformibus naturæ; ſine dubio prudentia dictaret, ſemper tutius illud amplecti. Nunc vero alterum cum altero ſæpe pugnat, ut in propoſito exemplo de patrefamilias. Quapropter neſcio, qua ratione naturales prudentiæ regulas ad hanc de naturali obligatione ac iuſtitia controverſiam quidam applicent. (2)

(1) *Siquando obligatio non cum iure agendi colliditur, ſed cum alia obligatione, ut ſatisfieri utrique tempore eodem nequeat; is caſus non ad hunc videtur locum pertinere, ſed eo, ubi de conſcientia perplexa agitur.*

(2) Vir celeber Paulus Ioſ. Riegger in Diſſertatione edita Oeniponti A. 1744., quam inſcripſerat: *Syſtema Iurisprudentiæ naturalis ſeu univerſalis*, C. VI. §. XI. *in hunc modum ſtatuit: „Omnino dicendum cum communiſſima, opinionem vere „& intrinſece probabilem eſſe regulam actionis humanæ hone„ſtæ, atque operantem practice & moraliter ſecurum reddere de „ſuæ actionis honeſtate, quod ſcilicet ſic operando non peccet. - - „Fundamentum operationis noſtræ hoc in caſu non eſt opinio il„la, quæ ſequitur ex ratione probabili, ſed potius iudicium in„tellectus, quod in opinione iſta fundatum eſt. - - Nam quævis „opinio certo probabilis fundat dictamen practicum & morali„ter certum de honeſtate operationis. - - - Ad virtutem pruden„tiæ non requiritur, ut ex parte obiecti in dirigendo ſemper ſit „vera & certa ſpeculative; cum in moralibus ob innumeras cir„cumſtantias particulares vix unquam poſſit haberi veritas, & „certitudo ſpeculativa; ſed ſufficit, quod ſit vera & certa practi„ce ex parte motivi probabilis & rationabilis: alioquin vix un„quam haberemus conſcientiam quietam, dum tamen maxima „pars mortalium conſcientia probabili regitur.“* §. XV. in hunc

unc modum pergit: *Quamvis autem hæc ita ſe habeant, neſcio men, an non ſimplicitati iuris naturæ conformius ſit, aſſere-, opinionem probabiliorem in conflictu præferendam eſſe mi- s probabili.* - - §. XVI. *Ex hucusque dictis minime tamen ferre licet, in concurſu opinionum æque probabilium, poſito, od omne dubium abſit, ſemper tutiorem eſſe eligendam. Eo- m capite* §. XII. *perſtringit calumniam Pufendorfii & plu- um aliorum Acatholicorum, quam noſtris, ut inquit, caſuum nſcientiæ ſcriptoribus audacter affingere non dubitant, quaſi lennis horum doctrina foret, auctoritatem unius Doctoris, iam a rationibus deſtituti, & a quo ceteri diſſentiunt, ad ex- inſecam opinionis probabilitatem ſufficere.* Ad §. XIV. re- enſitis primis Probabiliſmi Doctoribus addit: „*Hos vel ideo nominare volui, ut pateat hanc ſententiam nec novam, nec Doctoribus Soc. Ieſu propriam eſſe, quod tamen Paſchalius in ſuis literis provincialibus hunc in finem editis, innumeris conviciis & calumniis refertis chriſtiano orbi perſuadere omnibus nervis contendit, ut mirum non ſit, has literas provinciales aquis Sextiis ſententia Parlamenti V. Id. Febr.* 1657. *lata ad ſubeundas infames carnificis flammas fuiſſe condemnatas.*“ *Hæc ſcripſit Rieggerus ille, cui aſſurgunt modis omnibus, & pplaudunt ii, qui veteres calumnias recoquere non verentur.*“ *ſt alia animadverſio nequaquam prætermittenda hoc loco. Vanpenium miror adeo factionis ſuæ, eiusque principiorum oblim fuiſſe, ut in tractatu de promulgatione legum eccleſiaſticaum formaliſſima principia Probabiliſmi repente orbi obtrudeet, iteratoque negaret, obligari ſubditos legibus pontificiis poſ-, niſi* certam *ipſius legis notitiam habeant.* „*Licet* (inquit cit. Tract. C. III. §. 7.) *ritus & modus publicationis dici queat iuris mere poſitivi, ac varius eſſe poſſit pro locorum & temporum varietate, neque hic ritus ad rationem legis pertinere dicatur; ipſa tamen ſupra deſcripta publicatio ad rationem legis adeo neceſſaria habetur, ut nulla humana auctoritate prætermitti queat, ſive nulla humana poſſit auctoritate effici, ut communitas, cui lex poſitiva ſeu eccleſiaſtica ſeu civilis fertur, ſimili lege obſtringatur, priusquam taliter ei fuerit notificata, ut mediante ea notificatione certam ipſius legis notitiam habere poſſit; ne alioquin dicamus, poſſe Pontificem lege ſua poſitiva fidelium obſtringere conſcientias, etiam dum probabilem legis poſitivæ ignorantiam habere poſſunt.*“ *Quivis idet, iſtiusmodi argumento ex natura legis ſeu obligationis depromto latam probabiliſmo portam aperiri circa naturalem uoque legem ſeu obligationem.*

§. LIII.

§. LIII.

Conſcientia *conſequens* ad actus præteritos refertur, de quibus ipſa & teſtem agit, & eos una & conſectaria eorum cum lege comparat, & de iis iudicium fert, quo homo a ſe ipſo condemnatur intus, vel abſolvitur, ut adeo in foro interno idem ſit actor, reus, iudex; quamquam hæc imputatio potius a Deo fit omniſcio iudice. Unde & forum Dei & forum poli nomen habet. Eſt igitur

(*a*) Conſcientia conſequens vel accuſans ac remordens, vel excuſans ac tranquilla. Ad priorem pertinet illud Iuvenalis Sat. XIII. ſæviſſima pœna eſt, nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem. Ad hanc vero Horatianum illud: hic murus aheneus eſto, nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

(*b*) Inepte ſtomachantur quidam contra vocabulum *conſcientiæ* tanquam novum, neque antiquo latio, neque ſacris literis ſatis notum. Atqui Paulus (1) de hominibus naturæ lege potiſſimum obligatis ait: *teſtimonium reddente illis conſcientia, & inter ſe invicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus.* Tullius vero locis pluribus, quæ ſit conſcientiæ vis in utramque partem, deſcribit.

(1) Rom. II. 15.

CA-

CAPUT X.

Alia eſt humanorum actuum affectio, qua validi dicuntur, aut nulli.

ARGUMENTUM.

§. LIV. Notio actus validi & irriti. LV. ad valorem actus requiritur primo ius agentis. LVI. Secundo, conſenſus agentium. LVII. Tertio, apta materia, quæ in actionem & contractum cadat. LVIII. Non valent, quæ vi, metuve gravi & iniuſto fiunt. LIX. Quod prohibitum, non idcirco generatim irritum eſt.

§. LIV.

Actus validi dicuntur, qui effectum ſuum moralem, ad quem deſtinantur, nempe ius, aut obligationem reipſa aut gignunt, extinguunt, firmant, novant, aut quoquo modo afficiunt. Contra *nulli* ſunt, ſi carent effectu illo morali. Qua in re duo ſunt ſpectanda:

(a) Habeatne is actus, de quo ſermo eſt, *ſubſtantiam* ſuam, aut *formam ſubſtantialem*, ut vocant; quia ſine forma res eſſe non poteſt. Actus nullus erit, qui eam formam non habet. Nec intereſt, ſeu forma per ipſam negotii actusque naturam, ſeu hominum vel Dei voluntate ſit conſtituta; modo forma ſit huiusmodi, ſine qua res, vel actus eſſe, ac nomine ſuo deſignari non poteſt. (1)

(b) Præterea in actibus, ac negotiis inter homines geſtis, ſi, valeantne, an nulli ſint, ambigitur, conſiderari debet, 1. ius agentis, 2. materia, quam attingit negotium, 3. conſenſus eorum, inter quos negotium agitur. Atque hæc deinceps explicatius ſunt tractanda. Perfrequens enim ea de re incidit controverſia.

(1) *Sic formam iure conſtitutam habent adoptio, electio, teſtamenta, ſacramenta. Aliquando eadem ex natura & fine in-*

interno negotii colligitur. Fac, rem ea conditione vendi alteri, ut accipiens eius dominium non acquirat; profecto non erit hoc negotium emtio venditio, ac, ſi ita nuncupetur, inanis luſus & abuſus vocabuli erit. l. cum manu. 80. §. 3. D. *de contrahenda emtione: aut fac ita rem (ſaltem quæ pecunia non ſit) deponi apud alterum, ut in hunc dominium transeat depoſitæ rei. Certe id egreditur depoſiti notiſſimos terminos.* l. Lucius. 24. D. depoſiti. *A Subſtantia actus ſeparari ac diſtingui ſolet id, quod ob aſſiduum aut frequentiorem agendi uſum actui quodammodo naturale eſt, etſi abeſſe poſſit, quin actus concidat, & nullus ſit.*

§. LV.

Si quis eorum, inter quos verſatur actio, iure aut facultate morali caret, dandi quidquam, vel acquirendi, obligationis ſuſcipiendæ, vel alteri imponendæ; nullus eſt actus, perinde ac ſi geſtus omnino non eſſet. Ut igitur vim habeat, valeatque, quod agitur, neceſſe eſt, eiusmodi ius agendi, vel recipiendi quidquam (ſive connatum ſive acquiſitum ſit) aut habilitatem, ſeu capacitatem utraque ex parte præſto eſſe; ſi deficiat vel una ex parte, actus ipſe deficit, nullusque eſt. (1)

(1) *Hoc principio nititur regula* 79. *in VI. Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur. Hoc etiam ſenſu veriſſima eſt regula* 64. *ibid. quæ contra ius fiunt, debent utique pro infectis haberi. Denique & regula* 52. *ib. Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. Idem exprimitur C. quod autem.* 5 *de iure patronatus: pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare. Conſonat C. cura.* 11. *eod. Exemplo pariter ſunt teſtamenta, quæ, ut valeant, neceſſaria eſt teſtabilitas activa & paſſiva.* Similiter philoſophatur Pufendorfius de I. N. & G. l. III. C. VI. §. 10. „*Cum obligatio „ſemper referatur ad alium, cui quid eſt præſtandum; adeoque illi reſpondeat in altero ius, cuius vi exigere queat obligationis impletionem; non ſufficit ad eandem generandam, ut*

ut in uno ſint principia obligationem producentia; ſed in altero quoque requiruntur principia ad ius quærendum idonea; citra ius quippe obligationi reſpondens nulla intelligi poteſt obligatio; & nihil debeo, ſi nemo iure me poſcere quid poteſt." Hoc etiam loco revocandum eſt in memoriam, eſſe iura quædam, quæ abdicari, & penitus vel etiam ex parte communicari cum aliis non poſſunt. (§. XIX.)

§. LVI.

Quando *a conſenſu agentium* pendent actus, non præſtito vero conſenſu eiusque declaratione, nulli ſunt.

(a) Ad conſenſum ſatis non eſt, ſiquis propoſitum in animo habeat facere quidquam, aut narret, quid facere cogitet; ſed voluntas interna efficax deſideratur, quæ id ſpectat, & efficit, ad quod agens tendit, nempe conferre ius, aut imponere obligationem. Declarationem huius voluntatis, quæ fit per ſigna, neceſſariam facit ipſa natura hominum. Votum quidem ſeu promiſſio Deo fieri poteſt ſolo animo & cogitatione, homini non item. An, qui tacet, conſentire videatur, ex adiunctis rei colligendum eſt, hominumve legibus.

(b) Sunt negotia, in quibus conſenſu maxime *perſonali* opus eſt, quique ſuppleri non poteſt auctoritate aliorum, aut voluntate etiam ſummo imperio pollentium; uti fit in contrahendis matrimoniis, faciendis votis, ſuſcipiendis ſacris myſteriis. Conſenſus *præſumtus*, ſi re ipſa deficit, conſenſus non eſt, nihilque operatur naturali iure; neque in adventitio ſtatu valere poteſt tum, quando conſenſum perſonalem actus requirit.

(c) Conſenſui plura officiunt, uti alienatio mentis (1), aut cum ebrietas exilium menti indicit; verbo, cum uſus deficit rationis. Cum incertum ſit, quo tempore ratio ſatis illuceſcat teneræ ætati; idcirco leges provident pupillis & minoribus. (2)

(d) Verus conſenſus non eſt, qui in animo non eſt, ſed in lingua vel ſignis hæret, quibus is fingitur. Eſt autem fingendi ratio duplex; primo, cum quis agit, uti agi ſo-

ſolet ab aliis, vultque actum edere, ac obligationem ſuſcipere, ſic tamen, ut eam implendi voluntatem non habeat. Dein cum quis in animo refragatur penitus, neque obligari omnino vult, aut actum eo modo gerere, quemadmodum ſolet ab aliis; etſi totum mente contineat. Atque hæc poſterior fictio officit actui, eumque nullum facit, non prior illa. Sunt, qui externa conſenſus ſigna ſine interno annutu ac conſenſu ſufficere putent, ut actus vim habeat. Id quidem in multis caſibus, ceu matrimonio, votis &c. aperte falſum eſt, eademque eſt ratio actuum aliorum. Neque in ea opinione ſum, ut neceſſariam eſſe dicam voluntatem *expreſſam* ſeſe obligandi, modo quis agere velit eo modo, quo fit ab aliis idem agentibus. In foro quidem externo præſumtio fit de conſenſu interno ex ſignis eum indicantibus. (3)

(e) Vulgo dicitur: *nullus eſt conſenſus errantis: voluntas ad non cogitata non extenditur: actus non operantur ultra intentionem agentium;* ut proin error, ignorantia, dolus ab altero interpoſitus actum videantur facere nullum. Verum magno acumine opus eſt in re hac diiudicanda, ne humanorum actuum & negotiorum pars ingens periclitetur, ſuaque firmitate ac robore exuatur contra, ac vero congruit. Ac primo ſpectanda eſt *præſens* voluntas agentium, non ea, quæ *extitura* eſſet poſita conditione, vel notitia certa. Grotius ait: *ſi promiſſio fundata ſit in præſumtione quadam facti, quod non ita ſe habeat, naturaliter nullam eius eſſe vim; quia omnino promiſſor non conſenſit in promiſſum, niſi ſub quadam conditione, quæ reipſa non extitit.* (4) Sed porta aperienda non eſt huiusce generis interpretationibus, quibus infringitur actuum firmitas, ac turbatur humanum commercium. Homines enim diverſis occaſionibus, cauſis, opinionibus veris aut falſis impelluntur ad tractandum inter ſe, ac perquam varios ſibimet fines præfigunt, quorum ratio in mutuis conventionibus haberi non poteſt, niſi expreſſe inferantur negotio, aut in eo per ſeſe incluſa ſint.

(f) Pufendorfius diſcrimen ſtatuit inter conventiones mutuas, quæ intra terminos promiſſionis hærent, & alias iam impletas, ac datas executioni. Sic enim exiſtimat. Siquis falſa opinione inducitur ad agendum vel promitten-

tendum, intereſt, ſitne res etiam tum integra, an ſecus. Priore caſu æquum eſt, ut pœnitendi facultas detur; præſertim ſiquis, dum ad paciſcendum accedit, qua cauſa ad hoc impulſus fuerit, præſeferat; uti ſi cui peregre verſanti falſus nuncius affertur, equos domi periiſſe; idque præſeferens alios coemat: falſitatem nuncii dein ante comperiat, quam pretii & equorum facta traditio ſit. Tum quidem ad implendum contractum adigi non debet; quoniam ſciente venditore nuncii veritatem, tanquam conditionem tacite poſuit; etſi ad id, quod intereſt, vel ad ſarciendum damnum, ſiquod accepit venditor, teneatur. At ſi res integra non eſt, ſed præſtatio iam facta & pecuniæ & equorum, tunc non poteſt ad reddendam pecuniam & recipiendos equos compelli venditor, nec qui erravit, reſciſſionem contractus petere, niſi quantum ex humanitate velit venditor. Ita Pufendorfius. (5) Sine dubio intereſt inter actus *promiſſorios*, & *executorios*; illis, cum in futurum ſpectent, fere inſerta intelligitur conditio: *rebus ſic ſtantibus*. In his vero, qui ius vel dominium rei iam recepit, eius incommoda fert, uti & commoda. Cæterum in actibus etiam promiſſoriis, ea, quæ ad eſſentiam negotii non ſpectant, nec expreſſe deſignata, ac velut in conditionem aſſumta ſunt, actum non vitiant, licet forte alter de iis, dum paciſcitur, tacite cogitavit. Ita ipſemet Pufendorfius. (6) Totum ergo, quod ſuperius dixerat, eo recidit, ut ambiguum ſit, ſiquis tractando cauſam impulſivam narrarit, & alteri prodiderit, utrumne eam hoc ipſo videatur in pactum deduxiſſe, ac inſtar conditionis poſuiſſe, qua deficiente etiam actus deficeret. Id niſi pateat ex adiunctis, actus manebit, etſi ea cauſa concidat. Secus novum onus (nempe pœnitendi, ac reſiliendi a conventione) imponeretur alteri, in quod ab eo conſenſum non eſt. Quapropter æquitati conſentanea eſt deciſio Celſi ICti: *quidquid adſtringendæ obligationis eſt, id niſi palam verbis exprimatur, omiſſum intelligendum eſt.* (7)

(g) Si error contingit circa ipſam rem, de qua convenitur, vulgo inter *ſubſtantialia* & *accidentalia* ſeu qualitates rei diſtinguunt; ac ſi *in corpore* ſeu materia erratum eſt, nihil debetur; quia actus nullus eſt. Uti ſi vitrum vel orichalcum obtrudatur volenti habere gemmam vel aurum (8); atque eo caſu res ipſa in ſe dolum ha-

 bet,

bet, etſi neuter animum fraudandi habuerit. Idem contingit, ſi qualitas primaria lex contractus ſit, & in pactum deducatur. *Plerasque enim res aliquando propter acceſſiones emimus; ſicut cum domus propter marmora. & ſtatuas, & tabulas pictas ematur.* (9) Si igitur menſam quadrangularem expetam, non teneor rotundam accipere.

(1) C. Dilectus. 24. de Sponſal.

(2) Grotius de I. B. & P. L. II. C XI. §. V.

(3) Ita habet L. Labeo. §. 2. de ſupellectili legata: *equidem non arbitror, quemquam dicere, quod non ſentiret, ut maxime nomine uſus ſit, quo id appellari ſolet: nam vocis miniſterio utimur: cæterum nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit.* Adde l. generaliter. 13 in fin. C. de non numerata pecunia. *Quæ eadem lex adducitur* C. per tuas. 10 de Probat. his verbis: *„cum nimis indignum ſit, iuxta legitimas ſanctiones, ut, quod ſua quisque voce dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare.“ Periculum non eſt, ne ſi internus conſenſus ad firmitatem actus requiratur, de quo conſtare aliis non poteſt, propterea apud homines omnia in incertum revocentur. Pauci enim ita fingere norunt, ut factis & dictis animo ac voluntate expreſſe refragentur; ſed fere ſiſtunt in perfido propoſito non implendi, ad quod ſeſe adſtringunt. Dein quid commodi habet fingens, quando & in foro externo præſumtio ſit de interno conſenſu, & idem iure naturæ, ſi ad tollendum damnum neceſſe eſt, per ſe teneatur, vere deinceps conſentire? citra commodum autem peccare velle, dæmonum proprium eſt, non hominum. Exemplum de neceſſitate conſenſus interni & indiciis fictionis extat C. tua nos. 26. de ſponſal.*

(4) Grotius loco mox adducto §. VI. Ibidem refertur ex Cicerone l. 1. de Oratore ad Q. *fratrem cauſa militis, de cuius morte, cum domum falſus ab exercitu nuncius veniſſet, & pater eius re credita teſtamentum mutaſſet, &, quem ei viſum eſſet, hæredem feciſſet, eſſetque ipſe mortuus &c.* Sed Thomaſius Inſt. Iurispr. Div. L. 2. C. 7. n. 44. obſervat, *caſum iſtum huc non pertinere; quoniam ultimarum voluntatum quoad interpretationem alia eſt ratio, quam promiſſionum & contractuum.*

(5) De I. N. & G. l. III. C. VI. §. 7.

(6)

(6) Ibid. §. 8. in fine.

(7) L. quidquid. 99. D. de V. O. Eiusdem ſententiæ eſt C. 7. de R. I. in VI. *Contra eum, qui legem dicere potuit apertus, eſt interpretatio facienda.*

(8) L. in venditionibus. 9. D. de contrah. emtione. Adde ex eodem titulo leges 10. 11. 14. 41. §. 1.

(9) L. ſi in emtione. 34. D. de contrah. emtione. Res in ſe dolum habere dicitur l. ſiquis. 36. D. de V. O.

§. LVII.

Tertium, quod in firmitate actuum examinari debet, eſt materia actus; ea materia duplicis eſt generis, facta & res, uti a factis ſeu operis diſtinguuntur; hæc enim duo ab hominibus inter ſe communicari poſſunt, & in commercium veniunt. Quando res promittitur vel traditur, magis ipſa ſpectatur tanquam materia actus, quam factum promiſſionis vel traditionis: poteſtque ipſa res appellari materia *remota* actus, ipſa promiſſio vel traditio, *proxima.* De materia igitur actuum, ſi firmi, an nulli ſint, dubitatur, hæc ponenda maxime videntur.

(*a*) Promiſſio præſtandi eius, quod fieri non poteſt (ſenſu morali) aut certo tempore fieri non poteſt, nulla eſt; ac cenſetur ea conditio; *ſi fieri omnino poſſit*, per ſe inhærere in quavis promiſſione.

(*b*) *Turpe* dico, quidquid lege quacunque vetitum eſt. Nullum autem turpe apta eſt materia promiſſionis. Igitur turpis promiſſio, id eſt, promiſſio facti legibus vetiti, vitio materiæ nulla eſt. Neque enim ius aut obligationem parit. (§. XIII. e.) accedit, quod quæ turpia ſunt, non cenſeantur, fieri omnino poſſe; (1) proindeque ex num. præc. nec materia ſunt apta, quæ in commercium cadat. Nec vero, ſi unus turpe factum patravit, propterea alter rem, vel operam mutuo pro-

miſſam præſtare tenebitur. Valet enim hic illud: *non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.* (2) Imo vel ipſa obligatio ſic extitura alliceret ad turpia committenda, noxiaque eſſet humano generi. Igitur intelligi non poteſt ea unquam exiſtere cit. §. XIII.

(c) In conventionibus oneroſis, in quibus nullus eorum, qui inter ſe de negotio tractant, operam vel rem liberaliter, ac benefice præſtare cogitat, neceſſaria eſt æqualitas præſtationum; proindeque æquiparatio & æſtimatio rerum, aut operarum inter ſe, aut rerum cum operis requiritur. Quodſi igitur iſtiusmodi ſit forma conventionis, ceu permutationis, emtionis, venditionis, in qua alter contrahentium nihil reipſa dat, vel accipit, etſi videatur dare quidquam, vel accipere, deficit materia actus; igitur actus ipſe nullus eſt; uti ſit in uſura, quæ vere uſura eſt, in pretio dato pro redimenda iniuſta vexatione, ac quotiescunque ſtatuitur pretium pro re aut facto, quæ aliunde iam debentur. Hinc leges monent, non nudam traditionem rei ab altero alteri factam ſpectari oportere, ſed titulum, ſeu rationem, ex qua iuſtitia traditionis intelligatur. (3)

(d) Sunt res quædam extra hominum commercium poſitæ, vel natura, vel poſitiva Dei, aut hominum lege. Ergo nec iſtæ materia actuum eſſe poſſunt, qui earum naturæ, vel legi divinæ, aut humanæ repugnant. (4)

(1) *Sic diſerte ius naturæ declaratur a Papiniano l. filius.* 15. *D. de conditionibus Inſtitut. „Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt: nec facere nos poſſe credendum eſt.“*

(2) C. 18. de R. I. in VI.

(3) L. nunquam. 31. D. de acquir. rer. domin.

(4) *Exemplo eſt ſimoniaca pactio vel præſtatio, quæ nec in promittente, nec dante vel accipiente quidquam iuris vel obligationis producit.*

§. LVIII.

§. LVIII.

Huius loci propria videtur eſſe controverſia *de his, quæ vi, metusve cauſa fiunt*; quæ eſt inſcriptio tituli XL. l. I. Decretalium. Ac inprimis, cum inter vim ac vim ſit differentia (1), agitur duntaxat de metu gravi & iniuſte incuſſo (§. XXXIV.) ad extorquendum actum, ad quem conſenſus liber ac metu vacuus poſtea non acceſſerit; quemadmodum fieri aliquando poteſt, quando metus purgari dicitur. (2) Certum porro eſt, nullo metu voluntarium tolli, niſi forte rationis tolleretur uſus perturbatione nimia. Quapropter conſenſus per ſe in actu, qui metu fit, non deficit, niſi eius naturæ cenſeatur negotium, quod ſingularem ac plenam libertatem, animique propenſionem poſcat. (3) Nihilominus, *utcunque voluntarius dicatur actus, qui gravi & iniuſto metu extorquetur, ſi alia ex ratione extorquenti debitus non eſt, iure naturali nullus cenſeri debet.* Nam

(*a*) Eiusmodi actus nullum omnino ius parit extorquenti, rem metu promiſſam exigendi, vel metu extortam retinendi. Quali enim iure gaudebit is, qui eodem tempore obligatione conſtringitur naturali & immutabili, & non inferendi metum, & illatum tollendi, & omni onere & incommodo liberandi eum, qui metum iniuſte paſſus eſt. Extreme inter ſe pugnant hæc duo, tenere quempiam ſibi devinctum, & obligatum dictante natura, & approbante eius auctore, eodemque tempore a natura, eiusque auctore obligari, ut idem ſervetur, ac fiat immunis ab omni vinculo, & obligatione. Non inficiantur hanc obligationem adverſarii huius theſeos; qui igitur agnoſcere poſſunt obligationem ex metu oriri? Hæc quidem, ſi pugnan-

tia non ſunt; neſcio, quæ maior pugna & apertior in re morali excogitari queat.

(*b*) Non ſinunt utique leges hominum, ut obtentu metus ab inita conventione ſuo ipſius iudicio diſcedat quisque (4). At cognito metu gravi reſcindi iubent, quidquid actum eſt. Fac igitur, iudicem & magnitudinem & iniuſtitiam metus videre indubitato, nec improbare tamen, ac diſſolvere, quidquid metu promiſſum aut præſtitum eſt. Quis non clamabit continuo, ab ipſo iudice approbari iniquitatem, foveri iniuſtitias, hominum improbitatem, ac libidinem quidvis audendi excitari & accendi? quo igitur pacto id, quod nefaria vi, ac ſcelere geſtum eſt, approbari a ſummo Deo, ratum haberi, ac decreto voluntatis æternæ muniri poterit?

(*c*) Iura omnia & obligationes ex pactis provenientes ad beatitatem humani generis a natura conſtitutæ ſunt. Erit igitur neceſſarium ad felicitatem hominum, ut, quæ iniuſte & violente facta ſunt, eadem firma ſint, utque impudentiſſimus quisque ipſo in furore ſuo atque importunitate, vitæ & rerum præſidium habeat? Iſtiusmodi ius, quod ex iniuria provenit, quid eſt aliud, ſi rite expendatur, quam illicium ſceleris, innocentiæ laqueus, audaciæ ſtimulus, rapinarum atque oppreſſionum incitamentum? Multa huiusmodi deduci ex principiis poterunt (§. XIII. e.) indicatis. Accedit, quod promiſſionis aut præſtationis, quæ iniuſto metu extorquetur, reipſa materia deficiat. Nam qui metu inductus promittit quidquam, vel præſtat, quid agere cogitur, niſi, ut ſecuritatem, ut ſalutem, ut vitam redimat, eas nempe res, quas iure ſuo tenet, quin comparare pretio debeat, niſi, quod ſuum eſt, cogeretur emere. (5)

(*d*) Non igitur vitio conſenſus nulla dicimus, quæ vi metuque geſta ſunt, ſed quod materia & maxime ius deficiat in altero vim inferente. Atque inde conficitur, firmos eſſe actus, qui fiunt metu iuſte incuſſo, nempe ab eo, qui imperio & iure cogendi pollet, aut forte etiam ab eo, qui ius perfectum habet obtinendi id, quod vi extorquet. Pariter, ſi cui me obſtringam propter effugiendum metum a tertio incuſſum, non inſtigante vel colludente eo, cui me obſtrin-

ſtringo, dubium non eſt, me teneri ea obligatione; quia nihil eidem obeſt, quo minus ius adverſum me acquirat. Atque is merito, quæ mihi præſtitit, imputare poteſt, quod ipſius auxilio ad diſcutiendum præſens periculum ſim uſus. (6)

(*e*) E contrario, ſi vis infertur in commodum tertii, ut ei quid promittatur, vel præſtetur, nihil is quoque iuris acquirit. Hinc recte pronunciant leges Romanæ, nihil intereſſe, quis metum incuſſerit, ubi ſcilicet nemini fuit ius metum intentandi. (7) Ac Seneca: *æque dignus eſt*, inquit, *pœna*, *qui ipſe vim adhibet, & qui ab alio admota ad lucrum ſuum utitur.* (8)

(*f*) Utrum iusiurandum, quod promiſſionibus firmandis maxime addi ſolet, confirmet ea, quæ vi extorta ſunt, hoc loco, quo eius notio explicata non eſt, ſatis definiri nequit; illud annotaſſe ſatis eſt, quod vulgo ſtatuitur, iusiurandum ſequi naturam actus, cui adiectum eſt; ac ſi conventionibus inter homines initis adiicitur, Deum cenſeri obligare in commodum eorum, qui inter ſe convenere; ac ſi mutuo conſenſu diſſolvant, quod ante actum eſt, vim quoque iuramenti ceſſare. Unde haud ægre perſpiciet quisquam, quando actus eſt nullus, neque humano generi commodum ac ſalutare eſt, ut firmitatem habeat, non poſſe eidem ex iureiurando novum robur accreſcere (9)

(g) Ut paucis complectamur, quæ de actibus metu geſtis dicta ſunt, ea nullius roboris cenſenda ſunt poſitis hisce tribus: ſi moraliter certum eſt, eum, qui metum incuſſit, *nullo iure* id feciſſe: ſi metum intulit, qui cadat in conſtantem virum: ſi quod metu actum vel conventum eſt, eo depulſo non ratum eſt habitum verbis expreſſis aut factis conſenſum ſubſequentem indicantibus. (10) Quid? ſi is, qui metum paſſus eſt, poſtea actum ſibi utilem videat, & ratum habere velit, cogeturne alter, ſtare contractu? haud dubie poſitivo iure in pœnam: naturali autem, quando in priore voluntate etiam tum perſeverat, aut aliter illatam iniuriam reparare nequit.

(1) C. de muliere. 6. de ſponſal.

(2) C. 6. mox cit. & C. ad id. 21. eod. *Quando novus & ultroneus conſenſus ſublato metu accedit, adeoque nova cauſa per ſe ius parere idonea, neceſſe videtur, ut is ſignis quibusdam declaretur; quia alias alter de iure ſuo certus eſſe nequit. Verum ut id verbis fiat, neceſſe non eſt, cum etiam alia hic ſigna ſufficere poſſint, puta, ſi promiſſor depulſo metu, vel errore cognito (eadem enim utrinque ratio eſt) ultro rem præſtet, aut ſuper iam exhibita re controverſiam non moveat, cum commode poſſet, aut ſi poſt de eadem re cum altero tractet, tanquam tali, quam is iure poſſideat.* Ita Pufendorf. l. III. C. VI. §. 14.

(3) *Qui huic ſententiæ generatim adverſantur, iidem tamen vota, ſponſalia, matrimonium, profeſſionem religioſam excipiunt, atque his caſibus a nobis ſtant.*

(4) *Hisce legibus facile conſtat ratio. Nam cum vis illata, ac delictum non præſumatur, & exceptio metus dubiam habere diſceptationem poſſit, eoquod fatuitati potius quidvis metuentium, quam iniuriæ ſæpe adſcribi poſſit, quod vi ac metu geſtum dicitur; idcirco in ſtatu adventitio æquum eſt, id ſuſtineri tantiſper, donec a iudice ſuper metu illato cognoſcatur.* Exemplum præbet C. cum dilectus. 6. *de his, quæ vi metusve cauſa.* Conf. §. XXXIV. g. *Ex hoc tamen non conſequitur,* ut Pufendorfius ait loc. cit. §. 12. *Eiusmodi pacto, ut & aliis negotiis, quæ per exceptionem peremptoriam poſſunt elidi, intrinſecam vim obligandi ineſſe; cum iſtæ exceptionum ambages magis ad uſum fori civilis, quam ſimplicitatem iuris naturalis pertineant, ſaltem ubi agitur inter eos, qui communem iudicem non agnoſcunt.*

(5) *Nihil igitur momenti habet*, quod Grotius l. II. C. XI. §. VII. afferit: *ſepoſita lege civili, quæ obligationem poteſt tollere aut minuere, eum, qui metu promiſit aliquid, obligari; quia conſenſus adfuit. Nam obligationi ius reſpondeat, neceſſe eſt; quod ſi oriri non poteſt, nec obligatio naſcetur. Demum & apta tractandi materia negotiis, ac conventis ſubſtrata eſſe debet. Neque ob eam cauſam, quod ei, qui vim patitur, conceſſum, ac licitum ſit promittere, ac dare latroni, continuo infertur, penes hunc ius eſſe idem exigendi, vel acceptandi, vel retinendi, aut penes alterum eſſe obligationem, ut det.*

(6)

(6) *Si quem conduxero, ut iter facienti contra latrones adſit, ſine dubio promiſſo ac pacto ſtandum mihi eſt. Imo ingrati animi, non ſolum perfidiæ crimen contrahit, qui anguſtis in rebus conſtitutus alios in auxilium vocat largis promiſſis; poſtea vero, quam eorum ope periculum evaſit, moras nectere ſolvendo inſtituit.*

(7) L. item. 14. §. 3. D. quod metus cauſ. geſt. erit: *in hac actione non quæritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecit: ſufficit enim hoc docere, metum ſibi illatum, vel vim; & ex hac re eum, qui convenitur, etſi crimine caret, lucrum tamen ſenſiſſe.*

(8) Seneca Excerpt. Controv. l. IV. C. 8.

(9) Exemplum iſtiusmodi iuramenti vi extorti recenſet Hartzheim T. III. Concil. german. p. 189. *Arnulphus quidam Comes Epiſcopum Leodienſem ad apoſtolicam Sedem proficiſcentem deprædatus eſt, ac iurare compulit, ſe res ablatas nunquam repetiturum.* Re delata ad S. Gregorium P. VII. is Epiſcopo *reſcripſit in hunc modum: „De iuramenti iniuſtiſſima obligatione dilectioni tuæ ſic reſpondemus, non debere exiſtimari, eam ullis iuramenti vinculis poſſe teneri, quæ tam nefandiſſime coacta iuraverat. Unde & apoſtolica te auctoritate abſolvimus, ut non tuæ, aut alicuius conſcientiæ ob hac videaris annexus, aut debitor eſſe.*

(10) Provide ad hunc locum annotat P. Zech de Iure Rer. Eccleſ. Sect. IV. §. 241. *Paulo aliter de pactis publicis & fœderibus pacis eſſe ratiocinandum.*

§. LIX.

De actibus lege prohibitis controverſia ſolet agitari ad hunc maxime locum pertinens, utrumne iidem *ob hanc cauſam, quod prohibiti* ſint, pariter *irriti ac nulli* cenſeri debeant. Reſponſum accommodato præſenti loco, de illis nempe actibus potiſſimum agendo, qui vetantur naturali lege:

(a) Quæ ob internam turpitudinem prohibita ſunt neceſſario, uti promiſſa & pacta turpia, nequeunt ullum habere

bere effectum moralem ; quapropter ſi prohibita ſint, erunt etiam irrita non tam, quia prohibita, ſed quia ii, qui de illis inter ſe tractant, iure ac facultate morali carent, utpote contraria obligatione affecti circa actionem eandem; atque hoc ſenſu veriſſima eſt regula 64. in VI., *quæ contra ius fiunt* (facultatem moralem) *debent utique pro infectis haberi.*

(*b*) Siquid lege prohibetur, non quod in ſe malum ſit, ſed ob adiuncta actionis vel agentis, aut ob fines malos, quos idem ſibi præfixit; non continuo hac prohibitione ius agendi ſeu connatum, ſeu acquiſitum tollitur; nam intereſt inter ius, rectumque uſum iuris, (1) & facultas legitima, quæ neceſſaria eſt ad firmitatem actus, ſegreganda eſt a licentia, & honeſtate & moralitate completa actionum, (2) quæ non modo ex facultate morali agendi, ſed ex adiunctis præterea, & finibus agentium colligenda eſt.

(*c*) Quando actus *promiſſorius & executivus* non attingunt rem eandem, vel ius idem, fieri poteſt, ut validus ſit actus executivus, etſi fiat contra fidem promiſſo datam, proindeque contra legem vetantem. (3)

(*d*) Intelligi non poteſt, quomodo ſeipſum inhabilem quis faciat ſola voluntate, ut non idem voluntate contraria poſteriore denuo habilis, & iure agendi præditus cenſeatur. (4) Iura libertatis non abdicantur ſola voluntate agentis, ſed quia transferuntur in alium, eoque modo agens contrariæ obligationi ſubiicitur, vel lege quadam Dei aut hominum, quæ ita expreſſe prohibeat, ut, quod contra fit, ſimul velit infirmum ac nullum; nam

(*e*) Prohibitionum earum, quæ legibus poſitivis Dei, vel hominum fiunt, quidam gradus poſſunt concipi; eritque gradus ultimus, ſi, quod contra legem fit, ſimul irritetur; ſola autem prohibitio hunc gradum non indicat, vel per ſe includit; quia fieri poteſt, ut graviora incommoda inferrentur, ſi pro nullo habeatur, quod male geſtum eſt, quam ſi idem toleretur (5). Quapropter videndum eſt, *quatenus* lex prohibeat quidquam, utrumne eouſque, ut nullum reddat, quod contra fit.

(*f*) Quia

(*f*) Quia eiusdem actus multiplex effectus moralis eſſe poteſt; fieri poteſt, ut unus alterve tollatur per legem poſitivam, quin alter concidat, proveniens fortaſſis ex lege naturali. (6) Erit igitur hoc etiam ex capite diſpiciendum, *quatenus* actus ſit infirmatus per legem.

(*g*) Si cui actui lege divina, vel humana ſit conſtituta forma ſua ſubſtantialis; hac poſita ponetur actus, etſi forte non debito modo, ac contra præſcriptum legis ſit poſitus. Ex hac cauſa multa ſuppetunt eorum exempla, quæ prohibita, non continuo irrita ſunt.

(1) Supra §. XIII. f.

(2) *Dum quis res ſuas prodigit, aut ob malos fines expen- it, nemini hoc ſolo ſit iniuria, neque qui liberaliter aut cum nere accepit, tenetur ad reſtituendum.* C. unic. de voto & oti red. in VI. *matrimonium initum poſt ſimplex caſtitatis otum, agnoſcitur validum, etſi vetitum id eſſe naturali ob- gatione voti minime dubium ſit; neque probabili ratione di- i poteſt, huiusmodi matrimonii contractum, ſi lege naturæ ullus eſſet, ex humano iure firmitatem accipere. Valde quip- e inſolens eſt, ut quæ a natura diſcinduntur, ea voluntaria ho- inum, vel Dei lege conſolidentur.*

(3) *Contractus ſponſalium & matrimonii non idem obie- tum eſt; neque enim promiſſione ſponſalitia abdicatur, & ransfertur ius illud ad coniugales actus, quemadmodum idem ſit matrimonio. Etſi igitur poſt inita cum perſona quadam ſpon- alia vetitum ſit contra fidem priori datam matrimonium ipſum nire cum alia; non tamen, ſi iſtuc fiat, irritum erit; cum trans- eratur ius, quod ante non abdicatum, ac translatum, etiam um in poteſtate erat transferentis. Eiusmodi iura, quam- iu in alterum translata non ſunt, neque per legem poſitivam ffecta vinculo quodam, ſola facta promiſſione ligantur quoquo nodo, non ita extinguuntur, vel cohibentur, ut valide tra- i non poſſint alteri contra fidem prioris promiſſionis.* Hinc it. C. unic. *de voto Pontifex declarat, ſolemnitatem voti, qua natrimonium poſtea initum dirimitur, ex ſolo iure eccleſiaſti- o proficiſci.*

(4) Supra §. XV. b. *Si quod ius in alienam poteſtatem on tranſiit, qui id tenet, ſola voluntate ſua eo non excidet: um poſterior voluntas eandem, quam prior, vim habeat. Fit oc caſu perinde, ac in humanis legibus quam plurimis, quæ per-*

perpetuo valituræ dicuntur; ſæpe tamen eadem, qua latæ ſunt, aut pari auctoritate revocantur.

(5) *Matrimonia clandeſtina ſancta Dei eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit; eadem tamen rata, & vera erant matrimonia, quamdiu eccleſia ea irrita non fecit. Verum cum ſancta ſynodus animadverteret, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, tum primum ad ea irritanda proceſſit.* Concil. Trid. Seſſ. 24. C. I. de reform. matr. *Gravatis alieno ære ſemper vetitum erat, creditoribus eluſis religionem quandam in clauſtro profiteri; ſiquis tamen obæratus id fecerat, a nemine cenſebatur, nihil egiſſe. Sixtus P. V. irritam iſtiusmodi hominum profeſſionem fecit lege lata A.* 1587. *At Clemens P. VIII. rigorem huius legis ad terminos iuris prioris reduxit ſublata irritatione, relictis pœnis aliis a Sixto conſtitutis. Prohibuerat Innocentius IV, ne procurationes a viſitatoribus eccleſiarum in pecunia, ſed in victualibus tantum, neve alia munera ab iisdem reciperentur.* C. Romana Eccleſia. 1. §. 5. de cenſibus in VI. *At S. Gregorius X., cum exigeret perverſorum audacia, ſola delictorum huiusmodi prohibitione non contentus, præcepit, ut, quidquid receptum eſſet, atque alterum tantum reſtitueretur eccleſiæ, a qua receptum fuerat. Ius igitur recipienti ita ſeu abſtulit, ſeu cohibuit, ut ſuum non faceret, quidquid accepiſſet.* C. exigit. 2. ibid. *Manifeſtum igitur eſſe puto, clauſulas irritantes per ſe non eſſe, niſi gradum quendam prohibitionis; ſimulque intelligi poteſt ratio eius ſententiæ, quam Innocentius protulit C. ad apoſtolicam.* 16. *de Regularibus*: *multa prohibentur, quæ, ſi facta fuerint, roboris obtinent firmitatem. Cui conſentit reſcriptum Alexandri* III. C. ex literis. 2. de matrim. contract. contra interdict. *Sane prohibita eſt præterito digniore, minus digni electio; nec tamen irrita; cum id ſtatui ſine graviſſimis incommodis litium, ac dubiorum non poſſit.*

(6) *Actuum effectus præter ius, & obligationem, quæ conſcientiam, ſeu forum internum attingit, eſt actio in foro externo. Fieri poteſt, ut lege humana hæc præcidatur, illa remanente ſalva. Idem ſæpe fit in matrimoniis, quæ præter vinculum internum, & rationem Sacramenti varios annexos habent effectus civiles. His impeditis lege politica non continuo etiam vinculum diſſolvitur, aut Sacramenti ratio tollitur.* Exemplum præbet C. de Francia I. de Sponſal.

(7)

(7) In adminiſtrandis ac ſuſcipiendis ſacris myſteriis mul- fiunt contra ſaluberrimas leges prohibentes, quæ propterea bore ſuo non carent.

CAPUT XI.

n numero naturalium officiorum ea primum ſibi vindicant locum, quæ ſummum Deum, ac religionem proxime attingunt.

ARGUMENTUM.

LX. Iucundum eſt ſapienti cogitare de naturali hominis cum ſummo Deo nexu. LXI. Quem exhibet diſtincta creationis & Creatoris idea: LXII. Dein Gubernatoris: LXIII. ac finis ultimi. Quid ſit illuſtratio divinæ gloriæ. LXIV. Officia theoretica erga Deum. LXV. Officia practica. LXVI. Cultus externus, in quo conſiſtat: LXVII. eius rationes ac fundamenta. LXVIII. Religio naturalis. LXIX. Falſæ quorundam de illa opiniones. LXX. Obligationes naturales circa inquirendam religionem veram: LXXI. circa eam amplectendam, LXXII. & profitendam: LXXIII. Notio Autonomiæ: LXXIV. An detur? LXXV. Delicta contra religionem. LXXVI. religio etiam res ſacras, perſonas ſacras, loca ſacra attingit.

§. LX.

Homo vi naturæ atque eſſentiæ annectitur divinitati, totusque pendet a Creatore ſuo, Gubernatore, fine ultimo. Hæc vincula ſupra indicata, (1) hinc explicanda ſunt accuratius; cum ex eorum contemplatione omnis derivetur religio, & officiorum erga ſummum Deum complexio. (2) Neque accidere iucundius quidpiam homini ſapientiæ ſtudioſo poteſt, quam inveſtigare, ac præ oculis habere arctiſſimum nexum,

nexum, quo natura ſua adſtringitur cum divina atque æterna, ac perfectiſſima mente. Iactent alii longam avorum ſeriem, & fumoſas imagines oſtentent; ſapienti ſatis eſt, noſſe & cogitare, ſe progeniem eſſe ſummi Dei, ad eumque, ſi per cognationum gradus aſcendat, ut Genealogi faciunt, cito pervenire; quemadmodum Paulus in medio Areopago conſiſtens aiebat, *Deum non longe eſſe ab unoquoque noſtrum: in ipſo enim vivimus, movemur & ſumus. - - Ipſius enim & genus ſumus.* (3)

(1) §. II. a.

(2) Grotius l. II. C. XX. n. XLV. *Ex his notionibus contemplativis ſequuntur activæ, ut, Deum honorandum, amandum, colendum, eique obtemperandum.*

(3) Act. Apoſt. XVII. 27. 28.

§. LXI.

Primo igitur in *Creatoris ac Creationis* ideam figatur mentis acies, & evolvantur notiones veritatesque cum illa coniunctæ.

(*a*) Etſi in rebus creatis excellat quivis homo, is tamen neque ſemper extitit, neque neceſſario, neque ex ſe determinatus eſt, ut hoc ſtatu, & loco exiſteret in ſerie ſuccedentium rerum, aut cumulo una exiſtentium. Quivis igitur homo in numero eſt rerum productarum, contingentium, aliunde determinatarum. Porro in rebus productis, contingentibus, determinatis triplex tantum differentia habet locum; eſt aliquod *ultimum*, quod quidem ab alio priori ac ſimili, id eſt, pariter producto, contingente, determinato pendet, ſed a quo non pendet aliud poſterius ac ſimile, quia *ultimum* ſumitur, quod in præſenti ſerie nunc eſt. Dein eſt aliquod *medium*, quod & ab alio priore ac ſimili pendet, & a quo etiam pendet aliud poſterius ac ſimi-

ſimile, ſed quod non a priori ſimili, id eſt, pariter producto, contingente ac determinato pendet, verum ab alio priore improducto atque æterno, neceſſario, & quod a ſe, ac per ſe determinatum eſt ad perfectionis ſuæ ſtatum. Atque hoc eſt id, quod *ſummum Deum* dicimus. Quivis igitur, qui ultimum ſe ſumit in numero aut ſerie productarum rerum, contingentium ac determinatarum, facto gradu triplici Creatorem ſuum, primumque parentem attingit, a quo is primo ac totus pendet. (1)

(*b*) Cum idea *cauſæ primæ*, quæ nullam aliam ante ſe, & *cauſæ ſupremæ*, quæ omnes ſub ſe habet, quæ æterna, neceſſario & a ſe exiſtit, a qua ſtatus & ordo tam ſtabilis ac mirificus rerum univerſarum primo determinatur, intime cohæret idea mentis, ac naturæ ſapientiſſimæ, potentiſſimæ, optimæ, plenæ omnis perfectionis & infinitæ, quæ eminenti ratione in ſe continet, quidquid perfectionis concipi in infinitum poteſt. Siquid igitur boni, ſiquid pulcri, ſiquid exiſtimatione & amore dignum cogites, id & a Deo eſt tanquam unico fonte, unde tot ſcaturiunt rivuli, ac pleniſſima luce, a qua tot divinitatis radii quaquaverſus diffunduntur; & idem infinities perfectius in Deo eſt, quo nihil maius, nihil melius excogitari poteſt. Quo pertinent illa divinitus expreſſa: *Dixit Deus ad Moyſen*: EGO SUM, QUI SUM. Ait: *ſic dices filiis Iſrael*: QUI EST, *miſit me ad vos.* (2) *Nemo bonus, niſi unus Deus.* (3) *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.* (4) *Quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* (5) Cum his ipſis notionibus cauſæ primæ, ſupremæ, perfectiſſimæ, & infinitæ connexa eſt notio UNIUS. Nam *Deum, ut ſcias, unum eſſe debere, quære, quid ſit Deus, & non aliter invenies. - - Unicum ſit, neceſſe eſt, quod fuerit ſummum magnum.* (6)

(*c*) Ad ideam Creatoris iſtuc præterea referendum eſt: cum Deus procrearit res omnes; ipſeque natura ſua abundet perfectione omni, non poterat quidquam eo conſilio ac fine procreare, quaſi egeret re quapiam, aut ſibi acquirere quidquam cogitaret. (7) Ob eandem tamen perfectionem, ac ſapientiam infinitam non potuit

procreatis rebus non præſtituere finem & naturæ ipſa rum accommodatum, & ſuæ perfectioni conſentaneum Quis ſit iſtiusmodi finis, mox infra exponemus.

(1) *Qui res metaphyſicas ſpeculati ſunt, aut contemplatione divinarum rerum excoluere mentem, maxima cum perſpicuitate ac voluptate percipient totum id, quod paucis verbis compreſſimus; modo id agant, ut reiectis ideis ad rem non pertinentibus ſolam ſibi abſtrahant, & retineant ideam rei contingentis, productæ, aliunde determinatæ.*

(2) Exod. III. 14.

(3) Marc. X. 18. Luc. XVIII. 19. Matth. XIX. 17.

(4) Iſai. XL. 17.

(5) I. Cor. IV. 7.

(5) Tertullianus adverſus Marcionem L. I. C. 3. *Conſtat, idolorum cultores, ſi paulum ſaperent, ſtultitiam polytheiſmi agnoviſſe, & cum tutum eſſet, irriſiſſe, quemadmodum de Seneca Auguſtinus teſtatur* L. VI. C. X. in fine de Civit. Dei: „*Colebat*, inquiens, *quod reprehendebat: agebat, quod arguebat; quod culpabat, adorabat. Ita magis hi Philoſophi cum infimam plebeculam formidarent, commutarunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius, quam Creatori - - propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam - - in reprobum ſenſum - repletos omni iniquitate, malitia &c.* Rom. I. *Atqui hi ipſi ſunt, quos Scriptores quidam ætatis noſtræ ſæpenumero admirantur, prædicant, ac veris Heroibus ac Sapientibus catholicæ religionis anteponere non verentur.*

(7) Pſalm. XV. 2. *Dixi Domino, Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges.* S. Thomas I. part. q. XLIV. a. 4. „*Dicendum, quod agere propter indigentiam, non eſt „niſi agentis imperfecti. - - Sed hoc Deo non competit; „ideo ipſe ſolus eſt maxime liberalis: quia non agit propter „ſuam utilitatem, ſed ſolum propter ſuam bonitatem.* & ibi „q. XIX. ad 1. *licet nihil aliud a Deo, ſit finis Dei; tamen „ipſemet eſt finis reſpectu omnium; quæ ab eo fiunt, & hoc „per ſuam eſſentiam, cum per ſuam eſſentiam ſit bonus. - „Finis enim habet rationem boni.*

§. LXI.

§. LXII.

Altera, qua Deo vi naturæ adnectimur, eſt ſupremi Gubernatoris idea, & divinæ Gubernationis ratio, ob quam citius ſubditum cogites in hac terra ſine imperante, aut domeſticum ſine patrefamilias, quam hominem ſupremo Gubernatori, Legislatori, Iudici, ac communi ampliſſimæ orbis familiæ parenti non ſubiectum penitus & obnoxium. Non deſerit divinum Numen, quæ ſapientiſſimo conſilio atque optimis finibus condidit, quaſi humanæ levitatis more mutaſſet voluntatem, aut oblivione negligeret, aut faſtidiret opera, quæ effecit, aut gubernando defatigatus ceſſaret, aut curarum mole implicitus ſingulis æque, ac univerſis curandis par non eſſet. Intereſſe perpetuo humanis rebus providentiam ſupremi Dei, a qua univerſorum ordo & ſingulorum ſors pendeat, & intime ſentit, & aperte teſtatur mortalium genus omne inde ab origine ſua. Epicureorum impietas aliter loquentium potius, quam ſentientium confutata eſt dudum, atque exploſa, & cum horrore repudiata, nec Atheiſmo impar habita; cum, quidquid religionis eſt, æque tollat. (1) Ad hanc igitur ſupremi Gubernatoris ideam, & divinæ gubernationis rationem hi, qui ſequuntur, diſciplinæ articuli ſpectant maxime.

(a) Providentia ſummi Dei in adminiſtranda hominum ſorte non coercetur anguſtis terminis mortalis vitæ, ſed graviſſimum iudicium coram divino tribunali cuique ſubeundum poſt fata, ac præmii vel ſupplicii, beati-

titatis aut miſeriæ immutabilem ſtatum pro meritis tribuendum complectitur.

(*b*) Neque ex præſenti fortuna diſcrimen inter homines facit providentia Numinis; quoniam *puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.* (2)

(*c*) Quisquis cauſarum naturalium ordo, & quæcunque efficacitas cogitetur, qua ex aliis alia conſequantur neceſſitate naturæ; tamen ſors hominum, qua proſpera vel adverſa utuntur in hac vita, divinæ rerum adminiſtrationi rectiſſime tribuitur, ut arceri, vel removeri a Gubernatore Deo mala præſentia, & donari nobis, vel conſervari bona, rectiſſime flagitemus, atque illa ſceleri, hæc probitati iuſtiſſimis ex cauſis ſæpe adſcribamus. (3) Quis premente fortuna ingraveſcente morbo, imminente morte &c., hoſt barbaro inſtante, aut cum dira lues ſerpit, cum vermium aut locuſtarum greges ſpem agricolarum abſumunt, cum aquarum vis domos, pecora & homines haurit, cum annonæ penuria & pallida fames incumbit; quis divinum Numen non cogitat, non preces fundit, non placare ſtudet ſceleribus exacerbatum atque utinam cum ſecundis rebus homines utuntur æque beneficum ac liberalem, quam adverſo tempore ſeverum, æque donantem bona, quam auferentem, æque blandientem, quam caſtigantem Deum viderent cœci mortales!

(*d*) Ad Gubernationis divinæ rationem maxime pertinent Leges naturali ratione promulgatæ, & graviſſima ſanctione munitæ, nempe uberrimis præmiis virtuti promiſſis, & graviſſimis ſuppliciis ſceleri propoſitis: utraque vel maxime ad ſtatum futuræ vitæ pertinent. Nec inficiari quisquam poteſt, ſummo Deo competere ius ac poteſtatem præter veritates ac leges ratione promulgatas, alias hominibus veritates manifeſtandi, & alias præterea proponendi leges, quibus tamquam mediis finem ſuum conſectarentur; multoque etiam magis poteſt Deus ſummo iure, naturali beatitatis humanæ fini ſubrogare ſublimiorem, quæ omnem naturam tranſcendat, hominemque multo propius, ac per naturam fieri poteſt, cum divinitate coniungat, eique fini dein accommodare media ordin

par

pariter ſublimioris; neque enim, quod ſupra naturam eſt, per vias ac vires naturæ attingi poteſt; atque id, ſi faciat optimus Deus, in ſummæ gratiæ loco habendum eſt.

(e) Si propoſitæ per naturam viæ aſſequendo fini vix, ac ne vix quidem idoneæ ſunt, & veritates ratione promulgatæ atque ad honeſtatem vitæ ſummopere neceſſariæ per rationem non ſatis innoteſcunt hominibus, credi non poteſt, Deum bonitati ac ſapientiæ defuiſſe, ſed per revelationem, quæ ſaltem naturam non ſuperat, credendus eſt ſuccurriſſe infirmitati mentis humanæ. Nemo eſt vir ſapiens, qui, poſteaquam certum ſibimet finem præfixit, non media accommodet ei obtinendo idonea; & gentes omnes, quæ religionem coluerunt, religionis initia, & inſtituta ex quodam cum ſuperis commercio derivarunt.

(1) *Accedentem ad Deum, id eſt, religionem colenti, neceſſe eſt, ut credat, non tantum, eſſe Deum, ſed quod inquirentibus ſe remunerator ſit, quique adeo animadvertat, quæ ab hominibus geruntur.* Hebr. XI. 6. *Eundem fuiſſe ſenſum totius antiquitatis obſervat* Grotius l. II. C. XX. §. XLVI., & Pufendorfius de I. N. & G. l. III. C. IV. §. 4.

(2) Sap. VI. 8.

(3) *Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & ſublevat. Suſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore elevat pauperem, ut ſedeat cum divitibus, & ſolium gloriæ teneat.* I. Reg. II. 6. ſeq. *Cavendum tamen cuique, ne aliorum miſerias peccatis ipſorum temere adſcribat. Contrarium docemur in hiſtoria Iobi*, & Tob. XII. 18. *quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* & Ioann. IX. 3. *neque hic peccavit, neque parentes eius (ut cœcus naſceretur) ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo.*

§. LXIII.

Tertium ſupereſt vinculum, quo nos ſummo Deo adſtrinxit natura, vel potius ipſe ſibi naturæ auctor, idque *in fine* nobis præfixo ſitum eſt. Quod contingens

eſt, & productum, id aliquando non extitit: quod a ſe eſt, & prima ac ſuprema omnium cauſa, id ſemper extitit; cum in ſe habeat & a ſe, ut ſit. Igitur difficile non eſt cogitare tempus, quo præter ſummum Deum extitit nihil. Quando igitur fecit Deus, ut eſſent, quæ ante non erant; quid aliud fecit, niſi, ut manifeſtaret ſe eſſe, utque ea, quæ ratione pollent inquirerent, unde ſint; cum neque ex ſe ſint, & nihil fuerint antea, & nunc ſint? Quapropter creando & res univerſas, & maxime naturam intelligentem ſummus Creator, ſe eſſe, palam fecit; & quod conſequens eſt, ſe perfectiſſimum eſſe, palam fecit, cum id inde ab omni æternitate ignotum eſſet univerſis quia univerſa omnino non erant. Quid igitur ſpectabat creando, ſeſeque palam faciendo? non id certe ut acquireret; quippe qui omnia dedit creando, & infinities maiora dare poteſt: *nec indigens aliquo, cum ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia.* (1) Nimirum communicare ſe, ac perfectiones ſuas voluit creando, non perfectionis quidquam accipere Quem ergo finem præſtituit creatis rebus? nempe dignum bonitate ſua, ſapientia ſua, perfectione ſua infinita. Res quidem extra hominem poſitas in hoc mundo propter hominem condidit (quod vel cœci gentiles agnoverunt) ſic tamen propter hominem res condidit, ut in iis homo, niſi cœcutire, & inſanire vellet, Conditorem tanquam in ſpeculo cerneret, & a diffuſis divinitatis radiis haud ægre in notitiam divi-

vinitatis veniret. (2) Ipſa quidem rerum creatio eſt communicatio divinæ bonitatis, perfectionis, beatitatis; nam a Deo eſt, quidquid eſt. Sed mens creata intelligendi, & amandi facultate pollens in ſe ipſa nec ſatis habet, quod intelligat, nec ſatis, quod amet; eſtque in ſtatu torporis, ac ſtupiditatis, quamdiu nec ſat veritatis habet, quam intelligat, & intueatur, nec ſat bonitatis, quam amplectatur & amet. In ſe igitur, ac per ſeipſam beata, quieta, tranquilla non eſt. Ergo beatitatem extra ſe quærat, neceſſe erit; anne in re ulla creata? at omnes, quia creatæ, idcirco imperfectæ ſunt; ſemper ergo deerit quidquam rem creatam contemplanti & amanti. Porro, cui deeſt quidquam, is beatus non eſt; multo etiam minus beatus, cui infinita deſunt. Dein res inanimes longe ſunt inferiores mente creata; mens vero alia pariter creata, quomodo beatas faciet alias mentes, quæ ipſa quærit beatitatem extra ſe? quæ bona non eſt ulla ex parte, niſi qua imaginem divinitatis præſefert: quæ ſe amanti dicet; Deum præ me ama, ſi me amas. Nihil igitur reſtat, menti creatæ, & naturæ cuivis intelligenti, ſi miſera non eſſe, ſed beata velit, niſi ut Deum quærat, atque in Deo beatitatem quærat. Atque id eſt, quod Athenienſibus, nempe hominibus non ſtupidis, Paulus propoſuit, cum diceret; Deum non indigentia mundum & homines condidiſſe, ſed ut Deum quærant, & attrectare ſtudeant; quærant contemplando, attrectent, teneantque amando. Non potuit Deus, ſi hominem

non miſerum, ſi beatum efficere voluit, eum non condere propter ſemetipſum, eique hunc præſtituere finem, ut quærat ſe contemplando, teneat amando. Sublimia hæc videbuntur nonnullis, fortaſſis etiam magis aſcetica & pia credent, quam philoſophica. Atqui & Paulus in eandem ſententiam loquens Athenienſibus id vereri viſus eſt, & præoccupavit, addens: *Quamquam non longe eſt ab unoquoque noſtrum. In ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus; ſicut & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt; ipſius enim & genus ſumus.* (3) Nunc illud concludamus, Deum creando res univerſas manifeſtaſſe ſe, ac perfectiones ſuas, eumque finem præfixiſſe naturis intelligentibus, ut cognoſcendo & amando divinitatem beatæ ſint. Hiſce veritatibus inconcuſſis adnectamus notiones, & veritates cum iisdem penitus cohærentes:

(*a*) Id, quod in ſe exprimit, & palam facit, & cognoſcendam præbet perfectionem, ac ſummam gloriam, quæ in Deo eſt, dicitur *illuſtrare divinam gloriam, aut manifeſtare Dei perfectiones.* Porro res inanimæ, & ſtatus phyſicus rerum omnium illuſtrat divinam gloriam, ac manifeſtat Dei perfectiones, quatenus Conditoris potentiam, ſapientiam, bonitatem, providentiam &c. aliasque perfectiones exprimunt, & palam faciunt, & cognoſcendas præbent. Naturæ vero intelligentes, ac ſtatus earum moralis illuſtrant divinam gloriam, ac manifeſtant Dei perfectiones, quatenus per actiones liberas ſtatumque moralem exprimunt, & palam faciunt, & cognoſcendas præbent perfectiones ſummas Dei, easdem agnoſcendo, de iis, ut oportet, iudicando, eas profitendo, rebus omnibus præferendo, eas amplexando tota voluntate, & amando totis viribus: ab iisdem deſumendo motiva, ſeu momenta actionum liberarum, eas celebrando, prædi-

dicando, colendo actionibus externis, quæque ſunt generis iſtius; uno verbo, natura intelligens illuſtrat divinam gloriam, ac manifeſtat Dei perfectiones, quando actibus intellectus, nempe contemplando ac iudicando, & actibus voluntatis, amando ac delectando, denique externis actionibus cum internis conſpirantibus perfectiones ſummi Dei, ut par eſt, exprimit, & palam facit, & cognoſcendas præbet: atqui in his ipſis intellectus, & voluntatis actibus primo conſiſtit beatitas naturæ intelligentis, ut paulo ante demonſtratum eſt; igitur natura intelligens per beatitatem ſuam illuſtrat divinam gloriam, ac manifeſtat Dei perfectiones, ſive illuſtrando divinam gloriam, & manifeſtando Dei perfectiones ipſa beata eſt; ut adeo illuſtratio divinæ gloriæ, ſeu manifeſtatio divinarum perfectionum, ac beatitas naturæ intelligentis reipſa non differant, nec diverſi fines ſint eidem vi naturæ, aut a Conditore præfixi. (4).

(*b*) Vereor, ut, quæ adhuc deduximus, ſatis perſpicua ſint iis, qui caducis rebus cogitando atque amando affixi parum norunt, quid ſit cogitare de ſummis perfectionibus Dei, quid amare divinitatem; facile ii quidem dabunt, Deum non potuiſſe non beatitatem præſtituere, in quam feratur natura intelligens. Atqui, inquam, beatam efficere non potuit mentem intellectu & voluntate præditam, niſi ſeipſum cognoſcendum & amandum dediſſet. Quid enim tam conſentaneum naturæ, aut magis optabile atque appoſitum ad beatitatem, quam ſi fons dicat: bibe; ſi lux: aſpice; ſi pulchritudo: fruere; ſi veritas: cognoſce, & intuere; ſi bonitas: ama; ſi theſaurus: poſſide; ſi corona: cingere. Aut quid demum, ut beati ſint, præcipi ſibi volunt mortales cœci? Forte, ut popularem auram, ut honores captent, ut nummorum acervos colligant, ut amentiam libidinis & carnis titillationes percipiant; perinde ac ſi vellent, ut ipſos lux ablegaret ad tenebras, ut fons ad cœnum, ut veritas ad errorem, ut ſanitas ad venenum, ut pulcritudo ad fœditatem, ut dulcedo ad nauſeam, ut theſaurus ad inopiam? Volunt igitur, ut divinitas ſeipſam neget? (5) atqui id penitus repugnat; igitur repugnat id quoque, ut aliam naturæ intelligenti beatitatem præ-

ſtitueret, quam quæ in illuſtranda divina gloria, & manifeſtandis ipſius perfectionibus eſſet ſita.

(*c*) Spectata natura hominis fieri non poteſt, ut ſiquid maximi facimus, & admiramur, eodemque tempore tota voluntate amplectimur, & amamus; ut, inquam, hæc ſenſa atque hasce affectiones perpetuo, aut etiam longiore tempore occultemus animo, nec foras prodire ſinamus; ſi vero contemplationes noſtras continuare, aut maiorem claritatem illis conciliare, ſi amorem fovere, magisque etiam inflammare cupimus; tum vero neceſſe eſt, ut quæ intus in animo ſunt, in actus externos erumpere patiamur, ut ea quidem ratione omnes facultates, ac vires noſtræ una conſpirent. Ex quo uno palam fit, quomodo illuſtratio divinæ gloriæ actibus externis fieri poſſit, ac debeat. Unde ea illuſtratio, ſive, ut alii loqui ſolent, *gloria Dei extrinſeca* paſſim dicitur clara Dei cum laude notitia. Intereſt rem ſummi momenti, quam late pateat, exemplis facere illuſtriorem. Divinas perfectiones in ſeſe exprimit, & illuſtrat, qui, quæ ad divinitatem eiusque cultum pertinent, rebus omnibus longiſſime anteferenda iudicat, idque profitetur re, & verbis; neque tamen eo conſilio id facit, ut captet ipſe hominum laudem, ſed ut iidem ad laudem divinitatis excitentur. (6) Qui ita ſentit de ſummo Deo, ac ſi perfectiſſimus non eſſet quadam parte, aut imperfectione laboraret poſitiva, non illuſtrat divinam gloriam, ſed obſcurat; uti, qui putat, Deum ſuccurrere non poſſe rebus afflictis aut perditis: aut non poſſe plura revelare homini de perfectiſſima natura ſua, quam homo vi rationis naturalis queat comprehendere: quia, quidquid divinum eſt, exhauriri humani ingenii modulo poſſe opinatur: qui, quæ imperfecta ſunt in creatis rebus, aut perturbationes, quibus hominum mentes agitari ſolent, ſummo Deo attribuit. Contra vero illuſtrat Dei potentiam, bonitatem, ſapientiam, qui perinde adverſis, ac ſecundis rebus eiusdem adorandæ providentiæ acquieſcit; qui omni vitæ ſtatu, ac fortuna, Dei intueri & exequi voluntatem ſtudet; quique eodem ſtudio ſatisfaciendi divinæ voluntati officia exp e erga ſeipſum, vel alios a Deo præſcripta; & quoniam imitari ſolemus eos, quos magni facimus, ac cordi habemus, neque

neque Deo gratius quidquam accidere poteſt, quam ſi admirandas eius perfectiones vita & moribus exprimamus, ſine dubio illuſtrabit Dei gloriam, qui imitari Deum conatur, quaqua poteſt ratione; quod fit maxime ignoſcendo, & benefaciendo; qua quidem re homines ad Deum accedere, vel Ethnici agnoverunt (7)

(*d*) Hic finis illuſtrandi divinam gloriam communis eſt omnium hominum; & ſingulis æque ac univerſis, quocunque ſtatu ſint fortunæ vel ætate aut ſexu. Lex naturalis ac divina maximum illud ac primum præceptum dedit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* (8) Nullius amorem Deus faſtidit, ſi modo corde non ficto amet; nihil præ viliſſimo homine apud Deum prærogativæ Princeps habet: neque in hac re primæva æqualitas naturalis ſtatus ſublata eſt, aut tolli omnino poteſt. Nec diverſa vitæ ratio obeſſe poteſt, quo minus illuſtrare quisque debeat divinam gloriam. Idem ſpectabit, agetque, ſi ſapit, miles in caſtris, Sacerdos in eccleſia, doctor in cathedra, judex in foro, artifex in officina, princeps in curia, nobilis in palatio, pauper in tugurio, diſcipulus in ſchola, monachus in clauſtro vel eremo. Satis enim magnum virtutis theatrum habet, cui ſummus Deus ſpectator adeſt. (9) Neque vero quisquam hoc ſe iure & obligatione abdicare poteſt.

(*e*) Hoc fine ultimo illuſtrandi divinam gloriam nihil maius aut præſtantius, quodve gravioris momenti ſit, excogitari poteſt; quapropter primo præ oculis eatenus habendus, quoad nihil ei repugnans conſtituatur, agaturve. Sunt enim alii fines propiores hominibus propoſiti, qui ex ſe in adiaphoris numerandi ſunt, uti fit in ſocietatibus commercii, literarum, ſecuritatis gratia initis. Quibus ius competit determinandi actiones tanquam media hisce finibus obtinendis idonea, vi iſtius iuris de cultu ſummi Dei, de religione, de ſacris ſtatuere nihil poſſunt, niſi forte nequid divinæ gloriæ repugnans admittatur. Ac ineptiret ſane, ſi, quem ſecuritatis ac cuſtodiæ cauſa conduxi itineris comitem, mihi leges religionis præ-

præ-

præſcribere aggrederetur, idque ſibi ius vindicaret, propterea quod omnia fini ultimo inſervire debeant. Determinet ipſe actiones æque adiaphoras ac finis eſt: curam ac obligationem eas referendi ad illuſtrandam Dei perfectionem agenti relinquat. Velim hæc perpendant, qui Imperanti ius Sacrorum tribuunt, aut quidem ius circa Sacra in ipſum prope Sacrarium protendunt ſimulata pietate; eoquod Imperantis ſit divinam gloriam illuſtrare. Qui vero illud identidem in ore habent: *Salus reipublicæ ſuprema lex eſt*, niſi divinam religionem excipiant, non tam cum Machiavello, quam cum Atheis ſentiunt.

(1) Act. XVII. 25.

(2) Rom I. 20. Sap. XIII. 5.

(3) Act. XVII. 27. 28.

(4) *Vulgo diſtingui in ſcholis ſolet inter ea, quæ ſubſtantiam beatitatis efficiunt, & quæ accidentalia appellantur eamque quaqua ratione ornant vel augent. In miſeriis præſentis vitæ id maxime ſpectandum, quatenus a contemplatione & amore ſummi Dei avocant.*

(5) Supr. §. X. g.

(6) *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Matth. VI. 1. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Ibid. V. 16.

(7) *Diligite inimicos veſtros; benefacite his, qui oderunt vos - - ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt - - Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Matth. V 44. 45. 48.

(8) Luc. X. 27.

(9) *Clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Matth. VI. 6

§. LXIV.

Hactenus graviſſima omnium propoſita eſt theoria, ex qua homo vi naturæ totus pendere a ſummi

no Deo intelligitur, tum ſi origo eius ac principium xiſtendi, tum ſi medius vitæ & exiſtentiæ curſus, um ſi finis ſpectetur ac meta, in qua una conquie-cere, & beatus eſſe poteſt. Eſt hæc ſapientiæ ſum-na, ſi efficacitatem, quam par eſt, habeat ea cogni-io in cienda voluntate, regendaque vita. Eadem nim fons eſt uberrimus officiorum cuiusvis gene-is, in quibus illud primum eſſe debet, ut perfe-tiores reddere cognitiones noſtras de ſummo Deo, dmirandisque perfectionibus, etiam atque etiam & nodis omnibus adlaboremus; in quo officia theore-ica hominis erga divinitatem ſita ſunt. Eſt enim no-itia quædam Dei, quæ *præſuppoſita* dicitur ad diſci-linam iuris; eſt alia, quæ ſub diſciplinam iuris & bligationem naturalem cadit; (1) ac prior illa inſti-utione primæ ætatis, traditione, aliorum exemplis, ſu ipſo vitæ & rationis nobis ingeritur: hanc cogi-andi ſtudio ac contentione, multoque etiam magis ultu Numinis & amore nobis comparamus, quando diligentibus ſe atque inquirentibus, miris ſeſe viis nanifeſtiorem reddit identidem. Qui primis illis ognitionibus non paret, neque colit, quem cogni-um habet, ſupremum Deum & bonorum largito-em, ſua culpa cœcus fit. Quod antiquis Philoſo-his accidiſſe Paulus narrat, *qui, cum cognoviſſent Deum, on ſicut Deum glorificaverunt, neque gratias egerunt, ſed vanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſi-iens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti unt.* (1)

(a)

(*a*) Primum igitur hominis ratione illuceſcente officium ſit, rectis de Deo cognitionibus animum imbuere; quod Sapiens hebraica phraſi primum propoſuit præceptum iis, qui iuſte vivere volunt: *Sentite de Domino in bonitate*, id eſt, bene, utque dignum eſt ſummo Deo, de ipſo ſentite, & iudicate. (3) Non bene ſentiunt de Deo, qui ita dicunt: *quid novit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat.* (4) Non ſenſerunt de Deo in bonitate ii, de quibus ita extat in pſalmis: *populum tuum, Domine, humiliaverunt, & hæreditatem tuam vexaverunt. Viduam & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt: & dixerunt: non videbit Dominus.* (5) Non ſenſerunt de Deo in bonitate ii, qui, antequam luxuriæ ſe darent ac latrociniis, timorem Dei iudicis abiicientes ſibi perſuadere volebant: *ſpiritus diffundetur tanquam mollis aer.* (6) Nec vero is de Deo in bonitate ſenſit, qui mactato innocente fratre plenus angoris, ac deſperationis vociferabatur: *maior eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear.* (7) Neque in bonitate de Deo ſenſit, qui, cum abieciſſet diſciplinam, & cum furibus atque adulteris conflaſſet ſocietatem, & calumnias ſtruxiſſet, ipſum Deum paululum ante diſſimulantem, poſtea ſevere exprobrantem habuit: *hæc feciſti, & tacui; exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis.* (8) Omnium vero minime de Deo in bonitate ſenſit inſipiens ille, qui in corde ſuo dixit: *non eſt Deus.*

(*b*) Nec ſatis eſt, cognitiones quaſcunque habere de ſummo Deo, niſi eædem vividæ ſint, & efficaces, atque in voluntatem actioneſque dimanent; ſecus veritas velut otioſa, aut capta detinebitur intus in animo; quod de ethnicis Philoſophis Paulus commemorat. (10) Quapropter magnopere cavendum, ne ſolertia cogitandi nimis diſtrahatur rebus ſenſu perceptis, & imaginatione revocatis, neve animus capiatur amore inanium rerum, aut curis vel angoribus perturbetur; eidemque de divinis perfectionibus ſummiſque veritatibus, quæ cum iiſdem nexæ ſunt, contemplationi danda opera eſt ſæpe, & opportunis horis, & eo maxime tempore inſiſtendum, quo caducitas humanarum rerum non tam cognoſcitur, quam ſentitur. Quantum laboris, ſtudiique non impendunt homines compa-ran-

randæ rerum aliarum cognitioni, qua deſtituti inſtar tabulæ raſæ in mundum ingrediuntur; nec tamen ulla eſt tam neceſſaria, nec tam iucunda & honeſta, quam de ſummo Deo cognitio? quantopere ſcrutantur homines theſauri, aurique comparandi vias? *ſi quæſieris eam* (ſapientiam) *quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies.* (11)

(*c*) Contemplationi Dei intentus cito intelligit, immenſum eſſe divinitatis & divinarum perfectionum pelagus; unde infirmitatem mentis ſuæ perſentiſcens id aget, ut & adoret divinam immenſitatem, & de ſe demiſſe, ut par eſt, ſentiat, habeatque perſuaſiſſimum, myſteria divinitatis, ac veluti theſauros providentiæ divinæ infinities maiora captu humano eſſe; quæ proin revereri oporteat, non ſcrutari, pro exploratis tenere, non examinare. (12) Unde & illud conſequitur, ut de divinis rebus non loquatur, niſi religioſe, & circumſpecta mente, & cum metu quodam, ac diſciplina, quemadmodum venerabiles Patres religionis noſtræ nos commonefaciunt. (13)

(*d*) Cum Deus ultra eas veritates ac leges, quæ ratione nobis innoteſcunt, alias poſſit veritates ac leges proponere, & revelare; cumque modus, quo ea revelatio fieri debeat, penitus a divina voluntate pendeat; conſequens eſt, ut, ſiqua a Deo revelata dicantur, teneatur, qui id ſatis compertum non habet, *de facto revelationis* diligenter inquirere, eoque explorato firmiſſimo aſſenſu amplecti, quæ revelata a Deo ſunt, etſi eadem maiora ſint, quam humana ratione comprehendi poſſint.

(1) Grotius l. II. C. XX. n. XLV.

(2) Roman. I. 21. 22. *Animadvertat, obſecro, ſtudioſus lector, unde ſtultitia & cæcitas veterum Philoſophorum duxerit originem, nempe primo ex neglecto Dei cultu*; non ſicut Deum glorificaverunt, neque gratias egerunt; *dein ex faſtu & ſuperbia, qua præ aliis ſe ſapere ſibi, & aliis perſuadere conabantur*: evanuerunt in cogitationibus ſuis - - dicentes ſe eſſe ſapientes. „*Ecce imaginem reformatorum noſtri ævi binis lineis efformatam; in quos illud cadit Grego-* „*rii*

„rii M., cum ſuperna, quæ amiſerunt, non conſiderant, e[...]
„ſe ſe (heu miſeri!) in bonis felices putant. Nequaqua[...]
„enim ad veritatis lucem, cui conditi fuerant, mentis oc[...]
„los erigunt, ſed in cæcitate, quam tolerant, quaſi in clarita[...]
„luminis exultant.“ in C. I. Iob.

(3) Sap. I. 1.

(4) Iob. XXII. 13. 14.

(5) Pſalm. XCIII. 5. 6. 7.

(6) Sap. II. 3.

(7) Geneſ. IV. 13.

(8) Pſalm. XLIX. 18. 20. 21.

(9) Pſalm. XIII. 1. *Ex hoc loco peſſime concluſit Hobb[...] ſius, Atheiſmum inter peccata imprudentiæ ſeu ignorantiæ r[...] ferendum eſſe, quaſi is proprie peccatum non eſſet, ſed err[...] duntaxat & ſtultitia, quæ iure puniri nequeat.* Reſpond[...] præter alios Pufendorfius de I. N. & G. l. III C. IV. §. 5. i[...] hanc ſententiam: *quaſi vero phraſi ſacræ Scripturæ illi ſ[...] lummodo ſtulti dicantur, qui in errore verſantur, ac non i[...] li quoque, qui ex malitia peccant; ac quaſi non maxima [...] illa ſtultitia, per malitiam ſibi graviſſimam pœnam pro ex[...] gua, aut nulla voluptate arceſſere. Deinde non ita difficile e[...] naturali ratione Deum inveſtigare, quemadmodum eſt inv[...] nire proportionem ſphæræ ad cylindrum; quo exemplo utit[...] Hobbeſius.*

(10) Rom. I. 18.

(11) Proverb. II. 4. 5.

(12) Proverb. XXV. 7. Eccli. III. 22. Recte Auguſt[...] nus Epiſt. 2. nunc 137. ad Voluſianum de dogmatis religio[...] nis pronunciavit: „*Hic ſi ratio quæritur, non erit mirab[...] „le; ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deu[...] „aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe. I[...] „talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis.*“

(13) Chryſoſt. Hom. 2. in epiſt. ad Hebr. Salvian. l. [...] de Gubernat. Dei. Acute Heſychius in Leviticum l. 2. c. 6 *ut, qui caleſit,* inquit, *non propius ad ignem accedit: ita qui de Deo diſputat.*

§. LXV[...]

§. LXV.

Qui in theoreticis erga Deum officiis, qua par eſt, iligentia verſatur, languere non ſinet officia *practi*-i. In his præcipua ſunt *interna*, ſita in piis affectio-ibus ac motibus voluntatis erga ſummum Deum. orum officiorum fere notiones duntaxat indicabo; ım rationes ex theoria ſupra poſita ſuo cuiusque ſtu-o erutæ, atque adinventæ & firmius hæreant in ıimo, & vi maiore impellant voluntatem.

(*a*) Primum eſſe amoris in Deum præceptum, dictum eſt paulo ante (1). Eſtque amor ea voluntatis affectio, qua ex contemplatione perfectionis ſeu boni voluptatem, ac inclinationem verſus id concipimus. Bonitas Dei alia *abſoluta* dicitur, alia *reſpectiva*. Illi amor benevolentiæ, huic amor concupiſcentiæ reſpondet. Sunt, qui addant amorem obedientiæ, ſecundum illud: *Si-quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. - - qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.* (2) Ineſt in amore Dei tum vehementia quædam, ardor, ſeu *intenſio*, ut vocant, tum *appretiatio*, qua Deum & in ſe perfectiſſimum & perfectionis cuiusvis unicum fontem longe atque adeo infinities rebus omnibus præferimus, eoque modo ſuper omnia diligimus. (3)

(*b*) Qui amat, non facit, quod dilecto diſplicet. Solicitudo animi non faciendi, quod optimo Deo diſplicet, eſt *timor filialis*. *Servilis* dicitur, cum quis metu pœnarum facit, aut non facit id, quod fieri aut non fieri vult Deus. Neque id timoris genus per ſe malum eſt. (4)

(*c*) *Deum revereri* dicitur, qui Dei ubique præſentis memor non modo verbis & factis, verum & cogitationibus teſtificatur, ſe ſummam perfectionem agnoſcere. Immenſitas Dei ubique præſentis, vel ipſis cultoribus idolorum pro certo habebatur. Locus Arati, quem Paulus memorat in actis Apoſtolorum (5), extat apud Hieronymum in epiſtola ad Titum, in hanc

ſententiam: *a Iove ſumendum eſt initium, quem nefas eſt præterire; plena vero Iovis ſunt omnia compita ac vici, plena hominum fora, plenum mare, portus: omnes denique Iove pleni ſumus.*

(*d*) *Fiduciæ*, quam ex bonitate, ſapientia, ac ſumma Dei potentia derivari nemo non videt, oppoſita eſt tum *deſperatio*, qua quis omnem ſalutis, ac divinæ opis ſpem abiicit, tum *præſumtio* aut ſpes temeraria, dum quis bona ſibi obventura confidit a ſolo Deo absque conatu ſuo, aut ex ſolo conatu ſuo absque Deo. At hac non longe abeſt *tentatio Dei*; cum quispiam ita agit, ac ſi explorare vellet, ſatisne potentiæ, bonitatis, vel ſcientiæ Deo inſit; eſtque *expreſſa*, quando iſtiusmodi experimentum de divina perfectione capere data opera quispiam inſtituit: *tacita*, cum Deus ad inuſitatos effectus temere provocatur, iique exſpectantur ad finem ab homine propoſitum. (6)

(*e*) Affinis fiduciæ eſt *acquieſcentia* in Dei voluntate ac providentia; quo nihil eſt ad beatitatem, quam præſentis vitæ ſtatus admittit, magis neceſſarium, ac divinæ perfectioni, hominumque ſubiectioni æque conſentaneum. Nam

(*f*) *Subiectionem* erga ſummum Deum ac divinum imperium propriam eſſe hominis, eique neceſſariam, ipſa creationis ac gubernationis ratio apertiſſime evincit. (7) Unde æque inepte ac impie Hobbeſius docuit, Atheum Dei legibus non ſubiici; eoquod voluntatem ſuam Dei voluntati nunquam ſubiecerit, ac nemo ſummum imperium in nos habeat, quod non ſit ei noſtro conſenſu delatum. „Enimvero falſiſſimum eſt, reponit Pufendorfius (8) omne imperium conſtitui conſenſu eorum, quibus imperatur. Id enim verum duntaxat eſt de imperio humano; ubi non extinguitur facultas noſtra reſiſtendi alteri, naturaliter nobis æquali, niſi noſtro conſenſu, & pacto. At quis dixerit, „Deo non eſſe ius imperandi ſuæ creaturæ, niſi illa „ultro in ipſius imperium conſenſerit? præſertim cum „ipſe Hobbeſius (C. 15. §. 5.) ius Dei regnandi & puniendi in regno naturali a potentia irreſiſtibili deducat? Atheos autem potentiæ Dei reſiſtere poſſe, nemo crediderit.“

(*g*)

g) Unde & generalis eſt virtus *obedientia* Deo præſtanda, ſeu promtitudo faciendi id, quod vult Deus, & non faciendi, quod non vult. Unde ſi colliſio fit inter duo præcepta affirmativa: pare Deo; &, pare magiſtratui; ſine dubio *obedire oportet Deo magis, quam hominibus*; (9) id quod non tantum ab hominibus divino ſpiritu afflatis expreſſum, ſed vi rationis cognitum & pronunciatum eſt a Socrate apud Platonem in Apologia: *O Viri Athenienſes, diligo vos equidem, atque amo; Deo tamen parere malo, quam vobis.* Enimvero uti imperium Dei parvi pendere ſuperat omnes contumelias; ita e contrario omnibus ſacrificiis acceptior eſt obedientia. (10)

h) Nemo eſt, qui non perſæpe, dubiis præſertim, vel inopinatis aut adverſis caſibus ſummum Deum invocet, mentemque una & oculos ad cœlum tollat ipſo magiſterio naturæ; id quod eleganter exponit Tertullianus (11). Deſiderium mentis ad Deum directum impetrandi auxilii cauſa appellatur *interna Dei invocatio*; quæ ſi verbis ore prolatis exprimitur, *precatio*, vel preces dicuntur; quamquam hoc nomine etiam gratiarum actiones, & deprecationes ſæpe veniant.

i) Nihil æque conſentaneum eſt rationi, quam ut Deum placare, ſibique propitium reddere ſtudeat, quisquis culpæ & offenſæ divinæ ſe reum agnoſcit. Atqui *in multis offendimus omnes.* (12) Eſt igitur ut naturale, ſic generale quoddam præceptum *pœnitentiæ*, quæ actiones tum externas, tum maxime internas, a quibus illæ vim habent, complectitur Accedunt exempla ex hiſtoria humani generis, quod publicis præſertim calamitatibus incumbentibus populi placare Superos conati ſint vario orationum, ſacrificiorum, rituum & auſteritatum genere.

k) Denique virtus actiones ſuas determinandi per motiva a divinis perfectionibus deſumta, *pietas in Deum* dicitur, cui maxime officit *hypocriſis*, ſive pietatis ſimulatio per verba, geſtus, facta.

(1) §. LXIII. d.

(2) Ioan. XIV. 23. 24.

(3) *Confer theſes confixas, primam ab Alexandro P. VIII. quintam, ſextam & ſeptimam ab Innocentio P. XI. ſextam & trigeſimam inter Baianas a Gregorio P. XIII.*

(4) §. XXXIV. f.

(5) Act. XVII. 28.

(6) *Huc referenda ſunt iudicia Dei, de quibus agitur ad titulum Decretalium, de Purgatione vulgari.*

(7) §. II. a.

(8) l. III. C. IV. §. 4.

(9) Act. V. 29.

(10) I. Reg. XV. 22.

(11) Libr. de Teſtimonio Animæ. Confer ſupra §. LXII. c.

(12) Iac. III. 2. add. I. Ioan. I. 8. III. Reg. VIII. 46. Prov. XX. 9.

§. LXVI.

Quæ adhuc commemoravi, talia ſunt, quæ ſola mente præſtari poſſunt ei, qui cor ſcrutatur ac renes. Ideone nihil præſcribit natura, aut deprehendit ratio, quamobrem Deum colere externe, ac ſenſa noſtra palam profiteri obligamur? Fuere nonnulli in iſta hæreſi. Sed ante proferendum exiſtimo, quid pertineat maxime ad cultum externum, quam eiusdem rationes, quas vocant, fundamentales eruamus.

(*a*) Occultare ſenſa animi, ac cultum, quo divinitatem proſequimur, ſolo hominum metu, ne infirmo & abiecto animo eſſe nos putent, ſi ſummum Deum revereri, timere, amare, colere nos teſtificemur; certe repugnat naturali iuri. Quid enim, ſi ſervum, ſi filium pudet, colere dominum, obſervare parentem? *occultare aliquid eſt, quaſi quis eo exercendo erubeſceret,* inquit Pufendorfius. (1) Quis vir prudens vel amicum habebit eum, quem, ſi forte alloquatur coram aliis, erubeſcere videt, & tædio ac pudore affici, & circum-

cumſpicere fugam? Primum igitur inter officia externa illud eſt, ut, cum res ac tempus poſcit (poſcit autem ſæpiſſime) quid de ſummo Deo, eiusque perfectionibus ſentias, qui affectus ſis animo, palam facere non verearis.

(*b*) Alterum eſt genus, quod in divini Nominis invocatione, in precationibus, orationibus, ſupplicationibus, laudibus, hymnis conſiſtit, ſeu carminibus in Dei laudem compoſitis. Quæ quidem ratio celebrandi divini nominis nullo non tempore uſitatiſſima fuit. Apud Hebræos homines pii afflatique inſolitis præſertim in rebus Dei laudes effuſo ſtatim carmine proſequi ſolebant; cuius generis multa in veteri Teſtamento legimus.

(*c*) Æque conſentanea rationi, atque idcirco humano generi coæva ſacrificia ſunt & oblationes, quæ ſummo Deo fiunt, tanquam ſupremo rerum omnium, vitæque ac mortis domino, & bonorum largitori. Hinc & primitiarum uſus inolevit, & miro omnium gentium conſenſu pars *decima* bonorum ſupremo Numini in miniſtris ſuis offerri cœpta eſt primis mundi ætatibus; quam venerabiles Eccleſiæ Patres *in ſignum univerſalis dominii* Deo reddi præceperunt.

(*d*) Ad cultum externum Dei pertinent ſermones, qui publice de Deo, rebusque divinis fiunt, inſtructio ætatis teneræ, rudium, ignorantium:

(*e*) Dein vota non modo a ſingulis, ſed totis ſæpe communitatibus Numini facta: iuramenta, apud omnes gentes uſitatiſſima, provocationes non penitus inſolitæ ad divinum tribunal, execrationes in veterum inſtrumentis non infrequentes; de quorum omnium recto aut pravo uſu ſingilatim agunt interpretes ſacri iuris.

(*f*) Præcipuum genus externi cultus ſunt ceremoniæ ſacræ, ritus, initiationes, conſecrationes, quæ in re divina peragenda uſuveniunt, rebusque etiam, perſonis, locis adhibentur. De his Auguſtinus, *in nullum*, inquit, *religionis nomen ſeu verum ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur.* (2)

(g) Si homines inire ſocietatem cogitemus, qua commu ni ſtudio ac modo Deum colant, habetur generati *eccleſia* ſpectato naturæ iure, ac ſeparata revelation Eiusmodi ſocietatem multa conſequuntur ad cultu Dei externum pertinentia, ceu externa earundem Deo opinionum, affectionumque profeſſio, atque ad miſſio in eccleſiam, conventus ſacri, loca ſacra, di ſacri ac feſti, cooptatio Miniſtrorum, qui divinu cultum, ritusque ſacros obeant, aliaque iſtiusmodi in numera, quorum uſus cum ubique gentium reperiatu factum eſt, ut religionem iuris gentium dixerit Pap nianus. (3) De Eccleſia diſſerere multa velle ſepoſi revelatione, vix a ſomniis diſtat. Illud in dub tato aſſeri videtur poſſe, perquam conſentaneu eſſe rectæ rationi, Deoque gratum, ſi homines com munia ſtudia, ſenſaque & operam iungant Dei com muniter adorandi, colendique & rogandi gratia. Qu enim non delectatur parens, ſi coronam filiorum un animo ſtudioque collectam videt, ut paternam au ctoritatem una revereantur, ut gratiam petant, pro accepta gratias habeant? Si rationi ac naturæ con gruit, ut artes & ſcientias, ut commercia, quæqu ſunt generis iſtius, homines inita ſocietate, præfix communi fine, habito mediorum delectu, viribus voluntatibus coniunctis tractent; quanto id hominu naturæ, reique gravitati convenientius cenſendum ut ea, quæ ad Deum colendum ſpectant, commu niter peragant, nempe ſolemnius, magnificentius adcuratius, ferventius; quo alter alteri & incitament & exemplo ſit, ut prope naturæ præceptum videa tur: *in eccleſiis benedicite Deo Domino.* (4)

(1) *De officio hominis & civis.* C. IV. §. VII. *graviſſima de hac re ſententias protulit unigenitus Dei filius.* Matth. X 33. Luc. IX. 26. XII. 8. 9. *Fit autem fere, ut coram improbi erubeſcant homines profiteri probitatem & pietatem in Su peros; hinc adſcribendus eſt locus Marci VIII.* 38, *qui m confuſus fuerit, & verba mea, in generatione iſta adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eum, cum venerit i gloria patris ſui cum angelis ſanctis.*

(2) L. 19. C. 11. contra Fauſtum.

(3) l. veluti. 2. D. de I. & I.

(4) Pſalm. LXVII. 27. *Hæc ratio paucis indicata verbis eque pertinet ad regulares ordines, & quadam proportione tiam ad confraternitates, quas vocant, quæque in eccleſia atholica obtinent. Sed hæc videntes non videbunt ii, quius præiudicata opinio rationis lumen ademit, & vitæ praitas lumen fidei.*

§. LXVII.

Conſideratis hiſce generibus externi cultus difficie non eſt, eiusdem obligationem, rationemque ex natura hominis rerumque invenire.

(*a*) Non ſola mens, quæ intus in homine eſt, ſed totus homo, quantus quantus eſt, vi naturæ Deo adſtringitur; totus igitur & ſecundum omnes facultates corporis animique ſupremo Deo ſubiici debet. Facultas ſermocinandi non magis ad hominum inter ſe conſuetudinem, quam profitendas ac celebrandas Dei laudes data eſt nobis; cum præſertim de rebus a ſenſu remotis diſtincte cogitare absque uſu vocabulorum non poſſimus. Sed nec ſacrificia & oblationes, quæ bonorum largitori fiunt, ſolo animo fiunt: nec ſolo animo divinus honor defenditur.

(*b*) Quidquid totum hominis animum occupat, tenetque, id externis indiciis, verbis, actionibus exprimere, impulſu naturæ conamur; cum igitur ſubiectio noſtra erga ſummum Deum, & amor, & reverentia & eiusdem invocatio totum animum occupare ac tenere debeat; fit, ut impulſu naturæ ea ſenſa affectionesque foras erumpere ſinamus. Languet fere, ac frigeſcit interna pietas, niſi verbis, motibus ac compoſitione membrorum, adminiculis in ſenſum cadentibus, aptisque ſignis foveatur, accendatur, identidem excitetur & inflammetur. (1)

(*c*) Natura ita homines conformavit, ut alter alterius neceſſitatibus ac commodis ſerviat. In hiſce erga alios officiis noſtris nullum gravius, magisque neceſſarium eſſe poteſt, quam ut alios ſummum Deum noſcere, amare, colere, eiusque offenſas modis omnibus evitare doceamus. Id fieri nequit, niſi externo cultu,

cultusque interni aperta teſtificatione. Quomodo ætas tenera, quomodo rudes, quomodo errantes de rebus divinis inſtrui, quomodo exemplis excitari poſſunt, ut Deum colant, niſi externo cultu? (2) quæ poteſt eſſe mutua fides, & pactionum firmitas, & iurisiurandi uſus, niſi alter alterum vereri Deum norit? quæ denique ſine externis ſignis conſociatio hominum inter ſe, ut communi ſtudio, ac modo Deum colant?

(1) Confer ſupr. §. LXIII. C. Notatu digna eſt Auguſtini animadverſio l. de cura pro mortuis. C. 5. „*Neſcio, quo-* „*modo, cum hi motus corporis fieri, niſi motu animi præce-* „*dente non poſſint; iisdem rurſus exterius viſibiliter factis,* „*ille interior inviſibilis, qui eos fecit, augetur.*"

(2) *Mori maluit Eleazarus, quam ſimulatione uti cum periculo aliorum;* „*non enim*, inquiebat, *ætati noſtræ di-* „*gnum eſt, fingere, ut multi adoleſcentes, arbitrantes Elea-* „*zarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigena-* „*rum: & ipſi propter meam ſimulationem, & propter mo-* „*dicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur; & per hoc* „*maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram.* II. Mach. VI. 24. 25.

§. LXVIII.

In iſtiusmodi actionibus internis & externis, per quas teſtificamur, & quid ſentiamus de Deo, & quomodo affecti erga ipſum ſimus, conſiſtit *cultus Dei*; determinatus modus cultum exhibendi Deo, *religio* vocatur, quaſi quæ Deo nos alliget. (1) Si is modus colendi Deum ſecundum notiones divinarum perfectionum & naturæ humanæ, vi ſolius rationis definitur; religio eſt *naturalis*: ſi vero ſingulari Dei eloquio ſeu revelatione innoteſcit, erit *revelata*, diciturque *ſupernaturalis*, quando & cognitio veritatum & officiorum executio ſuperat naturæ vires, gratiamque ſupernaturalem poſcit. Genus utrumque conti-

netur

etur in officiis theoreticis & practicis, quorum complexionem, uti in ſcientiis fit, *obiective* ſpectamus; nam uti hæ, ſic & religio præterea ſumi *ſubiective* poteſt, uti ineſt in ſubiecto ſeu homine, tanquam habitus obeundi officia actionesque iis conſentaneas ad Dei cultum pertinentes. Priore illo modo, ſi conſideratur religio, eius præcipuæ partes ſic evolvendæ ſunt:

(*a*) Officiis theoreticis & practicis reſpondet in ſtatu adventitio religionis chriſtianæ, nempe revelatæ ac ſupernaturalis, ius credendorum, & agendorum, ſeu res fidei, dein præcepta morum, & diſciplina. *Dogma* eſt veritas fidei divinæ a Chriſto revelata, & publico eccleſiæ iudicio pro tali propoſita. Dogmata præcipua omnibus ſcitu neceſſaria & diſtincte credenda, *articuli* fidei ſunt; articulorum brevis complexio *ſymbolum fidei* nuncupatur. (2)

(*b*) Ius credendorum perinde, ut agendorum duplicis generis dogmata & præcepta continet, partim æterna & neceſſaria: partim a libera Dei, hominumve voluntate pendentia. Prioris generis ſunt dogmata de exiſtentia & perfectionibus Dei, dein præcepta ac leges naturæ: poſterioris vero tota Chriſti diſpenſatio ac myſteria eo pertinentia, dein præcepta a Deo vel legitima humana auctoritate data ad obeunda rite negotia religionis.

(*c*) Religio non tantum refertur ad actiones, quæ Deum proxime reſpiciunt, ſed ad eas quoque, quæ nos ipſos, aliosve attingunt. Nam religio eſt determinatus modus cultum exhibendi ſummo Deo; is cultus ſi proxime Deum reſpicit, *directus* vocatur; at *indirectus*, ſi a divinis perfectionibus aut cognita voluntate ſummi Dei rationes ſeu motiva actionum deſumimus, quæ nos ipſos, aliosve attingunt. Oſtenſum enim ſupra eſt, has quoque actiones cum perfectionibus divinis connexas eſſe (3) Quapropter religio etiam ex præceptis ſeu doctrina morum iudicanda eſt, nec vera, Deoque grata eſſe poteſt, quæ iſtiusmodi doctrinam habet naturali legi repugnantem.

(*d*) *Exercitium religionis* in actibus externis conſiſti proxime ad Dei cultum pertinentibus, vocaturque *publicum* a loco, conſociatione hominum, & miniſtris ad res ſacras obeundas deſtinatis; ſecus *privatum*.

(*e*) Paſſim diſtingui nunc ſolet inter ſubſtantialia religionis & accidentalia. Cl. Riegger *ſubſtantialia*, inquit religionis naturalis in ſciendis & agendis: *accidentalia* in iis actionibus conſiſtunt. quæ licet vario modo poſitæ, æque tamen faciunt ad cultum Deo exhibendum. - - Poſita civitate maieſtatis officium erit, ſubſtantialia religionis omni, quo poteſt, modo cuſtodire: accidentalia vero ita determinare, ut ſint felicitatis internæ media, finem tamen civitatis & felicitatem externam, quam cum illa conciliari volunt naturæ leges, non impediant. (4) Ita Imperanti nihil iuris hi quidem circa ſubſtantialia religionis adiudicant: at dum accidentalia ab ipſo determinari, aptarique humanis rebus poſſe ſtatuunt, totum pene dant, quod ſacrum eſt, & alienum a profano imperio. Nam primo, quid ſubſtantiale ſit, vel ſubſtantiam religionis attingat, princeps politicus definiet: dein quidquid ſacra poteſtas decernet, vel aggredietur, id aliter atque aliter fieri poſſe, conſequenter accidentale eſſe dicet, proindeque a ſe determinandum, atque aptandum conſiliis ſuis. Quod eſt, obſecro, ius, quæ poteſtas, aut libertas, quæ, ſi in actum exeat, non aliter atque aliter agere poſſit? Tempus, locus, modus, perſonæ & inſtrumenta, quibus quis utitur, innumeraque alia adiuncta ſemper accidentalia ſunt? ſi ergo, quæ accidentalia ſunt in negotio religionis, profanæ determinationi ſubiacent, poteſtas ſacra intus in ſemetipſa concluſa, & velut captiva detinebitur, ne, ſi prodeat, in alienam ditionem redigatur. Quid eſt demum poteſtas ſacra vel profana, quid imperium, quid libertas, niſi ius determinandi appoſite ad finem ea, quæ determinata non ſunt, ſed aliter atque aliter poſſunt determinari? qui iſtiusmodi determinationem turbat, is ipſam poteſtatem, ipſum imperium, ipſam libertatem turbat, proindeque ſubſtantiam attingit. Dein quis decidere demum, ac determinare poteſt, quid appoſitum ad finem ſit, niſi idem, qui poteſtatem, qui imperium, qui libertatem tenet? quantas perturbationes in Eccleſia

ſia hæc ſola inter ſubſtantialia & accidentalia religionis diſtinctio peperit!

(1) Lactantius L. IV. Inſtit. C. 28. „*Hoc vinculo pietatis obſtricti Deo religati ſumus; unde ipſa religio nomen accepit, non, ut Cicero interpretatus eſt, a relegendo, qui in L. de Natura Deorum 2. dicit ita: non enim philoſophi ſolum, verum etiam Maiores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent, ii dicti ſunt religioſi, ex relegendo, tanquam ex eligendo elegantes & ex deligendo diligentes. - - Hæc interpretatio, quam inepta ſit, ex re ipſa licet noſcere. - - Quid enim mihi afferet cauſæ, cur precari pro ſalute filiorum ſemel, religioſi, & idem decies facere, ſuperſtitioſi eſſe hominis arbitretur?*

(2) Auguſtinus Serm. 135. de Tempore: *Symbolum eſt regula fidei, brevis & grandis, brevis numero verborum, grandis pondere ſententiarum.*

(3) §. X. e. & f.

(4) Iurisprud. Eccleſ. P. I. §. XV. XVII.

§. LXIX.

De religione naturali, quam ſupra definivi, opiniones ſibi falſas fingunt non pauci. Eſt, qui ita ſentit, ſibique conſentientes habet alios, *ſtatum naturalem & natura & tempore priorem eſſe religione: ante revelationem neminem iure divino, quod non poteſt non ignorare, teneri: eundem ſtatum absque religione & lege & conſequenter absque peccato & iniuria concipiendum, idque non ſolum ratione ignorantiæ, ſed etiam ratione libertatis, qua omnes naſcuntur. Si enim homines ex natura iure divino tenerentur, vel ſi ius divinum ex natura s eſſet, ſuperfluum erat, ut Deus cum hominibus con-*

tractum

tractum iniret, & pacto & iuramento eosdem obligaret ius divinum ab eo tempore incepiſſe, a quo homines expreſſo pacto Deo promiſerunt in omnibus obedire: qui ſua libertate naturali quaſi ceſſerunt, iusque ſuum in Deum tranſtulerunt, ſicuti in ſtatu civili fit. (1) Hunc errorum faſciculum ſequentes diſſolvent poſitiones

(*a*) Status naturæ puræ, ut vocant, quo homo ad religionem & finem beatitatis ſua natura ſuperiorem non eſſet elevatus, non extitit re ipſa, nec a principio humani generis; etſi eum concipi poſſe oſtendant Theologi non pauci, neque tamen ita, ut is ſeu tempore ſeu natura prior eſſet religione naturali, utpote qua cum ipſa natura poni intelligitur. Ad evitandas notionum confuſiones recte aſſignari ſolent ſtatus varii nempe ſtatus naturæ puræ, naturæ integræ, naturæ elevatæ ſeu ſtatus iuſtitiæ originariæ, dein ſtatus naturæ lapſæ, & naturæ reparatæ.

(*b*) Ante revelationem liberam tenetur, & adſtringitur homo iure divino naturali, quod ignorare non poteſt ſaltem quoad præcipua eius capita maxime neceſſaria. Idcirco naturalis rationis vis, qua in cognitionem divini illius iuris non poteſt non venire homo non inepte revelatio *neceſſaria* dicitur.

(*c*) Status naturalis a lege & religione naturali immunis nec eſſe, nec concipi poteſt.

(*d*) Libertas naturalis a legibus naturæ, & religione in Deum ſoluta & immunis nulla eſt, & pugnantia involvit, perinde ut bellum omnium in omnes.

(*e*) Etſi homo vi naturæ teneatur iure divino naturali propterea ſuperfluum non eſt, ſiquid Deus hominibus revelet; tum quia revelavit ea, quæ ſupra naturam ſunt & ratione ſola non innoteſcunt, tum quia infirmitati rationis, naturæque humanæ corruptioni ea revelatione ſuccurrit vi providentiæ ſuæ in iis quoque, quæ abſolute intelligi ratione poſſunt, non tamen ſat certo & evidenter, nec abſque admixtis pernicioſis erroribus, nec a maxima hominum parte; ob quacau

cauſas neceſſitatem revelationis cuiuspiam luculente demonſtrare ſolent viri docti. Idque ipſum dudum vidiſſe videtur Plato Philoſophus. (2) Nulla unquam gens extitit, quæ religionem, quam coluit, ſola ratione adinventam, nec a ſingulari cum Superis commercio & revelatione profectam iactaret. Adeo genus humanum iſtiusmodi revelationem pro ſupervacanea non habuit.

f) Non eſt penes hominem cedere, vel non cedere libertate ſua in ſuſcipienda religione ſeu naturali ſeu revelata etiam ſupernaturali; cum vi naturæ penitus ſubiiciatur ſummo Deo. Quando Deus leges ſuas inſtar fœderis ſeu teſtamenti eſſe voluit, id factum ad inculcandas populo ingentes promiſſiones, quas fecit eas leges obſervantibus.

g) Cum homo iure libertatis & æqualitatis relate ad alios homines gaudeat, pactum ſubiectionis neceſſarium eſt pro civitate conſtituenda. Quis vero hominem vi naturæ a dominio ſupremi Dei liberum dicet, aut eundem æquiparabit cum Conditore ſuo, menteque æterna ac perfectiſſima?

h) Etſi ſpectata religione ſtatui naturali hominis ſurrogatus ſit ſtatus ſupernaturalis, & fini beatitatis naturalis finis ſupernaturalis; minime tamen, quæ naturalis iuris ſunt in cultu Deo præſtando, ſugiendisque contrariis, idcirco ſublata intelliguntur per religionem ſupernaturalem; imo hæc & perficit, atque abſolvit, quæ inchoata ſunt per naturam, & quæ recta, ſtabilit, & quæ dubia, confirmat, quæ obſcura, illuſtrat, quæ infima, erigit, quæ penitus incognita, aperit. Sæpe igitur, cum de religione agitur, nunc quoque recurrendum eſt ad naturæ ius, præſertim cum poſito adventitio ſtatu religionis ac finis ſupernaturalis, mediorumque ei reſpondentium, ac pariter ſupernaturalium multa per ſeſe conſequantur tum affirmativa tum negativa officia hypothetica religionis. Imo cum omnes gentes religionem iactitent revelatam, atque in iis, quæ chriſtianam ſe ſequi profitentur, innumeræ ſectæ ſint maximopere inter ſe diſſidentes, intereſt ſane exponere, quomodo ipſum naturæ ius ad inveſtigandam revelationem, ac inquirendam religionem

ve-

veluti manu hominem ducat, qui Dei cultor, & ſalutis ſuæ amans ſit.

(1) Auctor diſcurſus theologico-politici. C. 16. apud Puſendorf de I. N. & G. l. III. C. IV. §. 4.

(2) „*Neceſſarium eſt igitur exſpectare, donec quis doceat,* „*quo animo erga Deos, & erga homines eſſe oporteat.* Alcib. „*Quando vero tempus illud erit, Socrates? & quis illud docturus eſt?* Socrat. *Hic eſt ille nimirum, qui de te curam* „*gerit.* - - Alcib. *Auferat ſive caliginem, ſive quid aliud voluerit. Ita enim me comparavi, ut nihil eorum. quæ in me* „*imperaverit, ſubterfugiam, quicunque tandem fuerit vir ille, dummodo melior ſim evaſurus.*" Plato. Alcib. 2.

§. LXX.

Nihil homini in hac vita religione antiquius eſſe debet, nihil gravius, nihil præſtantius. Ex ea enim & tranquillitas præſentis vitæ, & ſempiterna alterius vel beatitas vel miſeria pendet: eademque univerſæ creationis ac conſervationis rerum finem proxime attingit; cum in eo conſiſtat, ut profiteri nos doceat, & quid ſentiamus de ſummo Deo, & qua in eum voluntate affecti ſimus. Quapropter ſi omnia circumſpiciamus naturæ præcepta, nullum ſanctius, vel certius eſſe poteſt, quam id, quo obligamur *primo*, inveſtigare religionem illam, qua fini & noſtro & univerſitatis rerum ſatisfit, *ſecundo* inter plures, quæ iactitantur, veram ſeligere, *tertio* inventam amplecti ac tenere. In triplici hoc naturalium obligationum genere plura continentur, quæ evolvenda ſunt. Ac primo de ſtudio inveſtigandi religionem, eſt diſſerendum.

(a)

a) Quam ſolicite inquirimus, quid placeat, quid diſpliceat ei, quem vere diligimus, aut ex animo revereamur, & a quo diligi, aut haberi in pretio exoptamus! Cum igitur lex naturæ iubeat amare Deum toto corde, & ex omnibus viribus, eumque vere & ex animo revereri, ſequitur, ut eadem inveſtigare nos iubeat, quis potiſſimum cultus ei placeat, quidve in eo genere diſpliceat; cum præſertim & præſentis & futuræ vitæ beatitas ex eo pendeat.

) Neceſſe eſt, ut homo generatim & univerſe ita animo ac voluntate affectus ſit, ut quamprimum aut veritatem quandam a Deo revelatam, aut propoſitam ſibi legem ſatis cognoverit, id omni ſtudio paratus ſit amplecti, quamvis propoſita veritas captum ſuperet. (1)

) Uti naturalis eſt obligatio, divinam gloriam, æternamque ſalutem præferendi omnibus præſentis vitæ commodis & incommodis; ſic par eſt obligatio religionem, quam quis revelatam a Deo, atque ad ſalutem neceſſariam eſſe cognovit, ita præferendi rebus omnibus. Hæc enim eſt pretioſa illa margarita, quam vir prudens, poſteaquam invenit, datis bonis omnibus comparavit. (2)

) Quemadmodum homo docente natura divinam opem ac beneficentiam pro iis invocat obtinendis bonis atque evitandis malis, quæ ad vitam pertinent naturalem; ſic multo magis neceſſe eſt, ut poſcat a Deo, atque enixe oret cognitionem eorum, quæ ad religionem, & ſempiternam ſalutem ſunt neceſſaria. Hinc notitia de divinis rebus ea, quæ deeſſe nemini poteſt, recte uſus, gloriam dabit Deo, gratiasque aget de acceptis ab eo beneficiis, maximeque cavebit, ne cognitionem, quam de divinis habet perfectionibus, otioſam eſſe ſinat, aut eam vitæ turpitudine obſcuret exemplo veterum Philoſophorum, qui, cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, neque gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis; (3) quo factum eſt, ut obſcuratum ſit inſipiens cor eorum. Quapropter demiſſe, ut par eſt, de ſe ſentiens, cuicunque religio & ſalus cordi eſt, divinum numen magna contentione & ingenti fiducia in re hac ſummi momenti imploret, neceſſe eſt. (4)

(1)

(1) LXIV. c. & d.

(2) Matth. XIII. 46. De hoc finium ordine dilucide diſſeruit S. Auguſtinus Epiſt. 89. poſt medium: „*Occurrrit aliquando neceſſitatis articulus, ubi aut uxor dimittatur, aut Chriſtus: ut alia omittam, ſi ipſi uxori maritus diſplicuerit chriſtianus, eique propoſuerit aut a ſe divortium, aut a Chriſto: hic ille, quid eligat, niſi Chriſtum, & dimittat uxorem laudabiliter propter Chriſtum? - - Hoc & de filiis atque parentibus, hoc de fratribus & ſororibus intelligitur, propter Chriſtum omnes eſſe dimittendos, cum proponitur iſta conditio, ut Chriſtum dimittat, ſi illos ſecum habere deſiderat. Hoc ergo & de domo atque agris, hoc & de iis rebus, quæ iure pecuniario poſſidentur, hoc loco accipiendum eſt.*“

(3) Rom. I. 21. Epheſ. IV. 17. ſeq.

(4) Iac. I. 5. Sap. I. 1.

§. LXXI.

Altera ad hunc pertinens locum obligatio natura eſt, prudenter, recteque ſeligendi inter religiones & ſectas varias, ac inter ſeſe diſſentientes, quarum quævis auctorem Deum iactitat. Nemini ius eſt exigendi a ſummo Deo, ut ſibimet loquatur proxime, ſi quem cultum poſcat, aut viam ſalutis præſcribat. Maxime ſe reos fecerunt agricolæ, qui ſervos, ipſumque filiumfamilias, quos ab hero & parente miſſos inficiari non poterant, iniuriis ac nece affecerunt nec auditi fuiſſent, ſi ipſum patremfamilias venire ad ſe debuiſſe fortaſſis cauſati eſſent. (1) Si quam Deu optimus ac ſapientiſſimus religionem hominibus revelavit, eamque ad ſalutem eſſe neceſſariam voluit dubitandum non eſt, quin certiſſimis, maximequ

per

rſpicuis indiciis voluntatem ſuam hominibus pa-
n fecerit, nemo ut eam absque culpa ſua igno-
e, aut de illa hæſitare poſſit. Eſt id proprium
iusvis legislatoris & imperantis, ut quid doceat,
lit, præcipiat, aperte omnibus indicet, vel pro-
ni curet. Nec vero de ſapientia & providentia
nmi Dei aliter in mentem venire cuiquam poteſt.
igitur Deus, cum loqui ſingulis per ſe non de-
at ullo pacto, hominibus utatur tanquam nunciis
s, qui aliis religionem promulgent; obligationes
urales hæ conſequentur.

a) Cum Deus innumera myſteria revelare poſſit, quæ ſuperent humanum captum, non illud eſt inquirendum, utrumne quæ a nuncio ſeu miniſtro Dei promulgantur, comprehendi a nobis tanquam vera poſſint, ſed ipſe nuncius miſſus revera a Deo ſit, nec ne. Homines etiam & decipi poſſunt & decipere. Quapropter non tam interna veritas myſteriorum, quam externa credibilitas inveſtiganda eſt.

b) Intereſt inter hæc duo: *interna myſteriorum veritas comprehendi non poteſt*; & : *eiusmodi myſteria apertam repugnantiam continent.* Priore caſu ea reiici non poſſunt, ſi extrinſecus credibilia fiunt: poſteriore debent reiici; eritque ea repugnantia manifeſto indicio, iſtiusmodi nuncium vel doctorem religionis non eſſe miſſum a Deo. Si igitur religio dogma vel præceptum continet, quod repugnat divinæ perfectioni, aut divinæ voluntati aliunde iam exploratæ; aut ſi pugnantia inter ſe aperte exhibet, ea non eſt a Deo, nec Deo grata eſſe poteſt; cum nequeat ſumma ſapientia ſibimet contradicere, aut probare falſum.

c) Si quis in negotio religionis miſſum a Deo ſe dicat, ut doceat, vel reformet, idemque ſibi contradicat, & probet, quæ ante reiecerat, vel reiiciat, quæ ante probarat, is alterutro caſu miſſus reipſa non eſt, nec ſola eius aſſertione ſtari poteſt. Univerſe ſi

quis res divinas me doceat, atque ad eas amplectenda obligare velit, ius habeo, atque adeo obligationem in re tanti momenti poſcendi, ut miſſum a Deo proxime, vel remote ſeſe probet; perinde ut a legatis literæ, quas vocant, credentiales iure exiguntur. Id aperte expreſſit Paulus: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur?* (2)

(*d*) Fieri poteſt, ut ſecta Chriſti nomen uſurpans veræ religionis ſpeciem habere, & probabilis cuipiam videatur ob numerum hominum eidem adhærentium; et aliam norit religionem non modo probabiliorem, ſed & tutiorem; ideone licite priori illi ſectæ inhærebit? haud ſane; repugnat enim naturæ ius in re, quæ abſolute neceſſaria eſt ad ſalutem; quæ ſi deſit, nulla ignorantia, nullo dictamine ſuppleri poteſt. Siqua eſſet in illa ſecta probabilitas theoretica, quæ nec eſt, nec eſſe poteſt; at certe nulla eſt practica, multo etiam minus, quam ſi de vita caduca duntaxat ageretur. (3)

(1) Matth, XXI. 33. ſeq.

(2) Rom. X. 14. 15.

(3) Supra §. LII. a. Conf. Prop. 21. inter confixas ab Innocentio P. XI.

§. LXXII.

Tertium ſupereſt obligationum naturalium genus de profitenda religione, firmiterque & integre tenenda, quam quis a Deo revelatam fuiſſe, ſat perſpicue, certoque cognovit.

(*a*) Amplecti veram religionem, certumve eius dogma, idque tenere firmiter, non id a ſolo intellectu, ſed maxime a voluntate libera pendet. Nam dogmata religionis aut penitus ſuperiora ſunt humano ingenio, aut niſi ex longa rationum notionumque abſtractarum ſerie deduci non poſſunt; igitur obſcuritatem habent, nec eorum veritas ita per ſeſe lucet & incurrit in oculos, ut intel-

intellectus iis non aſſentiri non poſſit. Quare cognita externa credibilitate voluntatis eſt, eadem prompte arripere, vimque intelligendi iisdem quodammodo applicare, ut firmiſſime aſſentiatur. Multo aliter de lege naturæ, ac de fide & religione diſſerendum eſt; de illa Paulus inquit: *Legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex: naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt.* (1) De hac vero ait: *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti.* (2) Non ergo, cum de fide agitur, demonſtratio intellectus quoad ipſam intrinſecam myſteriorum veritatem, ſed obſequium voluntatis, quod propter evidentia credibilitatis motiva prudentiſſime præſtari poteſt, & debet, poſcitur. (3)

b) Si conſtat, religionem a Deo revelatam eſſe, diſcrimen inter eius dogmata eiusmodi fieri non poteſt, ut quis uni, vel pluribus aſſentiatur, alteri dogmati non aſſentiatur, uni firmius adhæreat, alteri hæſitanter, unum tanquam fundamentale teneat, alterum tanquam accidentale reiiciat, vel in medio relinquat; quia ſumma auctoritas Dei revelantis parem in omnibus poſcit ſubiectionem & aſſenſum; nec pro re levi aut nullius momenti haberi poteſt, quod notum facere humano generi Numinis ſapientia dignata eſt. Fieri non poteſt, ut Deus auctoritatem ſuam vilipendat ita, ut arbitrio hominum relinquat, quidnam potiſſimum ex iis, quæ revelavit, credere, quid repudiare velint. Qui non omnia, quæ revelata ſunt a Deo, pari ſtudio voluntatis & firmitate aſſenſus arripit, reipſa non ob auctoritatem Dei revelantis, ſed ingenii ſui perſpicuitatem aut voluntatis electionem vel temeritatem credit. Auctoritas enim Dei revelantis par eſt in omnibus: nuſpiam falli, nuſpiam fallere poteſt. Recte Auguſtinus contra Manichæos pronunciaſſe dicitur: qui in evangelio, quod vultis, creditis; quod non vultis, non creditis; vobis potius, quam evangelio creditis. (4)

c) Ut in aliis, ita in negotio religionis diſcrimen eſt inter præceptum naturale fidei affirmativum, & negativum. Illud poſcit *primo* generalem ſubiectionem, aſſenſumque in omnibus, quæ a Deo revelata, atque ad credendum ſatis propoſita ſunt. Hoc modo dicitur quis *implicite* credere omnia & ſingula dogmata fidei. *Secundo*, ut quis ea dogmata, quæ ad vitam ex principiis religionis inſtituendam neceſſaria ſunt, ſingilatim & explicite

 cre-

credat, atque expendat. (5) *Tertio*, ut quis fidem etiam externe profiteatur, quando honor Dei aut religionis, vel proximi ſalus id exigit. Tunc enim locum habet ſententia Pauli: *Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* (6) Secus qui fecerit, incurret minas Chriſti: *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua.* (7) Præcepto negativo prohibemur in dubium revocare, aut penitus negare quidquam, quod revelatum a Deo, atque ut tale propoſitum nobis eſt, idque præceptum nullo non tempore obligat; quo pertinet & obligatio naturalis evitandi periculi, quo fides labefactari, pravisque erroribus imbui, aut captionum & ſophiſmatum laqueis implicari quis poſſet, quin ſatis doctrinæ habeat, qua ſeſe extricet. Hinc tot, tamque gravia præcepta & ipſius diuinæ ſapientiæ, & Apoſtolorum & veterum Patrum habemus fugiendi conſortium eorum, qui a fide deſciverunt; de qua re alius erit tractandi locus. (8)

(*d*) Quia in negotio religionis non demonſtratio dogmatum & perſpicientia veritatis, ſed credibilitatis quærenda eſt, dum quis in indicia, ſeu motiva inquirit ex quibus colligat, eum, qui religionem promulgat id Dei miſſu iuſſuque facere; idcirco etiam, ſi quod de religione vel dogmate dubium exiſtit, id non acumine rationis, ſed declaratione ac definitione eiusdem diſſolvendum eſt, qui Dei iuſſu miſſuque religionem eiusque dogmata promulgavit. Quis vir ſapiens nuncium mittit, qui, quæ ſignificare & proponere debeat, ipſe non ſatis intelligit, nec quærenti de mente ac voluntate mittentis liquido & indubitato reſpondere poteſt? Qua in re velim, maximeque optarim, ut ii, qui a catholica religione diſſentiunt, otium ſibi ſumant cogitandi de neceſſitate infallibilis iudicis controverſiarum in Chriſtiana religione; cito, ſi velint, eam neceſſitatem perſpicient, ſi argumenta, quibus ipſi ſæpe docteque utuntur, ad evincendam neceſſitatem cuiuſpiam revelationis naturæ legibus adiiciendæ generatim, eo transferant, ut factæ revelationis eiusdem verum, ac genuinum ſenſum declarari, dubiaque magno numero ac momento provenientia certo definiri oportere cogitent; qua in re ſi negent providiſſe ſapientiſſimum Deum, fateantur neceſſe eſt, in antiquum errorum

chao

chaos relabi debere humanum ingenium; quin etiam pluribus nunc errandi laqueis obnoxium eſſe, ac ſi revelatio tot ſublimium dogmatum, legumque ſupernaturalium naturalibus veritatibus præceptisque omnino adiecta non fuiſſet.

(1) Rom. II. 14.

(2) Ibid. X. 17.

(3) *Non omnes* obediunt *evangelio.* Ibid. v. 16. *Recte* *mbroſius*, aufer, *inquit*, hinc argumenta, ubi fides quæ-tur. L. I. de fide ad Gratianum Imp. c. 5. & Gregorius 1. L. IV. Moralium cap. 17. in medio: Inquieti ſpiritus um plus exquirunt contemplando, quam capiunt, usque d perverſa dogmata erumpunt: & dum veritatis diſcipuli ſſe humiliter negligunt, magiſtri errorum fiunt.

(4) Adde Iacob. II. 10.

(5) Confer propoſitionem I. inter damnatas ab Alexandro VII. & propoſitionem XVII. inter damnatas ab Innocen-o P. XI.

(6) Rom. X. 10.

(7) Luc. IX. 26.

(8) Matth. XVIII. 17. II. Timoth. II. 17.

§. LXXIII.

Hisce expenſis naturæ obligationibus de inqui-enda, & deligenda, & tenenda religione videndum ſt, quid iuris ſeu facultatis moralis, aut libertatis elictum ſit homini in negotio religionis; inprimis ndicandæ notiones de autonomia, ſyncretiſmo vel ndifferentiſmo, ac tolerantia:

(*a*) *Autonomia* eſt ius cuiusque ſeu facultas ab aliorum hominum iudicio & arbitrio independens ſentiendi de religione, ut cuique videtur, aut lubet. Nuncupatur etiam libertas conſcientiæ, cui opponunt tyrannidem, dominatum, imperium in conſcientias.

 (*b*)

(*b*) *Syncretiſmus* vel *indifferentiſmus* ea opinio, aut ſi vis, opinantium ſecta eſt, qua religionem aut cultum Dei quemcunque ſufficere ad obtinendam ſalutem ſtatuitur; aut id duntaxat neceſſarium eſſe, ut in Chriſtum quis credat, etſi diſſentiat in aliis capitibus a catholica religione, atque ab eius communione ſeparatus ſit. Prioris generis opinio *laxior*, poſterioris *ſtrictior* indifferentiſmus nuncupatur.

(*c*) *Tolerantia* ex vi vocis eſt permiſſio, ut diſſentientes a vera religione ſuo arbitrio & errori impune inhæreant. Differt ergo ab indifferentiſmo, & per ſe locum habet etiam tum, cum quis unam unicam eſſe veram, atque ad ſalutem neceſſariam religionem iudicat.

§. LXXIV.

De Autonomia ſeu naturali libertate ſentiendi, ut lubet in negotio religionis, diſtinguendum eſt inprimis ius internum eiusmodi libertatis, a iure externo, (1) ac qui iſtuc poſterius tuentur, reipſa aliud non volunt, quam ab hominibus quamvis ſectam *tolerari* debere, & iure quidem naturali, nihilque uspiam ſacræ vel politicæ poteſtatis in hominibus eſſe, qua certa cuipiam religio præſcribi, & remediis coactivis extorqueri poſſit. Qua de re alius erit agendi locus. De interno autem iure ſequentia potiſſimum ſtatuenda ſunt:

(*a*) Uti omnia libertatis naturalis iura, ita etiam ius de religione ſentiendi, ut lubet, reſtringitur ab ipſa natura per naturales ac divinas leges; ſecus non iam libertas, ſed licentia eſt; (2) quis ita inſaniet, ut rem adiaphoram dicat eſſe, colat quis Deum, nec ne? unum vel plures? perinde uti naturali iure adiaphorum eſt, hac illave veſte utatur; aut ſtatum militarem quis arripiat, an agreſtem, aliudve vitæ genus. Quis Dein a natura homini conceſſum dicet, revelationes, ſiquas Deus propoſuit, amplecti vel non amplecti, eas exa-

examinare, vel repudiare, ſi ſatis percipi non queant? nullum eſt igitur ius internum libertatis ſentiendi, ut lubet.

(*b*) Siquam Deus religionem propoſuit hominibus ad ſalutem neceſſariam, cuivis ius eam amplectendi ita competit, ut nulla poteſtate humana ab ea amplectenda, & retinenda impediri poſſit. Ita ſiquis puer hebræus rationis ſat compos baptiſmum petit, poteſt ac debet invitis etiam parentibus baptizari. (3) Huc pertinet dictum Servatoris: *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & nurum adverſus ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrem aut matrem plus, quam me, non eſt me dignus.* (4)

(1) §. XVIII.

(2) §. XV. *Libertas,* inquit Florentinus l. 4. D. *de ſtatu ominis, eſt* facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſiuid vi aut iure prohibetur. *Sed divinitus de libertate primæa diſſerit* Eccleſiaſticus C. XV. a. v. 14. Deus ab initio contuit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui. Adcit mandata & præcepta ſua: ſi volueris mandata ſervare, onſervabunt te - - appoſuit tibi aquam & ignem - - ante ominem vita & mors, bonum & malum; quod placuerit, dabitur illi. Quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in otentia, videns omnes ſine intermiſſione. Oculi Domini timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis. *ibertas igitur naturalis præceptis & mandatis adſtricta eſt, æceptorum & mandatorum vis & obligatio a ſapientia, potia, & providentia Numinis pendet. At* vir vanus in ſurbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum nam putat. Iob. XI. 12.

(3) S. Thomas 2. 2. q. 10. a. 12. *diſputans de baptiſmo firum Hebræorum, diſſentientibus parentibus, ſic ſcribit: Poſtquam incipit habere uſum liberi arbitrii, iam incipit eſſe uus, & poteſt, quantum ad ea, quæ ſunt iuris divini vel aturalis, ſibi ipſi providere; & tunc eſt inducendus ad filem non coactione, ſed perſuaſione, & poteſt etiam invitis arentibus conſentire fidei, & baptizari; non autem antequam* „ha-

„habeat uſum rationis." Eccleſia non ſolet poteſtate coactiva uti in infideles; aliter ſentiendum de iis, qui per baptiſmum eius ſe iurisdictioni ſubiecerunt.

(4) Matth. X. 34. ſeq.

§. LXXV.

Cum latiſſime pateat religio, facile intelligitur, plurima eidem delicta opponi. Præcipua ſunt:

(*a*) *Irreligioſitas* ſeu contemptus ac neglectus cultus & obſequii Deo debiti.

(*b*) *Impietas*, qua directe agitur contra divinas perfectiones, uti e contrario pietatem diximus habitum actiones determinandi per motiva a divinis perfectionibus deſumta.

(*c*) *Superſtitio*, qua cultus exhibetur Deo pugnans cum eius perfectionibus, & ſana ratione, aut qui ſoli Deo debetur, transfertur ad res creatas; quo pertinet idololatria, Polytheiſmus, magia, divinatio, vana obſervantia.

(*d*) *Tentatio Dei.* (1).

(*e*) *Blasphemia*, ſeu verbum maledictionis, convicii & contumeliæ in Deum. Si enim iniuria, quæ homini fit verbis, convicium eſt; quæ fit ſummo Deo, vocatur blasphemia, eaque interna, & externa, proxime in Deum ipſum, vel mediate, quæ fit in dilectos Dei amicos, resque alias, quatenus a Deo Auctore & Gubernatore proveniunt. Eodem pertinent iniuriæ *reales* in ſummum Deum, ceu contumelioſa tractatio ſacrarum imaginum, divinorum myſteriorum &c., & quamvis omnis in Deum iniuria ſit atrox, atque enorme ſcelus; tamen diſtingui ſolent *atrocitatis* gradus. Eſt præterea alia *ſimplex* blasphemia, alia *hæreticalis*, qua affirmatur de Deo, quod eidem minime convenit, vel quod convenit, negatur.

(*f*) *Periurium & hæreſis*, de quibus commentatores iuris ſacri fuſe agunt.

(*g*

(*g*) *Sacrilegium*, ſeu violatio rei ſacræ, ut ſacra eſt. Repugnat enim divino cultui, ad quem eadem deſtinata fuit. Unde aliud reale, aliud perſonale, aliud locale eſt. De quibus generibus deinceps annotabimus nonnulla. (2)

(1) Supra §. LXV. d.

(2) *Sacrilegium ex primæva nominis origine denotat furtum rei ſacræ. Scriptores antiqui græci & latini nefandiſſimis quibusque delictis ſacrilegii notam inurebant; quo loquendi modo non raro uſi ſunt Patres. Iure Imperatorum Romanorum violatio Maieſtatis pro ſacrilegio habebatur.*

§. LXXVI.

Qui Deum colit, non poteſt res, perſonas, loca, quæ Deo, eiusque cultui dicata ſunt, non reverenter tractare. Unde, quod contra fit, ſacrilegium nuncupatur.

(*a*) De rebus ſacris præceptum naturæ eſt, ſancta ſancte tractanda eſſe; quod ad ſacras ceremonias, ſacroſancta myſteria, ac tremendum ſacrificium maxime pertinet. In numero rerum ſacrarum etiam iura ſacra & ſpiritualia ſunt, quæ ſi æquiparantur cum rebus temporalibus, ac pretio temporali emuntur, & venduntur, *ſimonia* committitur, dicta a Simone mago, (1) quæ veri ſacrilegii rationem habet, & naturali iuri repugnat.

(*b*) Perſonis ſacris & ſacro miniſterio addictis præter reverentiam iure naturali ſuſtentationem congruam deberi ab iis, quibus ſacrum miniſterium exhibent, dubium non eſt, multisque ſacræ ſcripturæ locis confirmatur. (2) Diſputant Auctores, quo titulo ea ſuſtentatio debeatur, ſolius religionis, an iuſtitiæ commutativæ. Si adcurate, ut in diſputando neceſſe eſt, loqui velimus, iuſtitia commutativa inter operas ſacras & ſpirituales, & mercedem, ac pretium temporale locum penitus non habet; nulla enim æquiparatio, vel æqualitas poteſt intelligi, quam iuſtitia commutativa vi notionis ſuæ continet. (3) Idemque aperte ſimoniam ſapit. Quapropter titulus religionis aſſumendus eſt, quæ vincu-

lum multo præſtantius ac validius continet, quam ſit iuſtitia commutativa inter homines, atque ipſa etiam veræ iuſtitiæ rationem habet, quæ Dei miniſtris præſtare, quod debitum eſt, homines obligat, ac ſiquid præſtitum non eſt, id reſtituere ac compenſare non minus iubet, ac principio præſtare iuſſerat. Tamdiu enim urget, & præſcribit officium, quoad ei ſatisfactum non eſt. (4)

(*c*) Ad reverentiam ſacris locis debitam refertur ius aſyli; cuius æquitatem & ſanctitatem vel cœcos gentiles vidiſſe luculentis exemplis conſtat. (5)

(1) Act. VIII. 20. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.*

(2) Matth. X. 10. Luc. X. 7. I. Cor. IX.

(3) Adpoſite Auguſtinus libro de Paſtoribus C. 2. ita diſſerit: „*Unde vivitur, neceſſitatis eſt accipere, caritatis eſt „præbere, non tanquam venale ſit evangelium; ut iſtud ſit „pretium eius, quo ſumunt, qui annuntiant, unde vivant. Si „enim ſic vendunt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiant ſuſtentationem neceſſitatis a populo, mercedem diſpen„ſationis a Domino. Non enim eſt idoneus populus, reddere „mercedem illis, qui ſibi in caritate evangelii ſerviunt. Non ex„ſpectent illi mercedem, niſi unde & iſti ſalutem.*“

(4) *Religionem eſſe partem iuſtitiæ, qua Deo debitum cultum deferimus*, oſtendit S. Thomas 2. 2. q. 80. & 81. art. 5.

(5) Zech. diſſ. hiſtorico-iuridica de iure aſyli eccleſiaſtici C. 1. de diverſis aſylorum generibus.

CAPUT XII.

Officia hominis erga hominem numero, pondere & menſura reſpondent analyſi naturæ complete ſumtæ.

ARGUMENTUM.

§. *LXXVII. In officiis hominis erga hominem ineſt velut numerus, pondus & menſura. LXXVIII. Officia erga ſe & alios*

alios non ſegreganda ſunt. LXXIX. Amor ſui eſt principium, & præceptum Iuris Nat. LXXX Ordo officiorum hominis erga hominem. LXXXI. Primum officium eſt de beatitate æterna & fine ultimo. LXXXII. Incolumitas vitæ & membrorum. LXXXIII. Ius & obligatio eandem conſervandi. LXXXIV. Notiones de fama & honore. LXXXV. Notionum conſectaria. LXXXVI. Ius famam conſervandi. LXXXVII. Obligatio quæ? LXXXVIII. Notiones de ſignificatione mentis. LXXXIX. Obligatio arcani. XC. Omnis deliberata locutio contra mentem repugnat iuri Nat. XCI. Non item ambiguitas.

§. LXXVII.

Analyſis complicatæ naturæ hominis, quam prin-[c]ipio exhibuimus, non modo originem, rationes-[q]ue omnis naturalis iuris atque officiorum, ſed etiam [va]rietatem eorundem ſeu numerum, pondus, ac ve-[lu]ti menſuram ponit ob oculos:

(a) Sunt enim officia hominis relate ad animum, corpus, res externas, ceu circa famam, bona; dein relate ad ſtatus multiplices; ex quibus officiorum *numerus* pendet.

b) Uti in his alia aliis nobiliora ſunt, ac præferenda; ſicut ordo finium ad ea pertinentium conſtitui debet; ita *pondus* quoddam in illis ſpectandum eſt.

c) Denique in quovis officii genere ſpectari debet, quatenus vel ius, vel obligatio pertingat; hinc modus etiam aut *menſura* ineſt.

§. LXXVIII.

Segregant vulgo tractatores diſciplinarum mora-[liu]m officia hominis erga ſeipſum ab officiis erga alios;

alios; at cum ea ex natura hominis eruantur, quam nemo aliam, ac cæteri, adeptus eſt, ea coniungi poſſe mihi videbantur, præſertim cum proximum diligere quisque, ſicut ſeipſum iubeatur, ſeque ipſum condemnet, qui alios iudicat: nam

(*a*) Unusquisque natura appetit bonum, averſatur malum; neque virium imbecillitate illud obtinere per ſe, nec iſtuc evitare poteſt; hinc ſtatim videt, ac ſentit, quid boni, commodive ab aliis præſtari ſibi, quid devitari, arceri vel excludi incommodi debeat. Non æqualiter de aliis vulgo cogitant homines ſibi nimium intenti, ſuique maxime amantes. Idcirco & ratio & divina etiam inſtitutio a nobismetipſis, noſtrisque affectionibus & ſenſis officia aliis hominibus præſtanda diſcere nos iubet. (1)

(*b*) E contrario cœcutimus fere in peccatis, vitiisque propriis, aut ea quidem facile, multisque modis excuſamus, aliquando etiam probamus, ac defendimus, dum idem damnamus in aliis; idcirco æque ſalubre, rationique conſentaneum præceptum eſt, ut noſtra de aliis iudicia ad nosmetipſos transferamus. *Inexcuſabilis es*, inquit Apoſtolus, (3) *o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.* Utriusque præcepti ratio in ipſa naturæ æqualitate ſita eſt; cur ergo ſeparentur officia, quæ eandem originem, eandem materiam, eundem finem habent? Hinc opus non eſt, ſpeciatim originem primasque rationes officiorum hominis erga ſe vel alios homines explicare, poſteaquam arctiſſima coniunctio & naturæ humanæ cum Creatore Deo, & Gubernatore, fineque ultimo (3) & actionum humanarum cum perfectionibus ſummi Dei explicata, & ob oculos poſita eſt. (4)

(1) §. XVII. c.

(2) Rom. II. 1. ,,Appoſite Chryſoſtomus Hom. V. in ep. ad Roman. ,,*& quis eſt, qui alios non iudicat in colloquiis,* ,,*in communibus cœtibus, in conſcientiæ calculo?*

(3)

(3) §. II. a. & §§. LXII. LXIII. LXIV.
(4) §. X. b. c.

§. LXXIX.

Naturalis cuiusque amor erga ſe, & alios ho-ines, quatenus ad ſtimulos naturæ pertinet, prin-pium iuris & officiorum dici poteſt, quemadmo-um ipſa natura; qua parte vero is amor ratione gi, ſibique & aliis exhiberi debet, non tam prin-pium, quam præceptum naturæ eſt, imo ſumma uædam præceptorum; *nam: non adulterabis: non ides: non concupiſces, & ſiquod eſt aliud mandatum, hoc verbo inſtauratur: diliges proximum tuum, ſicut pſum.* (1) Hinc dicitur: *qui diligit proximum, legem plevit.* (2) Quis enim iſtiusmodi delictum commit-in eum, quem vere amat? quis in ſe committi vo-? quis amari ſe iudicat ab eo, a quo iſtiusmodi ala patitur? Eſt ergo amor quidam hominis in ho-inem naturæ conſentaneus, rectæque rationi con-rmis. Sed eſt alius præſertim hominis in ſeipſum or non a primæva naturæ origine, ſed naturæ de-avatione ſcaturiens, quem reprehendimus in aliis, nobismet ſæpe non animadvertimus; is eſt nempe, quo ortum ducit hominum ſegnities in inquirendo ro, & amplectendo, ſtolida timiditas & horror ntentionis, atque incommodorum, ignava ſuimet mmiſeratio, ac deſperatio expediendarum rerum; eſt, quo homo cito offenſum ſe credit, deſpectum-ue: quo inania ſolatia captat, ſenſibus blanditur, la-

labores fugit: is eſt, quo parvi facit, quidquid ad ſe non attinet proxime: quo prædicari vult, laudemque in alios collatam faſtidit. Levia hæc videntur; humano tamen generi uti propria ſunt, ita perniciofa maxime. Neque enim alias commemorabo peſtes, quas hominibus infert pravus amor. Ex his concludes:

(*a*) Ad naturæ ſtimulos pertinet amor, quo quisque de ſe, ſuaque conſervatione, & beatitate cogitat: quo miſeriam, dolorem, amiſſionem membrorum, mortem horret. Quis enim ſanæ mentis in animum inducit, ut vitæ, & membris vim inferat, niſi animum ante perturbet, rationem conculcet, data opera inſanire ſtudeat?

(*b*) Uti ſtimuli omnes, ita hic primarius amoris conſilio & ratione regi debet; quia ſæpe virtutis, ſæpe neceſſitatis eſt, vitam & membra præſentiſſimo etiam diſcrimini obiicere. (3)

(*c*) Ex amore, quem nobis præſtitum volumus ab aliis, qualem præſtare aliis & reddere debeamus, diſcimus; itemque, quid recto amori, proindeque naturæ iuri repugnet, ceu odium, imprecatio, maledictio, exacerbatio, invidentia, deſtitutio. (4)

(*d*) Quia ius naturæ etiam actus internos finibus conformare, recteque informare iubet; (5) facile intelligitur, internos caritatis actus ſub naturalem obligationem cadere; ſecus profecto non virtutem, ſed ſimulacra virtutis & inanes larvas hominibus adſcribemus. accedit, quod honeſta opera, perinde ut prava ab internis voluntatis affectionibus maxime proveniant. (6)

(1) Rom. XIII. 9.

(2) Ibid. v. 9.

(3) *Uti eſt amor rectus & pravus, ita & odium.* Hinc Paulus ad Epheſ. V. 29. ſcribit: Nemo unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam. Idem Gal. V. 24. ait: Qui

ii autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vi- & concupiſcentiis. & I. Cor. IX. 27. Caſtigo corpus me-, & in ſervitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicave-a, ipſe reprobus efficiar. *Conformia hæc ſunt effato divi- ſapientiæ:* Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui it animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſto- eam. Ioan. XII. 25.

(4) Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua; l opere & veritate. I. Ioan. III. 18. cum verſu præcedente. . II. 15. ſeq.

(5) §. XXII. c.

(6) De corde exeunt - - homicidia, adulteria, fornica- nes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Matth. XV. conf. propoſitionem X. & XI. inter damnatas ab Inno- ntio P. XI. Dicunt: dilectio in communi inutilis eſt: in rticulari relate ad omnes impoſſibilis. R. *Dilectio in com- uni paratos nos efficit, ut in particulari diligamus alios, ando res & tempus poſtulat. Æque infirma ſunt argu- nta, quibus officia hominis erga ſe ipſum a iurispruden- naturali excludunt; dicunt: amorem ſui eſſe innatum, præcipi debere; quaſi vero non egeret legibus, ut rectus & conſentaneus rationi; iuſtitia eſt ad alterum, nec quis- am ſibimet legem ferre poteſt. R. Perinde dicam, caritatem oque in alterum tendere; nullane ergo eſt hominis in ſemet itas? Nec vero officia hominis erga ſe ex lege ſibimet ta proveniunt, ſed ex præſcripto rationis & lege ſummi i.*

§. LXXX.

Quia non omnia officia, quæ poſitiva ſunt, ni tempore & omnibus præſtari poſſunt; idcirco iis præſtandis ſpectandus eſt ordo ipſorum offici- um relate ad rem, quam attingunt, animi nempe rfectionem, vel bonum corporis, vel aliquid ex- nſecus homini adhærens: dein ordo perſonarum: nique neceſſitas, qua premitur is, cui officium hibetur.

(a)

(*a*) Uti alia aliis potiora & præſtabiliora ſunt in homine, ceu mens corpore, corpus externis rebus; ſic iuris naturalis eſt, ut quæ nobiliora ſunt, aliis præferantur. (1) Quis nefas dicet homini, exponere ſe periculo atterendarum virium corporis, & maturioris obeundæ mortis per certa artium mechanicarum genera ceu per effoſſionem metallorum, per navigationem, & eiusmodi, ſi inde in rempublicam vel in ipſum hominem redundet commodum, quod ſatis momenti habet. Similiter de auſteritate vitæ, de ieiuniis, caſtigationibus corporis ob bonum animæ ac ſalutis differendum eſt.

(*b*) Etſi conmmunis ominum natura ſit. tamen aliis hominibus præ aliis devincimur adventitiis vinculis, ob quæ iidem in præſtandis officiis aliis præferendi ſunt. eiusmodi vincula ſunt parentela, nexus coniugalis, patria, communis ſtatus. amicitia; & quia unusquisque proximus ſibimet eſt; hinc in pari cauſa neceſſitatis & periculi officia cuiusvis erga ſe præferri *poſſunt* officiis erga alios. Nemo igitur naufragus tabulam alteri cedere tenetur, niſi forte cum ſalus publica præferenda eſt ſaluti aut facultatibus privatorum: tum membrum utique minoris ſit, quam totum corpus, & commune bonum privato antiquius eſſe debet.

(*c*) Denique neceſſitatis, in qua plures verſantur eodem tempore, habenda eſt ratio; ſi enim valde grave alterius malum iactura boni longe minoris reparari aut redimi queat; fieri poteſt, ut caritatis lex eam iacturam ſubire iubeat. De neceſſitate agendum eſt infra verbis pluribus.

(*d*) Ex his principiis de moralitate vitæ *ſolitariæ* iudicandum eſt, quam officiis ſocialitatis obeſſe mali quidam officiorum ratiocinatores fingunt, contemto exemplo innumerabilium anachoretarum, qui ſanctitate & miraculorum gloria floruerunt, ſenſu item orthodoxæ antiquitatis.

(1) Supra §. XXII. e.

§. LXXXI.

Primum graviſſimumque hominis, erga ſe & [...]os officium ſine dubio in ſalutis & beatitatis æter[...] ſtudio curaque ſitum eſt. Non ſinit ignorare [...]mquam ſana ratio, eſſe animos hominum poſt [...]ucam vitam ſuperſtites, ſtatumque eorum immu[...]ilem ab actionibus præſentis vitæ pendere, quam [...]piterna beatitas aut miſeria conſequatur. Quare [...]ii magis cordi eſſe debet cuivis, quam ne æternum [...]nceps miſer ſit. Eſt id primum, quod navigan[...] curant, ut portum attingant. (1) Summum hoc [...]onis, religionisque præceptum ſequentes conti[...] obligationes præcipuas:

1) Hæc ipſa de neceſſitate ſalutis curandæ & veritas, & veriſſima, maximaque naturæ lex volvenda eſt animo, identidem repetenda, omnique cogitandi vi inſpicienda: in eius cognitione rerumque eo pertinentium notitia ſita eſt perfectio intellectus noſtri in hac vita, veraque ſapientia. Cetera quidem omnia, niſi ad eundem ſcopum tendant, momenti nullius ſunt. Equidem non ſum ignarus, quantopere tenere hominem contemplatio naturæ, atque inprimis mathematicæ diſciplinæ poſſint; ſed poſteaquam annis multis expalluimus cogitando, ſi, quæ præcipua ſunt, neglexerimus; quid proferemus poſt longum ſilentium, niſi veriſſimum illud: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* (2)

b) Qui prima hac rerum æternarum cognitione non modo tinctus, ſed imbutus eſt, cito perſpiciet, quibus præterea rerum notitiis mens excoli debeat, quarum ope & ſibi conſulat & aliis, ſummique Dei conſiliis faciat ſatis. Neque enim naturæ lex ſinit, ut præſtantiſſima intelligendi vis otioſa & ſegnis iaceat. Qua in re peccant homines tum nihil diſcendo, quod hominem maxime deceat; tum inepta tractando, tum

mala pravaque arripiendo. Quam amplus de offic Præceptorum, Doctorumque differendi locus hic e

(*c*) Perficiendæ voluntati, purgandis affectionibus, c hibendis pravis motibus, domandis cupiditatibus, perturbationibus excludendis opera danda eſt præ bus aliis, quas homo conſequi in hac vita pote Inde enim totum id pendet, quod in hac vita beat nos, certe minus miſeros efficit. Qua in re cura dum, ne ſortem noſtram aliorum opinionibus æſtim mus, & ex hominum iudiciis pendeamus. *Stultor enim infinitus eſt numerus.* (3)

(*d*) Huc pertinent naturales leges de fuga ſcandali, fraterna correctione, ſtudioque eximendi homines erroribus, quibuscum ſæpe æterna pernicies coniun eſt. (4)

(1) Confer §. II. c.

(2) *Sublimis prorſus, & cœlis digna vox, quam Sa mon ad ſe reverſus, & quaſi ex umbroſa quadam abyſſo lumen veræ ſapientiæ reſpicere valens, emiſit tandem, i quit S. Chryſoſtom.* Sermone contra concubinarios.

(3) Eccl. I. 15.

(4) Iacob V. 19. Matth. XVIII. 15. ſeq.

§. LXXXII.

Poſt virtutis ac ſempiternæ ſalutis ſtudium nih homini carius eſt ipſa vita, & incolumitate; eo pe tinent varia iura & obligationes naturæ. Bonoru enim naturalium primum eſt vita, morsque natur lium malorum extremum; nullius igitur vel obt nendi naturalis boni, vel evitandi mali gratia mo tem ſibi quisquam poteſt arceſſere. Si quis manun pedem, aliudve membrum putridum præſcindi ſinat ut totum ſervetur corpus, recte id fit, ac debit

ord

dine; cum conceſſa ſint membra, ut toti ſervi-
t. De incolumitate ac ſanitate corporis notan-
m, id conſtare organis triplicis generis, *primo*
alibus, quæ vitæ & ſpeciei conſervandæ deſtinan-
r; *ſecundo* ſenſoriis, tum iis, quæ extrinſecus con-
cua ſunt, tum quæ intus latent, quæque ſenſatio-
, indeque pendentibus actibus imaginationis &
emoriæ inſerviunt. *Tertio* motoriis, quæ ad loca-
n motum corporis, membrorumve externorum
tata ſunt. Eſt ergo alia perfectio corporis *vivi*,
a in aptitudine conſervandi vitam: alia perfectio
rporis *ſentientis*, ſita in aptitudine producendi ideas
nſuales rerum: alia corporis *moventis* ſeu *mobilis*
a in aptitudine producendi motus convenientes
etitionibus & averſationibus animæ, & determi-
ndi ſitum totius corporis vel membrorum. Spe-
itur igitur in corpore tum eius *integritas*; quate-
is mutilum non eſt ulla parte: tum *membrorum*
n vitiata ſtructura, quatenus deforme non cenſetur;
m *ſanitas ſeu valetudo*, quæ eſt ſtatus corporis,
o ſingulæ eius partes ſuo munere rite fungi que-
it.

§. LXXXIII.

Cuivis homini competit ius conſervandi vitam
incolumitatem, proindeque & obligatio aliorum
tam & incolumitatem non lædendi: inde conſe-
uitur ius adhibendi media vitæ conſervandæ con-
icibilia, & obligatio, aliis eadem non ſubtrahendi:

imo obligatur quisvis vitam ſuam & incolumitatem ita ſervare, ut eam nec deſtructionis periculo exponere poſſit, niſi ex ordine finium a Deo propoſitorum, aut voluntate ſummi Dei aliunde cognita. Satis id docet dominium eiusdem Dei, & conditoris & gubernatoris, atque ipſi etiam ſtimuli naturæ. (1) Notandum: *Autochiria* ſeu occiſio ſui ipſius *directa*, eſt actio vel omiſſio, qua quis mortem ſibimet conſciſcit, eandemque intendit: occiſio *indirecta*, minimeque propria eſt, dum quis agit vel omittit quidpiam, cuius agendi vel omittendi ius habet; ex quo tamen præter intentionem mors conſequi poteſt, aut conſecutura prævidetur. Connexio iſtiusmodi actionis vel omiſſionis cum conſecutura morte maior aut minor eſſe poteſt, mortisque periculum propinquius aut remotius: præterea ratio aut officium quidquam ita agendi, aut omittendi vel gravior magisque urgens, aut e contrario minor. Fit ſæpenumero, ut ius & obligatio conſervandi vitam & incolumitatem collidatur cum iure aut obligatione maioris obtinendi boni, aut maioris evitandi mali, quam ſit iactura vitæ aut incolumitatis. Quapropter acute diſpiciendum, *quatenus* ius & obligatio conſervandi vitam & incolumitatem pertingat. Generatim ſequentes poſitiones ſtatuendæ ſunt:

(*a*) Homicidium repugnat naturæ iuri, niſi de voluntate Dei indubitato conſtet. De caſu neceſſitatis ac cruentæ defenſionis infra agetur.

(*b*

(*b*) Similiter repugnat autochiria; nec eam licitam faciunt ærumnæ præſentis vitæ, ceu ſervitus, infamia, egeſtas, nec conſcientia ſcelerum, aut metus amittendæ pudicitiæ, aut deſiderium ſupernæ beatitatis. Cum alacres ad ſupplicia properarent ſancti martyres, dicebant Ethnici: *Omnes igitur morte vobis ipſis illata iam nunc abite ad Deum, nec nobis negotia faceſſite*, reſpondit S. Iuſtinus Apol. II. n. 4. *Non fruſtra mundum a Deo conditum eſſe didicimus, ſed propter humanum genus. - - igitur ſi omnes nobis ipſi manus afferamus; quo minus quisquam gignatur, aut divina doctrina imbuatur, aut etiam, quo minus extet humanum genus, in cauſa, quantum in nobis eſt, erimus, ipſi quoque contra Dei conſilium venientes, ſi ita facimus.* (2) Suimet interfector cenſendus eſt Saul, quando ad Amalecitem dixit: *Sta ſuper me, & interfice me: quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt.* (3) Nec multum diſpar eorum eſt ratio, qui nullo propoſito maiore bono, aut urgente officio ſola temeritate aut oſtentandi animi cauſa præſenti vitæ diſcrimini ſe obiiciunt.

(*c*) Æque repugnat naturæ abortus, deſtitutio infantum cum periculo, ne fame aut beſtiarum dentibus intereant: periculum eosdem ſuffocandi in lecto, agitationes taurorum eæ, quæ a S. Pio V. ſpectacula dæmoniorum, non hominum ſunt nuncupatæ, aliæque iſtiusmodi pugnæ nulla neceſſitate initæ, denique duellum, de quo infra. (4)

(*d*) Eidem iuri obeſt mutilatio proprii & alieni corporis, vulneratio, læſio quæcunque, quam infert, cui ius inferendæ deeſt. (5) Denique ingluvies, ebrietas, luxuria, quæque ſunt eiusmodi, in quibus duplicis fere generis malitia ineſt, tum qua obſunt conſervationi vitæ & incolumitatis, tum maxime, qua internam turpitudinem habent, mentemque intellectivam ad beſtiarum conditionem deprimunt. Contra ſiquem cogitemus, qui immodico labore, aut nimio uſu medicamentorum vires atterit, & valetudinem peſſumdat; deeſt is quidem officio conſervandi ſuiipſius, nec tamen alia fœditatis labe propterea inquinatur.

(*d*) Cum vita & membra hominis in dominio Dei ſint, fieri poteſt ſalva divina perfectione, ut certis tempo-

ribus homini det facultatem aut etiam iuſſum, inſerendi vim aliorum vitæ & membris; cumque homi alia iura, aliaque præterea obligationes conſtitueri, quæ cum iure conſervandi vitam & incolumitate aliquando confligunt; hinc ordo & gradus finiam omnino hac etiam re ſpectari debet. De iure gladi, quem mundi rectoribus tanquam miniſtris ſuis commiſit Deus, itemque de iure cruentæ defenſionis nondum hic agimus (6); ſed ſpectato finium gradu ordine dicimus: uti moralia ſunt potiora ac præferen naturalibus; ſic fini propoſito conſervandi vitam atq incolumitatem, qui quidem finis non eſt, niſi natur lis, præferri poſſunt, aliquando etiam debent fin præſtantiores, quales ſunt Dei cultus, actus carita erga proximum, amor iuſtitiæ, ſtudium pœnite tiæ &c. non, ut quis ipſe vim ſibi directe infe exercendæ virtutis cauſa; lex enim negativa, *n occides*, prævalet iuribus affirmativis, ſed ut vim aliis illatam permittat, aut ut vitam & incolumitate negligat maioris obtinendi boni, vel vitandi m cauſa; quæ non eſt ſui ipſius occiſio, niſi improp & indirecta; neque tum mors intenditur, ſed bon præſtantius aut certe non impar; quod qui facit, n mortem accerſit, ſed aliunde imminentem intrepi animo excipit. Huius rei exempla ſint hæc: ve fidei tuendæ, profitendæ, propagandæ cauſa honeſtu eſt, vitam & incolumitatem præſenti diſcrimini obiicer ſeſeque tyranno ſiſtere: honeſtum ac ſæpe neceſſari eſt, pro tuendo communi bono tenere ſtationem, hoſ um telis ſe obiicere: in communi naufragio poteſt q tabulam ſuam alteri per ſe cedere. Medici, ſacerd te aſſiſtunt infectis peſtilentia: mercatores infido m & fragili ligno committunt vitam &c. In his po deranda eſt cauſa & magnitudo ſubeundi diſcrimin Molles philoſophi, qui ieiunia & auſteritates carpu tanquam contrarias officio cuiusque erga ſe, quomo confutari debeant, ſupra indicavimus, & ex hoc qu que loco poteſt colligi.

(1) *Socrates apud Platonem ita diſſerit in Phædon „Id mihi, o Cebes, recte dici videtur, Deum quidem cura „habere noſtri: nos vero homines unam quandam ex poſſeſſi „nibus eſſe Deorum. Nonne igitur & tu, ſiquod ex manc „piis tuis ſe ipſum perimeret, iraſcereris illi, & ſi pot „ſtate*

„ſtatem haberes, pœna quadam afficeres? „ *Similiter Pythagoras exprimens gubernationem ſummi Dei, nemini dicebat, fas eſſe, iniuſſu ſummi imperatoris Dei de præſidio, & ſtatione vitæ decedere. Quantopere ipſi naturæ ſtimuli refragentur vi ac neci, deſcripſit S. Ioannes Chryſoſtomus diſſerens de cæde Abelis a Caino perpetrata. Hom.* 19. *in Geneſin: „Quomodo non cogitavit naturam? quomodo non conſideravit, antequam adoriretur nefas, operis finem? quomodo „ſuſtinuit poſt facinus videre corpus fratris, ſpiritum efflan„tis, & palpitantis ſuper terram? quomodo potuit videre „mortuum, & humi proiectum, & a ſpectaculo non ſtatim „diſſolutus eſt?* "

(2) S. Iuſtinus apolog. II. n. 4. *De viris quibusdam, ac mulieribus ſanctis, quas ſponte ſua in præſentem mortem iuiſſe, divina vel eccleſiaſtica hiſtoria commemorat,* S. Auguſtinus Q. 49. in Iud. c. 26. *Quodſi, inquit, hoc fecerunt non humanitus deceptæ, ſed divinitus iuſſæ, nec errantes, ſed obedientes; ſicut de Samſone aliud nobis fas non eſt credere.* De quo idem agit L. I. de civit. Dei c. 21. De facto Raziæ II. Mach. XIV. *non eadem omnium opinio eſt. Fuere quidam tempore S. Auguſtini, qui privato ſpiritu interpretantes SS. ſcripturas contra naturæ leges intellexerunt evangelii dictum: qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* „*Hinc enim quidam maligni,* „inquit S. doctor tract. 51. in Ioan. *atque perverſi in ſe„metipſos crudeliores & ſceleratiores homicidæ flammis ſe „donant, aquis præfocant, præcipitio collidunt, & pereunt. „Hoc Chriſtus non docuit, imo etiam diabolo præcipitium „ſuggerenti reſpondit: redi retro ſatanas; ſcriptum eſt: „non tentabis dominum Deum tuum. - - Ubi ſatis expreſſit, „non a ſe ipſo, ſed ab alio debere occidi, qui veſtigia ſe„quitur Chriſti.*

(3) II. Reg. I. 9.

(4) De abortu conf. prop. 34. & 35. inter damnatas ab Innoc. P. XI.

(5) *Uſitatæ gentilibus corporis inciſiones referuntur* III. Reg. XVIII. 28. ac Levit. XIX. 28. *inquit divina ſcriptura: „Super mortuo non incidetis carnem veſtram, neque figuras „aliquas aut ſtigmata facietis vobis.* „ *Non modo vulnerum, ſed cicatricum, ac deformitatis inductæ habendam eſſe ratio-*

 nem,

nem, paſſim ICti docent, ut ſi puellæ vel honeſtioris viri fa-cies per genas aut per naſum fuerit tranſciſſa; quod præte-formam probatioris viri famam onerare ſolet. Faciei quiden humanæ ea dignitas eſt, ut nec delinquenti ſtigma inuren-dum cenſuerint legislatores. L. Siquis. 17. C. de pœnis. „ *Quo facies, quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis eſt cæleſti-„ figurata, minime maculetur. Cum SS. canones manſuetudi-„ nem Chriſti pro norma habeant, varias irregularitates ſta-„ tuerunt ob defectum lenitatis; uti cum quis ſe ipſum membr-„ vel parte membri privat.* c. qui partem 6. Diſt. LV. & c „ de presbytero. 1. de corpore vitiatis.

(6) *Nec ius gladii, nec remedium iuſtæ defenſionis pe-ſe ſuffragatur ei, qui adulterum, vel uxorem aut filiam adulteram in crimine deprehenſam ſuo iudicio occidit; quid quid ſit de humanis legibus dolori & iracundiæ quidquam indulgentibus in foro humano.* Iuſte igitur ab Alexandro VII. damnata eſt propoſitio ordine 19.

§. LXXXIV.

Ut officia hominis, quæ exiſtimationem, famam & honorem attingunt, & quæ peccari contra eaden ſolent, rite intelligantur, notiones huc pertinentes congerendæ ſunt.

(*a*) *Exiſtimatio* eſt aliorum de perfectione noſtra iudicium, ceu de probitate, ſcientia, arte &c. id ſi verbis declaratur, *laus*; ſi actibus externis ſignificatur *honor* dicitur. (1) *Fama* eſt communis hominum ſermo de perfectione vel imperfectione cuiusdam; bona igitur, vel mala eſt fama, quæ *infamia* dicitur, ſive communis hominum de vitiis alterius opinio. Ad famam bonam refertur *gloria*, ſive conſentiens laus bonorum & peritorum, vel ut aiunt, clara perfectionis cum laude notitia. Fama bona *ſimplex* dicitur, dum quis pro malo non habetur: *intenſiva* exiſtimationem & gloriam complectitur.

(*b*) Exiſtimationi opponi vulgo ſolet *ignominia*, aut ſi Latium probaret vocem, *vilipenſio*, ſita in iudicio aliorum de imperfectione noſtra, aut perfectionis defectu. Laudi contraria eſt tum *obtrectatio*, qua de alio-rum

rum perfectione detrahitur: tum vituperium, ſeu potius *vituperatio*, qua alteri imperfectionem imputamus. Honori e contrario reſpondet *contemtus*, ſive actus externus, quo ſignificamus, alterum exiſtimatione indignum eſſe. Quisvis actus externus, quo iudicium de imperfectione alterius declaramus, vocari ſolet *ignominia* vel *contumelia*; non igitur nihil differunt contemtus & ignominia ſeu contumelia: ille indicat, quempiam carere perfectione, proindeque exiſtimatione indignum eſſe: hæc imperfectionem alteri adſcribit, ob quam reprehendi poſſit. Contumeliæ non una eſt ratio; *convitium* dicitur, quo alteri vitium vel defectus naturalis in eius probrum & dedecus obiicitur: *exprobratio*, qua imperfectio alicui impingitur præſenti in faciem: *irriſio*, qua præſens vel abſens exponitur riſui: *illuſio*, qua idem fit tacite: *ſubſannatio* idem præſtat per geſtus, motusque corporis. *Calumnia* eſt ſermo, quo alteri imputatur imperfectio, qua non laborat, eius exiſtimationi & laudi detrahendi cauſa. *Detractio* eſt ſermo, quo de exiſtimatione abſentis detrahitur, ſive falſa narrando, ſive vera vitia, ſed occulta prodendo. Hæc omnia communi nomine *iniuriæ* veniunt, quæ verbalis aut realis dicitur, eaque levis, gravis vel atrox, uti & contumelia eosdem gradus habet: infertur iniuria *directe* attingendo hominis cuiusdam perſonam; vel *indirecte* per perſonam coniunctam, quæ proxime violatur. Ut vera iniuria & contumelia cenſeatur, requiritur *dolus* ſive animus exiſtimationem & honorem lædendi, isque præſumitur, ſi communi hominum æſtimatione verba aut facta in ſe calumniam vel iniuriam continent (2), licet præmittatur proteſtatio: ſalvo ipſius honore, vel ſalva reverentia ſacerdoti debita; cum talis proteſtatio ſit contraria facto. Cæterum contumelia, calumnia, detractio & iniuria non modo verbis, ſed etiam ſcripturis, libellis famoſis, picturis & imaginibus fieri poteſt.

(1) *Honor igitur in teſtificatione perfectionis vel excellentiæ alterius ſitus eſt; multi eundem cum honeſto confundunt, & honorem bonorum omnium naturalium ſupremum* [...]*ant, cui opes, amicitia, ipſa vita ſit poſtponenda. Ho*[...]*lum in animo viri probi totum reſidet, ſervaturque, li*[...]*ei negetur honor, ſeu teſtificatio hominum de ipſius probita-*

bitate, perfectione, excellentia; hæc enim ſæpe negatur be merentibus, ſæpe etiam in indignos confertur. Quaprop etſi quis pro honeſto & iuſtitia usque ad mortem decerte tamen honor, & opinio hominum tanti non eſt, ut ei ſup mus in bonis naturæ locus detur.

(2) *Hæc etiam præſumtio probationi contrariæ & ve tati cedit.* l. Si non. 5. C. de iniuriis: „*Si non convi „conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes: fides v „ri a calumnia te defendit.*"

§. LXXXV.

Cum hisce notionibus corollaria cohærent mag ponderis.

(*a*) Cum exiſtimatio in hominum iudicio, laus in iu cii iſtius declaratione conſiſtat; patet, non pluris h minum exiſtimationem ac laudem fieri oportere, qua eorundem iudicia. Enimvero iudicia hominum perfecto ac imperfecto tot prope ſunt, quot capi Ac conſtat, a ſtolidis hominibus paſſim perverti vive di regulas, & dictamina rationis; animi moderati nem pro ignavia haberi, ferociam & impotenti animi pro fortitudine, prodigalitatem pro liberalitat parſimoniam pro tenacitate, quæque ſunt eiusmo innumerabilia; quid ergo? ex horum opinione pe debit ſapiens? Nonne hic etiam locum habet effatu Scripturæ: *Non ſuſcipies vocem mendacii - - non j queris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio pl rimorum acquieſces ſententiæ, ut a vero devies.* (1)

(*b*) Exiſtimatio, laus, honor res duas complectuntu perfectionem quandam, ſitam maxime in virtutib intellectus, voluntatis, aliisque habitibus, tanqua fundamento: & aliorum de illa iudicium. Prius il lud in poteſtate noſtra eſt: non item poſterius; cu nemo ſibi ius in aliorum ſenſa, dicta, facta arrog re poſſit, quamdiu nil agunt, quod iuri noſtro pe fecto repugnat.

(*c*) Paſſim tamen fama ac laus bonorum inter fundamen ta publicæ honeſtatis recenſetur. A multis enim de

lictis hominem revocat ſtudium conſervandæ famæ, bonique nominis, & frœnum iniicit libidini ac levitati, hominumque inter ſe familiaritatem & amicitias conciliat, ab aliorum etiam iniuriis ſæpe tutos præſtat. Accedit, quod eadem multis neceſſaria ſit, ut cum fructu fungantur officio, ceu Doctoribus, Rectoribus &c., ac ſæpe ſingulorum fama coniuncta eſt cum fama & commodis aliorum, qui ſunt ſtatus, conditionis, ordinis, aut familiæ eiusdem.

(1) Exod. XXIII. 1. 2.

§. LXXXVI.

Quivis ius perfectum habet conſervandi famam, :ſi ab alio læſa ſit, exigendi reparationem: pro- ideque etiam quivis natura obligatur aliorum fa- iam non lædere, ac ſi læſerit, reparare. Eſt enim homini ingenuo ac probo ipſa dictante ratione non iodo percarum, ſed ad vitæ ſocietatem, fiduciam- ue mutuam neceſſarium, ut probus, ut rei, quam actat, peritus, ut bonus cenſeatur. *Melius eſt no- en bonum*, inquit Sapiens, *quam divitiæ*. (1) Eodem re gaudet is, cuius delictum occultum eſt, eoipſo uod famam bonam etiam tum poſſideat, ac bonus æſumi debeat, donec malus probetur. Qui alte- us poteſtati ſubſunt, ceu filiifamilias, Religioſi, rvi &c. non ob id ſolum iure famæ bonique no- inis ſe abdicarunt; & quamvis forte invito eo, i ſubiacent, civilem actionem iniuriarum, quæ ad œnam infamantis aut palinodiam ſive ſolemnem re- actationem tendit, inſtituere haud poſſint; tamen gere ad famam recuperandam prohiberi non debent. i uſu huius iuris facilius exceſſu peccatur, quam de-

fe-

fectu; dum cura boni nominis in vanitatem, ſtudium que captandi popularem auram degenerat, aut dum quis ancipites voces ſtatim ad iniuriam detorquet, aut iſtam implacabili ardore perſequitur; univerſe enim *nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum eſt*, (2) ſed vel contemnendum, vel condonandum.

(1) Prov. XXII. 1.
(2) l. famoſi. 7, §. 3. D. ad leg. Iul. Maieſt.

§. LXXXVII.

Abſtinere a læſione famæ alienæ vel honoris quisque tenetur obligatione naturali perfecta; iuri enim cuiusvis perfecto aliorum obligatio generis eiusdem reſpondet, ac tenetur etiam ſuo nomini quisque conſulere præſertim, ſi infamia in alios, eorumque in commodum redundet, ita, ut neglectus famæ totalis iuri & honeſtati naturali repugnet; *negligere enim*, inquit Cicero, *quid de ſe quisque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam diſſoluti;* (1) *curam habe*, inquit divinus Spiritus *de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi & magni.* (2) *Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra*, ſcripſit Auguſtinus. (3) In utraque tamen obligatione conſervandi famam & alienam & propriam, finium gradus & ordo ſpectari debet.

(a) Honeſtum eſt remittere iniuriam, iusque famæ reſtituendæ, niſi aliud ſequatur incommodum. Conſilii petendi cauſa quisque delicta, vitiave alteri palam facere, ſicque exiſtimationi ſuæ detrahere poteſt: idem fieri poteſt demiſſionis cauſa: qui alienam fa-
ma

mam iniuſte læſit, etiam cum detrimento ſuæ tenetur illam reparare, aut delictum ſateri, ſiquis legitime interrogetur a ſuo iudice, ſaltem extra capitales cauſas. Quem lex ob delictum aut defectum inhabilem facit ad munus vel dignitatem conſequendam, ab ea petenda, vel ſuſcipienda abſtinere debet, aut delictum, vel defectum confiteri, etſi occultum ſit, ut diſpenſationi detur locus. (4)

b) Obligationem intactam relinquendi aliorum famam aut honorem non lædit is, qui ius habet puniendi vel caſtigandi, niſi ſingulare quid obſtet. Si intereſt reipublicæ, crimen occultum alterius ſciri, non calumniatur, qui illud in iudicio detegit. (5) Qui ad ſuam defenſionem alteri verum crimen obiicit, forte ad infringendum eius teſtimonium, non cenſetur calumniari, aut famam lædere; uti ſiquis teſti opponat periurium, præſertim ſi iſte ſe ſponte ad teſtimonium obtulit, & aliter repelli nequeat. Similiter cenſent vulgo, ſiquis inſtituit perſonam turpem hæredem, præterito fratre, licitum illi eſſe propalare, quod frater ſit ſpurius. Cæterum ſola convicii veritas non excuſat, niſi abſit animus nocendi, & urgeat vel publica utilitas, vel privata neceſſitas. Vulgo etiam cenſent, excuſari illum, qui iniuriam verbalem retorſerit ſervato moderamine inculpatæ tutelæ; de quo quidem infra agetur.

(1) L. I. Offic. C. 28.

(2) Eccli. XLI. 15.

(3) C, non ſunt. 56. XI. q. 3.

(4) *Quærunt, an Dominus famæ ſuæ cenſeri quis poſſit? …aſi vero qui dominium rei habet, ei temere ac leviter il…n diſſipare liceret.*

§. LXXXVIII.

Alia hominis erga hominem officia verſantur circa …gnificationem mentis, quæ fit tum ſermone ſive ar…culatis ſonis, tum figuris, literis, motibus digitorum

torum & oculorum, geſtibus, factis. Facultas d ſtincte communicandi ſenſa animi maxime a beſti ſegregat homines, & arctiſſimis ſocietatis vinculis i ter ſe copulat. Quam ſingulare vero iſtuc in n eſt beneficium Conditoris, tam gravia eidem reſpo dent officia, quæ multis modis violantur. Vix eni ſinguli, nedum coniunctim plures peccatum peccan in quo ſermocinandi munere non peſſime abutu tur, ut merito *univerſitas iniquitatis* dicta ſit lingu *modicum quidem membrum, & magna exaltat. Ec quantus ignis quam magnam ſilvam incendit.* (1) Su autem notiones non paucæ ad hunc locum pertine tes:

(*a*) Inprimis ſegreganda eſt veritas *logica* a *morali*; il in conformitate ſignorum cum re, hæc in conform tate ſignorum cum animi ſenſis ſita eſt; atque hu opponitur *mendacium*, ſive locutio deliberata cont mentem; idque vulgo triplicis generis ſtatuunt, *pe nicioſum*, *officioſum*, *iocoſum*. (2)

(*b*) Actio externa *ſincera* eſt, quæ cum cogitationib conſentit: contra *ſimulata* actio externa, vel *ſimul tio*, quæ ab illis diſſentit. Omiſſio verborum, p quæ alteri ſignificari quidquam poteſt, *reticentia* eſ Omiſſio aliorum ſignorum, quibus ſenſa mentis pr duntur, *diſſimulatio*. *Simulatio* igitur actionem e ternam denotat, quæ ab animi ſenſis diſſentit: *diſ mulatio* autem occultatio eſt actionum externarum v internarum ſita in omiſſione ſignorum, quibus eæde indicari poſſent. *Prætextus*, vel obtentus eſt inte tionis ſimulatio, per quam falſa intentio proditur.

(*c*) Qui alterum verbis aut factis inducit, ut pro ver habeat, quod verum non eſt, eundem *fallit*. Igit & mendacio & ſimulatione, quæ eſt mendaciu quoddam reale, homines falluntur. Univerſe *falſu* veritatis immutatio eſt; ac ſi fit dolo malo in fra de

dem tertii; *crimen falſi* conſtituit; ſive in dicto, ſive ſcripto, ſive facto conſiſtat.

(*d*) *Æquivoce* aut *ambigue* loqui idem eſt, ac verbis uti, quæ plures ſignificatus ex uſu communi habent. Eſt ambiguitatis genus non in verbis, ſed factis & actionibus conſiſtens, propterea, quod ambiguum ſit, in quem finem actus tendat, ut ſiquis hoſtem aggreſſurus, vel expugnaturus urbem perinde agat, ac ſi fugeret. Cum quivis eundi ac redeundi, agendique hoc illudve iure gaudeat, idque diverſos ob fines; qui actionem in aliam partem accipit, ac debet, temeritati iudicii ſui ac imprudentiæ adſcribere debebit.

(*e*) A mendacio non differt *reſtrictio* interna, ſive *pure mentalis*, quæ eſt dictum ex ſe, & præſentibus adiunctis ad unum ſignificatum determinatum, idque menti loquentis contrarium, etſi per aliquid ſola mente retentum efficere poſſit ſenſum verum; ut ſi, qui vitrum mox fregit, neget ſe fregiſſe, cogitans, *anno ſuperiore*. Ab hoc genere differt *reſtrictio realis*, ſeu externa, & ſenſibilis, ſive locutio, ex qua mens loquentis non ſolis ex verbis, ſed una ex adiunctis, aliisve externis ſignis & indiciis colligi poteſt. S. Athanaſius interrogatus a ſatellitibus, qui ipſum non norant, quam longe abeſſet Athanaſius, ipſum non longe abeſſe reſpondit.

(*f*) Denique huc referenda eſt notio *arcani*, quo denotatur id, quod ab aliis ignorari volumus, aut velle debemus.

(1) Iacob. III. 5. 6.

(2) *Ex mente quorundam auctorum maxime Proteſtan-[...]um a mendacio diſtinctum eſt falſiloquium in eo, quod quis [...] liberate quidem contra mentem loquatur; at nempe tum, [qu]ando interrogans ius non habet exquirendi a me verum, [...]c aliunde inferatur alicui damnum. Alii falſiloquium tum [...]rte licitum ducunt, quando obligationi ſatisfieri non poſſet, niſi [m]oraliter falſum loquendo; eoquod lex naturæ det ius ad ea, ſine [q]uibus naturali obligationi ſatisfieri nequit. Ecce novum exem-[pl]um verſatilis illius principii, quo, toties invita natura [...]untur Dilucularii noſtri ad naturale iuscorrumpendum: Ius ad [f]inem dat ius ad media.* Conf. §. XIII. g. & §. XXIII. b. *Dicent*

cent fortaſſis, cum quivis ius habeat defendendæ famæ, cit ingens piaculum grave crimen confingi poſſe, atque alte detrahenti impingi, quo minuatur eius auctoritas? Con Prop. 43. & 44. inter damnatas ab Innoc. P. XI. *Nunqu enim & hoc caſu ius ad finem dat ius ad media?*

§. LXXXIX.

Ut de moralitate falſiloquii & mendacii ſtat quidquam poſſit, de iure & obligatione *ſecreti* pri definiendum eſt. Cuivis igitur competit ius celan ea, quæ quis novit, prudenti ex fine, ac ſi id iu alterius fortiori, qui vel legitime interrogat, vel p ſe reſcire debet, cedere non cogitur. Sæpe eni prudentia, ſæpe caritas, ſæpe etiam iuſtitia proh bet revelare veritatem, ſi ex eius revelatione incon modum, aut infamia, vel horum probabile periculu alteri immineat; tum quidem ex pacto aperto v tacito, ac generali obligatione nil faciendi, quo alterius iuri repugnat, arcanum ſervandum eſt. Cr ſcit obligatio ſigilli naturalis:

(*a*) Siquid conſilii petendi cauſa manifeſtatum eſt. Tu quidem in ipſa petitione conſilii pactum tacitu intercedere omnes paſſim agnoſcunt, idque gener lis neceſſitas petendi ab aliis conſilia, naturali, ſtr ctæque obligationi ſubiicit. Quanta in humana ſociet te ſequerentur incommoda, ſiquis arcanorum alteri conſcius ea cuivis citra ius interroganti prodere ten retur?

(*b*) Si cui arcanum per iniuriam a ſe vel alio commi ſam innotuit, nec cauſa publica in diſcrimen adduc tur; ut quando alienas literas quis aperuit, aut fra de ac vi ſecretum extorſit.

§. XC

§. XC.

Omnis deliberata locutio contra mentem repugnat natu-
ıli iuri; ut adeo inanis ſit quoad moralitatem diſtinctio
uorundam auctorum inter mendacium & falſilo-
uium; cum vi notionis, ſive ut aiunt, conceptu for-
ıali inter ſe conveniant; ac per accidens omnino ſit,
ɔvumque peccatum contra iuſtitiam, ſiquod dam-
ım ex una locutione contra mentem oriatur, ex
ia non oriatur. Theſis probatur ex fine ſermonis,
ii quævis locutio contra mentem repugnat, & ex
ɛrfectionibus divinis, quibus eadem pariter repu-
ıat. Finis eſt *proximus* ſermonis, ut communice-
us animi ſenſa: *remotus* in felicitate, ac ſecuritate
ɔminum conſiſtit: utrique repugnat locutio contra
ɛntem, quæ fit in finem directe contrarium, ut ne-
e communicentur animi ſenſa, nec conſultum ſit
icitati & ſecuritati hominum; cum nemo ſecurus
e poſſet, an non fallatur a loquente; ſicuti nun-
am eſſemus certi de rebus fidei, ſi Deus poſſet men-
i. Dicunt quidem, ſi ex locutione damnum ori-
: audienti, tunc falſiloquium eſſe illicitum, nec fal-
ɔquium debere dici, ſed mendacium; at enim, an
mnum oriri poſſit, vel non oriri, in hac hypothe-
iudicare debet loquens, qui conditionem omnem
lientis non habet perſpectam, ſibique pro arbi-
ɔ imaginari poſſet, nihil audientis intereſſe, ve-
n, an falſum dicatur. — Alterum eſt a divinis per-
tionibus petitum argumentum: Recta conſtitutio

naturæ & ſocietatis humanæ non pro arbitrio vel ingenio cuiusque deſignari, ſed ex conformitate cum divinis perfectionibus colligenda eſt; inde enim certo intelligi poteſt, quid naturæ humanæ ad ſimilitudinem Dei conditæ conveniat, vel repugnet. Sic igitur aio: homo ad ſimilitudinem Dei conditus non poteſt ſeſe & actiones ſuas deliberate difformes reddere divinis perfectionibus; ſecus non haberetur recta conſtitutio naturæ & ſocietatis humanæ: atqui per quodvis falſiloquium & ſe & locutionem ſuam deliberate difformes redderet divinæ perfectioni, nempe veracitati. Igitur patet, divinæ perfectioni repugnare quodvis falſiloquium. Ignorantia invincibilis hominum, amentia &c. ſine dubio pariter abhorrent a divina perfectione; ſed quatenus ab arbitrio hominum non pendent, cenſendæ ſunt imperfectiones phyſicæ, quæ ex limitatione cuiusvis perfectionis creatæ proveniunt. At falſiloquium deliberatum eſt defectus in genere morum, quo homo divinæ veracitati difformem ſe reddit. Sed audiendi ſunt, qui aliter ſentiunt; ſic enim aiunt:

(*a*) Falſiloquium fit absque damno alterius: poteſt aliquando eſſe medium, quo alter felix, aut non infelix reddatur. R. 1. Falſiloquio poſitive intenditur error alterius, idque ſufficiens damnum eſt, alterius intellectum ſtudioſe inducere in errorem, etſi alius præterea damnum non ſequeretur; quamquam ſatis damni in eo eſt, quod ſecuritas humanæ ſocietatis tolleretur falſiloquiis; quam plane ſublatum iri oſtendimus. 2. Non ſunt facienda mala, ut eveniant bona; ſecus falſiloquium, ſi medium videretur felicitatis, etiam periurio confirmari poſſet, & ſi omn
illu

illud continuo conceſſum eſt, quo aliquis felix aut non infelix redditur, quam multa conceſſa erunt naturæ repugnantia? quid de iure naturali ſit, aut non ſit, id non ex raris & inſolentibus caſibus, ſed ex communi naturæ & ſocietatis humanæ conſtitutione deſumi debet. Fieri etiam poſſet, ut directa innocentis occiſio, periurium, adulterium, duellum &c. valde proficua certis temporibus viderentur. 3. Denique aliud veritatis celandæ medium ſuppetit, nempe reticentia, fuga, reſtrictio externa, de qua mox infra.

(*b*) Urgente extrema neceſſitate etiam res aliena iuſte aufertur: iniquus aggreſſor a privato occiditur; cur falſiloquium non ſit licitum? R. 1. an & periurium urgente neceſſitate erit licitum, quo falſiloquium confirmetur? 2. Extrema neceſſitate preſſus, aut aggreſſorem necans exercet ius a Deo & natura conceſſum pro illo tempore. At falſiloquium non eſt exercitium alicuius iuris, ſed loquela menti difformis, quæ poſita etiam quavis neceſſitate non ceſſat eſſe menti, & divinis perfectionibus difformis.

(*c*) Revelare arcana, ſi reipublicæ ſalus exigit, non repugnat divinæ fidelitati: igitur nec veracitati repugnat falſiloquium, ſi id exigat ſalus proximi R. divinæ fidelitati repugnat illud, quod quis facit contra fidem a ſe datam: at revelare arcana, ſi reipublicæ ſalus exigit, non repugnat fidei a ſe datæ; cum pro tali hypotheſi nec dederit fidem, nec omnino potuerit dare. Cæterum ſiquod arcanum in ſacro conſcientiæ tribunali innotuit, nullo obtentu publicæ ſalutis revelari id poſſe, exploratum eſt; *quia non ut iudex ſcit* (Confeſſarius) *ſed ut Deus.* (1)

(*d*) Cur ergo furtum, homicidium &c. aliquando non repugnat iuri naturæ: contra deliberata locutio ſemper repugnat? R. 1. Idem de periurio, aliisque pari modo quæri poterit. 2 Indicavi ſupra (2), inveſtigandum eſſe, cum de obiecto legis agitur, utrum reſpiciant tantum perfectionem divinam, an ſimul dominio aut iuri Dei vel hominum ſubiecta ſint; quo caſu, qui dominio ac iure gaudet, de re illa ſua voluntate diſponere poteſt; uti ſit, cum premente neceſſitate res

N 2 alie-

aliena invaditur. At locutio contra mentem, cum re late ad Deum repugnet ſummæ veracitati, no poteſt cenſeri tanquam ſubiectum quidpiam divino dominio. Ac ſi falſiloquium relate ad Deur repugnat divinæ perfectioni, ac intrinſece malum eſt quomodo relate ad hominem non repugnabit divinæ perfectioni, nec erit intrinſece malum, ſed aliquando etiam moraliter bonum? dicunt fortaſſis; qui divina veracitas duntaxat a perfectiſſimo Deo excludit falſiloquium, non ab hominibus. R. Utique Deu vi perfectionis falſum dicere non poteſt, nec dice unquam; homo dicet abuſu facultatis loquendi, ſe contra naturale ius; quia perfectiones divinæ ſur veluti norma, ad quam recta conſtitutio naturæ & ſocietatis humanæ exigenda eſt.

(*e*) Per falſiloquium non intenditur alterius deceptio ſed eius commodum & ſalus. R. Velle deliberate contra mentem loqui, & non velle audientis deceptionem, duo ſunt, quæ inter ſe plane pugnant, uti velle cauſam, & non velle effectum, quem quis neceſſario connexum videt, & propter quem cauſa vult. Cur enim deliberato falſum profert, niſi ut audiens falſum credat?

(*f*) Non pauca falſiloquii exempla in S. Scriptura extan R. cum S. Auguſtino (3): *Hæc quando in Scriptur ſanctis legimus, non ideo, quia facta credimus, etia facienda credamus, ne violemus præcepta, dum pa ſim ſectamur exempla. - - Unde conſtat, quod no omnia, quæ a ſanctis vel iuſtis viris legimus facta, transferre debemus in mores, ſed etiam hinc d ſcere, quam late pateat, & ad quos usque perveniat quod Apoſtolus ait*: „Fratres, etſi præoccupatus fu„rit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpiritale „eſtis, inſtruite huiusmodi in ſpiritu lenitatis; inten„dens teipſum, ne & tu tenteris.“ (4) Extant lo Scripturæ minime obſcura, quibus generatim quo vis mendacium reprobatur; *os, quod mentitur*, inqu Sapiens, *occidit animam.* (5) Sanctis Eccleſiæ Patr bus, ſiqui re parum disquiſita falſiloquio favere v deantur, opponimus S. Auguſtinum, qui ex inſtitut de hac re ſcripſit, aliosque Doctores orthodoxos.

(1

(1) c. Si Sacerdos. 2. de officio iudicis.

(2) §. XVI. a.

(3) L. contra mendacium. C. IX.

(4) Gal. VI. 1.

(5) Sap. I. 11. *Hoc divinum effatum S. Andream Avel-lum ab agendis cauſis forenſibus abſterruit.*

§. XCI.

Verbis ambiguis, ſeu æquivocatione ſenſibili, ut ...unt, aut reſtrictione externa uti nonnunquam licet ...ſta ex cauſa; eoipſo enim, quod ab homine acu... vel ambiguitas vel rectus ſenſus, ſi animum ad...erteret, deprehendi poſſet, non intenditur, ſed ex ...ſta cauſa duntaxat permittitur error, in quem il...bitur, eumque ſuæ fatuitati vel imprudentiæ ad...ribere debet, cum ſine iure, vel contra ius de re cer...or fieri vult. Enimvero, ut ſupra eſt dictum, nec ...udentia, nec caritas, nec iuſtitia quovis caſu per...ittunt, ut veritas reveletur; nec etiam contra ...entem loqui ullo caſu eſt licitum: ſola denique re...entia ſæpe ardorem interrogantium auget, & di...entiam perquirendi acuit; cur igitur nefas ſit, apta ... eludere hominum curioſitatem, ſicque iuri vel ...ligationi ſuæ conſulere? neque tum intenditur au...entis error, ſed ut dixi, permittitur (1); quemad...odum ſolitæ belliducum artes, ac ſtratagemata, ...orum vis ac ſignificatio tum ipſa re, tum uſu in... pugnantes recepto ambigua eſt, iuſte adhiben...t..., ac genus belli mitiſſimum cenſentur, præ cruen-

tis præliis expetendum. Sunt tamen in iſtiusmo
æquivocatione, ne prava ſit, adhibendæ cautione

(a) Non licet eadem paſſim uti ac temere, nec ſine iu
cauſa, ob ipſum deceptionis periculum, quam cu
impedire potes, permittere non debes, niſi ut m
lum evites ipſe, aut bonum quodpiam conſequar
Ipſa æquivocationum frequentia, cum quivis amb
guitate ſermonis ſe ludi ſuſpicari poſſet, humana
ſocietatem perturbaret.

(b) Quo magis verba, etſi ambigua ſint, a communi u
recedunt, ſenſusque verus difficilius deprehendi p
teſt, eo maiori cauſa opus eſt, ut iisdem licite utari

(c) Multo etiam minus licitum eſt, errorem veræ
dei oppoſitum, aut divino honori, ac legi adverſ
profiteri adhibita locutione ambigua. In his enim ap
ta ac ſimplex veritas elucere debet.

(d) Similiter ſentiendum eſt de pactis, fœderibus, c
ſis iuſtitiæ, vel eo caſu, quo Paterfamilias vel Pr
latus de re ad gubernationem domus, aut ſubditoru
vel denique iudex ſervato ordine in legitimo iudi
interrogat. Vix excuſari poteſt, quod Samuel C
ceius ſcribit: *Sermo res mea eſt, & locutio ad act
nes humanas pertinet; quilibet autem actionum ſuar
dominus eſt, ac de ſuis actionibus pro libitu diſpon
poteſt. Hinc nemo ius in meas actiones, & in me
ſermonem arrogare ſibi poteſt.* Hæc quidem in e
dem ſenſum recidunt, quem exhibent verba Pſalm
quo corrupti illius, ac noſtri etiam ſeculi mores deſ
buntur: *Labia noſtra a nobis ſunt. Quis noſter Domi
eſt?* (2) Dubium non eſt, quin huic dominio,
potius loquendi aut tacendi libertati ſæpenumero al
rum ius tum perfectum, tum imperfectum obſt
quo verum ex me cognoſcere debent.

(1) *Exemplum iſtiusmodi reſtrictionis ex veteribus I
adfert Mynſingerus Centuria VI. Obſervationum Obſ.
Quodſi revera mutuum reddiderim, poſſum etiam iuram
to affirmare, me nihil a te habuiſſe. Quilibet enim p
dens facile intelligit, id dici de mutuo, ad quod reſtitu
d*

um nunc tenear, *de quo etiam ego petitionem auctoris in-
ɛlligo. Unde nihil loquor contra mentem meam: proin nec
ıendacium, nec falſitas ſubeſt. Si alter decipiatur, ſuæ im-
rudentiæ adſcribat, neceſſe eſt.* In hanc ſententiam etiam
ir celeber Schrodtius in Syſt. Iuris Gentium P. III. C. III.
. 14. ſcripſit, „*Nulla iniuſtitia laborare adverſus hoſtem
ſimulationes, diſſimulationes*, verba ambigua, *&, uti vocant,
ſtratagemata; cum prudentiæ & pietatis quoque laudem me-
reatur, conſilio potius, quam vi paraſſe victoriam.*“ Similiter
ufendorfius de I. N. & G. l. IV. C. I. §. 12. in hunc mo-
um ſentit: „*Neque, ſi iure meo utar, ſemper teneor evi-
tare, ne alter in falſam opinionem, cetera innoxiam inci-
dat. - - Circa exemplum Luc. XXIV. 28. res plana eſt.
Nam talem geſtum præſeferre, in cuiusvis eſt arbitrio; &
nihil frequentius in vita communi, quam diſceſſum ſimula-
re, ut conſtet, gratine ſimus hoſpites futuri, an minus.
Nam ni enixe rogemur, ſerio nobis eſt propoſitum, abire. - -
Quin autem hoſtis, cui aperte utique licebat nocere, adhi-
bitis ſimulationibus circa fugam, uſum veſtium, inſignium,
velorum, armorum circumveniri recte poſſit, itidem dubium
ɪon habet.*“ Idem (Grotius L. III. C. I. §. 8.) *mendacii
notam non ſemper contrahi exiſtimat, ſi utamur voce aut
ocutione ambigua, cui plures uno ſint ſignificatus vel ex
uſu vulgi, vel ex artis conſuetudine, vel ex aliqua figura,
aut ſchemate non inuſitato; modo animi noſtri conceptus con-
gruat uni iſtarum ſignificationum, etiamſi putetur is, qui
audit, in aliam partem accepturus. - - - Id autem omni
vitio caret, ambigue, aut obſcure loqui ad eum, quem in-
formare, aut cuius profectus explorare vis; ſi hic finis ma-
gis iſthoc modo, quam per apertum ſermonem queat obtine-
ri.*“ Quo ſpectat exemplum Ioann. VI. 5. „*Sic & cui
nimi mei ſenſa omnino indicare non tenebar, ubi ſilentio
lefungi non licet, nihil prohibet, quo minus falſam opi-
ɪionem pro ſimplici ignorantia propinem, ſi præter erro-
em iſtum nullum aliud conſequitur damnum, quo ipſe in-
lignus eſt. Sic nemo reprehenderit Athanaſium, ex quo,
um quæreret, qui ad ipſum perſequendum miſſus erat,
quantum inde abeſſet Athanaſius; hic reſpondit, eum non
onge abeſſe.*“ Theodoret. Hiſt. Eccl. L. III. c. 8. Hactenus
ıfendorf. l. c. *Opinionem eorum, qui verbum quoddam ſer-
oni intextum v. g.* Non *materialiter poſſe ſumi, eumque
e modum reſtrictionis externæ putant, acriter ut ſolet, re-
tat Daniel Concina tom. 3. in Decalogo l. 5. diſſ. 3. c. 10. ſeqq.*

(2) Pſalm. XI. 5.

CAPUT XIII.

Specialia officia hominis erga hominem determinat triſtis favor Neceſſitatis.

ARGUMENTUM.

§. *XCII. Notio & favor neceſceſſitatis. XCIII. Qualitas eiusdem ac gradus. XCIV. Inde fit duplex quæſtio: facti & iuris XCV. Spectandus neceſſitatis gradus, facultas ſuccurrendi & modus. XCVI. Regulæ. XCVII. iura neceſſitatis ſunt ſtrictæ interpretationis. XCVIII. Neceſſitas non reducit communionem bonorum. XCIX. Neceſſitas ex conflictu vitæ propriæ & aliorum. C. Moderam inculpatæ tutelæ. CI. Iuſt tia cruentæ defenſionis, CI quatenus pertineat. CIII. D fenſio membrorum, libertati pudicitiæ. CIV. Defenſio fo tunarum. CV. Defenſio n minis & honoris. CVI. Due li notio; & variæ ſpeci CVII. Duellum non habet r tionem defenſionis. CVII Repugnat Iuri Nat.*

§. XCII.

Neceſſitas hoc loco eſt ſtatus hominis, quo ſubſidiis vitæ deſtitutus, aut præſenti periculo ami tendæ ſalutis, vitæ, membrorum, pudicitiæ, hono ris, fortunarum implicatus intelligitur. *Magnum humanæ infelicitatis patrocinium*, inquit Seneca, *ne ceſſitas eſt*, (1) idque triplici ex cauſa:

(*a*) Neceſſitas, quæ alium premit, aliis obligatione ſuccurrendi, ejusque levandæ imponit, præcipient natura.

(*b*) Eadem ab obligatione legis ſæpe eximit, quem pre mit, quemque lex obligaret, ſi abeſſet neceſſitas.

(*c*

(*c*) Speciatim contra iniuſtum aggreſſorem, a quo ipſa provenit, ius dat agendi, quod neceſſitate abſente non eſſet, niſi iniuria; qui quidem caſus etſi ad priorem pertineat, tamen cum latius pateat, ſingulatim conſiderandus eſt.

(1) L. IV. controverſ. 27.

§. XCIII.

Inprimis *qualitas* neceſſitatis, dein *gradus* conſidera- debet; uti enim homo ſpectata analyſi naturæ mul- plex animal eſt, ut Cicero inquit, ita multiplici ıbſidio egere poteſt, & multiplici periculo con- ctari. Quæ iacturam æternæ ſalutis attingit ne- eſſitas, *ſpiritualis* dicitur, eaque *extrema*, quæ ho- ıinem in periculum proximum amittendæ ſalutis, ıt mortaliter peccandi coniicit; *gravis*, quæ ſalu- m, & fugam mortalis peccati valde difficilem red- t; denique *communis*, in qua verſantur, qui in ſtatu ɔxæ gravis degunt. Neceſſitas, quæ vitam, membra, rtunas &c. reſpicit, & *corporalis* dicitur, ſuos pa- ter gradus habet, diſtinctius explicandos.

(*a*) Neceſſitas corporalis *extrema* eſt, qua homini incumbit periculum amittendæ vitæ, aut membri cuiusdam principalis, uſus rationis, aut periculum morbi inſanabilis, ita, ut in promtu non habeat, quo id periculum evadat Neque vero, ut neceſſitas extrema cenſeatur, articulus mortis exſpectandus eſt, quo fruſtraneum eſſet auxilium, & inanis obligatio ſuccurrendi.

(*b*) *Neceſſitas gravis eſt*, quæ periculum gravis calamitatis adfert, unde vita magnopere moleſta redditur, ſpectato etiam priore ſtatu hominis ea neceſſitate nunc conflictantis. Huiusmodi calamitas cenſetur dura captivitas, diuturnus, aut infamis carcer, gravis fortuna-

 rum

rum, aut ſtatus iactura; uti cum quis vitæ commodi aſſuefactus victitare aqua & oleribus cogitur, aut vi nobilis famulari. civis honeſtus mendicare præ inopi. Hoc etiam neceſſitatis genus ſuos gradus habet, atqu *urgens & quaſi extrema* neceſſitas dicitur, quæ a extrema parum abeſt.

(*c*) *Neceſſitas communis* cenſetur, quæ incommoda adfe circa res ad vitæ ſtatusque conſervationem neceſſa rias, quin ſpectata hominis conditione eadem labo rantis vitam nimis moleſtam efficiat miſeramque. I hoc genere cenſentur pauperes, quos vocant, trivia les, operarii & iſtiusmodi; quamquam qui occulte cum pudore mendicant, in miſerabili ſæpe, nec vu gari neceſſitate hæreant. (1)

(1) Cicero L. II. de invent. c. 56. ſeq. *aliam vocat ne ceſſitatem* honeſtatis, *quæ honeſtum omnibus & commodis incommodis præferri iubet*: *aliam* incolumitatis, *quæ eſt ſa lutis tuta & integra conſervatio*; *qua proin aliquid ad no ſtram conſervationem neceſſarium dicitur*: *aliam denique ne ceſſitatem* commoditatis, *qua quidpiam neceſſe dicitur, ſine incommodo vivamus. Horum generum prima neceſſit ſumma eſt*: *altera huic proxima, tertia vero leviſſima, qu cum priore nunquam poſſit contendere. Dicitur vel priva neceſſitas, vel publica*; *quæ vel periculum ipſius civitatis, neceſſitatem magni numeri civium continet*; *ubi animadve tendum, quod gravis reipublicæ vel civitatis neceſſitas ra erit ſine extrema quorundam particularium neceſſitate.*

§. XCIV.

Duæ ſunt, cum de officiis neceſſitatis agitur quæſtiones expendendæ:

(*a*) *Quæſtio facti*, ſitne vera & præſens neceſſitas; qu gradu? quem maxime premat; quam denique urge ſit, ut, niſi ſtatim ſuccurratur, damnum vel interitu certo certius conſequatur; uti cum quis a latron oppreſſus tenetur: cum naufragium facit hoc ipſ tempore, aut cum aquis iam luctatur: cum exitum e domo flammis involuta non invenit. Quemadmodu quisque ſua ipſius & damna, & pericula fere exagge rat; ita cavendum unicuique diligenter, ne alioru

neceſſi

neceſſitatem elevet, minoremque opinione ſua, ac minus urgentem faciat, ac re vera eſt.

(*b*) Altera eſt *iuris quæſtio*, quid poſita tali neceſſitate, hoc gradu, vel noſtri ipſorum vel aliorum, iuris, quid obligationis conveniat, vel ei, qui laboranti ſuccurrere valet, vel qui ipſe neceſſitate laborat.

§ XCV.

Dubium non eſt, quin obligatione naturali ca-
tatis ſuccurrere teneamur oppreſſis neceſſitate tum
irituali, tum corporali; quem enim effectum ha-
ebit lex caritatis, ſi neceſſitatis tempore nullum
abet? Quid eſt, quod hominem non ſoli ſibi,
d aliis etiam natum dicimus, ſi ope indigentes li-
t deſtituere; aut quando locum habebit naturæ &
ligionis regula: *prout vultis, ut faciant vobis ho-*
ines, & vos facite illis ſimiliter. (1) Quis, cum
iuria & vi opprimitur, non opem circumſpicit:
uis amans opem ferre negligit; *cum liceat cuilibet*
o vicino vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum
pertiri auxilium: imo ſi poteſt & negligit, videatur
iuriantem fovere, ac eſſe particeps eius culpæ. (2)
bligationis illius menſura triplex eſt:

(*a*) *Neceſſitatis gradus*, qui, ſi ſatis cognitus non eſt, explorari debet. Non debuerat ſacerdos ac levita, cum iter facientes viderent hominem iacentem, exſpoliatum, vulneratumque, illico pertranſire, quin explorarent ſaltem, quanta ſit, quamque urgens neceſſitas. (3)

(*b*) *Facultas ſuccurrendi;* quis enim opem ferre obligabitur, cum pari, aut non multo minore calamitate ipſe conſtringitur? quis panem dare famelico, quo ipſe indiget? quis periclitantem ex aquis cogetur extra-

trahere, ſi extrahenti pereundum ſit? *Si enim*, inquit apoſtolus, *voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id, quod non habet: non enim, ut aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate.* (4) Ac ſpectando obligationem egentibus largiendi de ſuo, triplex hominum genus conſiderari debet: *Primo* ſunt, qui id modo in bonis habent, quo ſe, ſuosque tenuiter ſuſtentent. *Secundo* ſunt alii, quibus & hæc ſuppetunt, atque illa præterea, quibus ſtatum ſuum, externamque vitæ rationem honeſte tueantur; atque is quidem ſtatus cum exiſtimatione nominis facile principatum inter bona externa tenet: denique alii poſſident non pauca, neque vitæ, neque ſtatui neceſſaria, in quorum numero is erat, qui anxius de horreis dixit: *quid faciam; quia non habeo, quo congregem fructus meos?* (5) His reſpondet triplex bonorum genus; ſunt quædam *neceſſaria naturæ:* quædam *ſuperflua naturæ, ſed neceſſaria ſtatui*: denique *& naturæ & ſtatui ſuperflua*. Id modo cavendum, cum de neceſſariis ſtatui agitur, ne iniqua æſtimatio fiat. Iure confixa eſt ab Innocentio P. XI. propoſitio 12. *Vix in ſecularibus invenies etiam in regibus, ſuperfluum ſtatui; & ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tantum ex ſuperfluo ſtatui.*

(c) *Succurrendi modus*; qui aliquando in officiis humanitatis conſiſtit, eoque caſu ſubtrahi minime debet: aliquando beneficentiam ſive actus beneficos poſcit, qui duplicis generis ſunt; aliis enim, qui *mere benefici* vocantur, nulla adhæret perfecta obligatio, ut quod acceptum eſt, depulſa neceſſitate reſtituatur, vel compenſetur: alii, benefici illi quidem & neceſſitati levandæ idonei ſunt, ſimul tamen adiunctam habent obligationem, reſtituendi aut compenſandi poſt depulſam neceſſitatem, ſi fieri queat, id, quod acceptum eſt. Eiusmodi actus ſunt commodatum, mutuum, fideiuſſio &c.

(1) Tob. IV. 16.

(2) C. dilecto. 6. de ſentent. excommunic. in VI.

(3) Luc. XII. 31. 32.

(4) II. Cor. VIII. 12. 13.

(5) Luc. XII. 17.

§. XCVI.

Hiſce præmiſſis caritatis erga extreme, vel quaſi extreme indigentes regulas dictat ipſa ratio:

a) Id, quod levandæ iſtiusmodi neceſſitati datum eſt, nec repeti univerſe poteſt depulſa etiam neceſſitate, nec de reſtitutione ſemper paciſci licet, ut adeo naturali caritatis præcepto, ſolo mutuo univerſe non ſatisfiat. Sunt enim inter egentes non pauci omnibus naturæ & fortunæ ſubſidiis adeo deſtituti, ut nec habeant in præſenti, nec probabili ratione unquam habituri ſint, unde acceptum compenſent. Nullumne igitur natura præceptum extat dandi aliquando liberaliter?

b) Sola tamen *extrema* neceſſitas univerſe non excludit pactum, & obligationem reddendi, quod acceptum eſt, uti ſi cui veſtem pellendo frigori neceſſariam, ſi equum, currum, navim ad effugiendas hoſtium inſectationes, ſi ingentem numerum pecuniæ ad recuperandam ex barbarorum manibus vel carcere libertatem dem? atque is, qui accepit, reſtituendi facultatem veriſimiliter habiturus eſt. Ut igitur indigentia aliena exigat actum mere beneficum, ſpectata obligatione naturæ, non ſufficit neceſſitas rem *habendi ſimpliciter*, ſed requiritur neceſſitas rem *habendi gratis*. Non cenſetur premi neceſſitate, qui pollet medio comparandi ea, quibus indiget. Rem ipſam habere iudicatur, qui eam emere, aut quoquo modo comparare facile poteſt. Aliena liberalitate abutitur, qui ſumptibus ſuis avare parcit, aut manum ſuam ſub axilla abſcondit. Quemadmodum caritas haud obligat, ut ſubveniam non egenti; ita non obligat, ut ſubveniam gratis ei, qui rem, qua eget, ſibimet comparare poteſt. Caritas enim mutuam rerum viriumque communionem poſcit. Quapropter ſi is, qui alienæ rei vel operæ indiget, viciſſim alteri, a quo iuvari vult, rem aliam vel operam præſtare poteſt; non tenebitur hic gratis, ſoloque ſuo incommodo, nullo

mutuo commodo illam præſtare, nec quod ad uſu vel conſumtionem dedit, donare cogitur, quan commodatarius, aut mutuatarius rem eandem vel milem reſtituere poteſt.

(*c*) Ex iis, quæ neceſſaria ſunt naturæ ac vitæ ſuſte tandæ, tribuere etiam extreme indigenti nemo ten tur, niſi forte eiusdem ſalus publico reipublicæ v eccleſiæ uſui magis utilis videatur futura, quam n ſtra privata. De iis, quæ ſtatui ſuperflua ſunt, qu indigentibus ſuccurrere quisque teneatur, dubium e nullum poteſt. At extreme egens etiam de bonis ſtatum neceſſariis ſublevandus eſt. Poſcit enim ca tatis ordo, ut alterius vitam pluris faciamus, qua ſtatum noſtrum; cum res externæ æque in illius, noſtrum bonum conditæ a Deo ſint. Verum hæc *ordinariis* vitæ ſubſidiis ſumenda ſunt; neque eni obligatur quisquam ingentem pecuniam dare ege ad comparandum medicamentum exquiſitum, magn que pretii vel extraordinariam ferendam curatione cum nec ipſe infirmus, & ſi rem habeat, ultra co munia remedia adhibere quidquam teneatur. (1)

(1) *Fieri poteſt, ut hominum quoddam genus vi ſta ſui ultra generales hasce caritatis naturalis regulas ſpeciat adſtringatur ad opem egentibus ferendam. Tales ſunt Cler ci, qui patrimonium Chriſti & bona pauperum habent in m nibus.*

§. XCVII.

Quatenus neceſſitas ab obligatione legis exim eum, quem premit, *ius neceſſitatis* oriri intelligitu quod vulgo *ſtrictiſſimæ interpretationis* dicitur ob ho ipſum, quod in præiudicium legum vergat. Enim vero cum neceſſitas, tota ratio ſit eius iuris, e pariter menſura eiusdem, ut non plus, nec alit cenſeatur indulgendum, ac ipſa neceſſitas poſtula Sequentes igitur regulæ ex ipſo finium ordine pet tæ huc ſpectant.

(*a*

1) Lex naturalis negativa nullo obtentu neceſſitatis poteſt violari: puta, ut quis evitandæ mortis cauſa Deum blaſphemet, abneget, eius cultui ac religioni renunciet; cum & mala longe graviora Deus infligere queat, quam ſit mors naturalis, & iacturam vitæ ipſius honori immolatæ longe maioribus bonis compenſare. Eodem pertinent poſitivæ leges, quibuscum concurrit lex naturalis negativa; uti cum ſuillam edere certo tempore perinde erat, ac veram religionem abnegare. (1)

) Aliter ſtatuendum de legibus arbitrariis, præſertim affirmativis, quæ natura ſua poſcunt facultatem, occaſionem, materiam; atqui hæc deeſſe videntur, quando fieri quidquam non poteſt ſine vitæ, aliorumque ingentium bonorum diſcrimine aut iactura. David iure neceſſitatis uſus eſt, cum panes propoſitionis comedit, (2) eoque exemplo divinus Servator criminationem Phariſæorum contra diſcipulos retudit. (3) Machabæi cladem ab hoſtibus imminentem ſabbatho propulſare conſtituerunt. (4) Multo etiam magis de legibus humanis id ſtatuendum eſt. Neque vero nuda neceſſitas id facit, ut lex directo violari poſſit, ſed ex humanæ imbellicitatis conſideratione & benevola legislatorum mente præſumitur, neceſſitatis caſum ſub lege generaliter concepta non contineri; eoipſo enim quod leges hominum ſalutem, ac felicitatem maxime ſpectent; nolunt ipſæmet obſervari in perniciem ac interitum hominis, niſi forte privata victima in publicam ſalutem cedat.

) Cum inter duo mala minus ſit eligendum, & in certo præſentique mortis diſcrimine modica ſalutis ſpes homini blandiatur; conceſſum eſt, non item præceptum, per ipſa vitæ pericula vitam quærere vel potius tueri; inde ſit, ut æger periculoſas ac perdifficiles curationes, ſectionesque admittat: ut incendio involutus ex alto deſiliat, ut qui certam ab hoſtibus mortem ſibi imminere videt, in mare præcipitem ſpe evadendi ſe det, quæque ſunt generis iſtius, in quibus præſentiſſimum periculum non modo ſpatium deliberandi, ſed & facultatem ſæpe adimit, ut adeo capto in arena conſilio excuſationi locus ſit humano quidem in

in foro, ubi nullum de præſenti animi affectione i dicium eſſe poteſt.

(*d*) Neceſſitas communis, quæ fere cum neceſſitate co moditatis congruit, ab obſervanda lege ne huma quidem excuſat; ſecus ob caſuum frequentiam qu vis lex eluderetur cum perturbatione ac detrimen reipublicæ, præſertim quod uniuscuiusque legis exer tium magnæ parti hominum videatur incommodum.

(1) II. Mach. VII.

(2) I. Reg. XXI. 6.

(3) Matth. XII. 2. ſeq.

(4) I. Mach. II. 21.

(5) *Ex his patet, tritum verbum:* Neceſſitas non bet legem, *aut* neceſſitas non habet ferias, *ut Pallad inquit de re ruſtica* l. I. c. 6. *eo fallacius eſſe, quo gene lius ſumitur.*

§. XCVIII.

Diſpiciendum nunc eſt, quid iuris incumbe triſtis neceſſitas in res alienas homini det, cui cetero prohibitum eſt, easdem contrectare. Paſſ inſtar axiomatis ſumunt: *in extrema neceſſitate ceſ bonorum diviſio, cunctaque, ut in primario ſtatu, fi communia.* Puto id quidem perquam indetermi tum eſſe & anceps, arbitrario aſſumtum, ratio ſufficiente deſtitutum. Sic enim exiſtimo: *Ius ceſſitatis uſu vel conſumtione rei alienæ ſibi & conſer tioni ſuæ conſulendi eſt ſtrictæ interpretationis, nec ul conceditur, ac propria neceſſitas exigit, & indigen ipſius domini non reſiſtit.* Primarius rerum extra h minem conditarum finis is eſt, ut neceſſitati vi

eoru

rundem conſulatur: tum primum, ut commodita- & iucunditatis, ſi collibitum eſt, habeatur ra-; non potuit igitur earum rerum proprietas, ac minium aliter introduci, niſi ſalvo fine primario, cuivis neceſſaria ad vitam ſuppetant. Incumben- ergo extrema neceſſitate ius eſt contrectandi, ad ceſſarium uſum convertendi, atque etiam conſu-endi res alienas; at quatenus? Nempe ut neceſſi-i ſatisfiat; atqui ſatisfit ſolo eo iure & uſu iuris, vo iure Domini, ut depulſa neceſſitate rem ſuam, l ſi conſumta fuerit, compenſationem recipiat. uid igitur dicere attinet, res fieri communes? imvero communio rerum id continet, ut res ſit llius, quemadmodum poſtmodum dicemus; quo-odo vero neceſſitas Caii id efficit, ut res Titii repen- nullius fiat? Ex his colliges

a) Locum non habet iſtuc ius in res alienas, ſi ipſe Dominus vel poſſeſſor pari neceſſitate teneatur; nam in pari cauſa melior eſt poſſidentis conditio; cumque is poſſeſſione vel dominio alterum prævenerit, merito il-lum uſu eiusdem rei excludit; uti qui tabulam ceperit naufragus, ea ſpoliari ab alio non poteſt. Uti vero ſuam quisque alienæ ſaluti ſine iniuria præfert in ſtatu na-turali; ita ſi plures indigentes ſint, ordinem ſuccur-rendi ipſa natura ſæpe conſtituit. (1)

b) Omni modo ante videndum eſt, quam in res alie-nas involetur, an aliter neceſſitas evadi non poſſit; quare petenda prius eſt res aliena, quam rapienda; cum in aliorum beneficentia miſeriæ remedium col-locarit naturæ lex.

c) Depulſo periculo res aliena, ſi extet, reſtituenda, ſi conſumta ſit, compenſanda eſt. De re quidem per-manente non magnopere ambigunt, quin reſtitui de-beat; de conſumta, qui negant, non pauci ſunt;

quaſi relate ad ius Domini, vel ad neceſſitatem in tereſſet, permanens, an fungibilis ſit. Neceſſitas no plus iuris dat in rem alienam, quam ut ipſa depelli tur; atqui depelli poteſt ſalvo eo iure compenſandi.

(*d*) Obligatio ſuccurrendi neceſſitati etiam extreme in digentis vera illa quidem, ſed imperfecta eſt, ſiv obligatio caritatis; quia aliena miſeria proprietate poſſeſſoris vel domini non tollit, neque rem ipſa vinculo obligationis afficit: ius petendi eo caſu oper remque alienam, id perfectum eſt, & connatum: petendo non obtinet, nec alia evadendi via ſupp tit, ius eandem auferendi pariter connatum eſt, perfectum; quod ſi poſſeſſor vel dominus ſine iu cauſa impediat, lædit ius perfectum indigentis, vi cogi poteſt, ut id illæſum relinquat. Falſo ig tur dicunt, ſi unus ex iuſtitia dare non tenetur; nec alt ex iuſtitia poteſt accipere; nam prior non dare quide rem ſuam, ſed auferentem non impedire ex iuſtiti ſive iure perfecto obligatur. (2) Alii aliter ſentiun ea, ni fallor, opinione ducti, quod neceſſitate extr ma communionem bonorum redire aliquando di cerint.

(*e*) Hactenus dicta ad extremam tantum neceſſitatem r ferenda ſunt; ſi enim gravis quævis neceſſitas ius d ret in alienas res, porta aperiretur publicæ pert bationi, omnique rapinarum, furtorum, iniuriar generi. Unde merito confixa eſt ab Innocentio XI. propoſitio 36. *permiſſum eſt furari, non ſolum extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.*

(1) *Conſentanea cum naturali lege & ingenioſa eſt anima verſio* S. Auguſtini L. I. de Doctrina chriſtiana. C. „*Omnes homines æque diligendi ſunt. Sed cum omni* „*prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendum eſt, qui* „*locorum & temporum vel quarumlibet rerum opportun* „*tibus conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Si* „*enim, ſi tibi abundaret aliquid, quod dari oporteret* „*qui non haberet, nec duobus dari poſſet; ſi tibi occurrer* „*duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel erga te a* „*qua neceſſitudine ſuperaret, nihil iuſtius faceres, quam* „*ſorte eligeres, cui dandum eſſet, quod dari utrique* „*poſſet: ſic in hominibus, quibus omnibus conſulere neque* „*n*

*o ſorte habendum eſt, prout quisque tibi colligatius tempo-
liter adhærere potuerit.*"

(2) *Diſſimulandum non eſt, Patres quosdam, cum divi-
ıs obligationem iuſtitiæ imponunt, indigentibus ſuccurren-
oratoria quadam exaggeratione uſos fuiſſe, quemadmo-
n animadvertit Benedictus P. XIV. de Synodo Diœceſana*
VII. C. II. n. 9. *Quapropter benigne quoad originem ob-
ationis explicandi ſunt Canones quidam:* uti C. paſce. 21.
t. LXXXVI. C. ſicut. 8. Diſt. XLVII. *Ad hoc neceſſitatis
contrectandi res alienas, conſumendi, vel perdendi refer-
oteſt lex Rhodia, qua cavetur, ut, ſi levandæ navis
tia iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſar-
ur, quod pro omnibus datum eſt.* L. 1. D. de leg. Rhodia
iactu. *Similiter aiunt, ſi ad cohibendum incendium cuius-
n ædes deſtruantur, damnum pro rata ſarciendum eſſe ab
quorum domus ob eam cauſam ſervatæ ſunt.*

§. XCIX.

Hactenus de iure neceſſitatis circa res alienas a-
m eſt; difficilior eſt diſquiſitio, quid in vitam alio-
n liceat, quando eius conſervatio cum iure no-
e conſervationis confligit. Certe directo invadere
ocentem, ſuique conſervationem alterius læſione
erere, repugnat naturali iuri; neque vero quis-
ım conſervationis iure abdicare ſeipſum poteſt, ut
eſtatem alteri ſui occidendi faciat. Sed enume-
di ſunt caſus quidam particulares:

1) Si ego natandi peritus cum altero natandi imperito in profundas aquas incidam, isque me circumplexus teneat, nec tantæ vires mihi ſuppetant, ut una mecum aquis valeam efferre; ius eſt, illum a me amoliendi, ne una peream. Similiter ſi tabulam uni duntaxat ſuffecturam occupavi, eamque extorquere nitatur alius, ſine iniuria eum repellam, etſi mergendum; neque enim eius mors a me intenditur, ſed conſervatio vitæ meæ. Milites inſequentem hoſtem fugientes, dum in caſtrum ſe quoddam coniiciunt, alios

 pau-

paulo tardiores clauſis portis, vel deiecto ponte ex cludunt, ſi aut hoſtis una penetraret, aut locus om nibus vel copia non ſit. Priores enim in poſſeſſio ne caſtri ſunt, ut qui prior tabulam occupavit; ne que tenentur cum ſuo diſcrimine & interitu conſer vare alios. Valet igitur, ſi par ſit utriusque condi ditio, tritum illud: prior tempore, prior iure; a tum quidem nec honoris, vel dignitatis prærogativ valet, niſi cum boni communis ratio habenda eſt.

(*b*) Quid? ſi in naufragio plures in ſcapham inſiliant quam illa ferat? an ſorte decidendum, qui proiici de beant? Si ſcapha ad unum ceu dominum pertinet is iure perfecto fruitur, ceteri imperfecto, quod prio ri cedit; quando ergo alios ſine certo ſuo pericu lo ſervare non poteſt, eos iure arcet, vel eiicit. S ſcapha eſt nullius, cedit priori occupanti, isque ſi dominus, ac eodem, ut ſupra, iure gaudet. Si de nique plurium communis eſt, ſorte putant decidi de bere, qui proiiciantur, ut adeo, qui ſortis pericu lum ſubire detrectaverit, tanquam qui omnium inte ritum quærat, extra ſortem præcipitari poſſit.

(*c*) Siquem robuſtior ſtricto enſe perſequatur, eidemqu fugienti in anguſta via obſtet alius; qui cedere, lo cumque fugæ dare aut non poſſit, aut non velit; erit ne ius, iſtum proterendi? R. Qui ex malitia cedere no lit, tanquam iniquus aggreſſor, directo impelli, a proſterni poteſt. Si fugæ interpoſitus cedere hau poſſit, ac ſpes ſit, eundem, etſi proſternatur, ſin vitæ diſcrimine ſervari poſſe; videtur poſſe proſte ni; cum eius periculum & incommodum longe mi nus ſit, ac fugientis, quem, ut ponitur, mors cer manet, ſi fugam ſiſtat. Ceterum ut ſupra dictum nemo conſervare ſeipſum cum certo aut probabilio periculo cædis alterius innocentis, vel magnæ læſio nis poteſt. Certa enim perfectaque obligatione nc lædendi alterum limitatur ius propriæ conſervationi illudque principium: ius ad finem dat ius ad media.

(*d*) Carnibus hominum a nobis non cæſorum veſci ſumma fame, & deficientibus aliis nutrimentis, m ſerandus quidem cibus, ſed tamen nefarius non e inquit Puſendorfius (1), addens hiſtoriam de ſepte

Br

Britannis, qui vaſtum in mare proiecti, deficiente cibo potuque, ſortiti unum, non ſane reluctantem iugularunt, cuius ſanguine intolerabilem ſitim, ac famem carnibus utcunque ſedaverunt, quos ad terram delatos poſt iudex homicidii abſolvit. At quidquid externo in foro actum eſt, pro interno directam innocentis cædem nemo facile probabit; cum ſi in mare quis proiicitur, aliqua tamen enatandi ſpes ipſi relinquatur. Debebant illæſo iure ſupremi Domini vitæ, ac necis eius implorare opem, eiusque ſeſe providentiæ committere.

(1) De Iure Naturæ & G. l. II. C. VI. n. 3.

§. C.

Reliquum eſt, ut de iure neceſſitatis, quæ ex iuſta aggreſſione provenit, quid natura concedat, ecipiat, aut vetet, ſtatuamus. Cumque totum ad iura connata pertineat, memoria repetenda it principia ſupra indicata. (1) Ac primo, cum de uſto aggreſſore vitæ agitur, multa diſſeri vulgo ent *de moderamine inculpatæ tutelæ*, quæ paucis rbis expreſſa ſunt ab Imperatore: *Si periculum ter effugere non potuit*, nempe invaſus. (2) Cum taen plura requirantur, ut locum habeat cruenta denſio, ea ad tria capita poſſunt revocari.

(*a*) Spectatur *cauſa*, nempe *iniuſta offenſio*, ex qua ab aggreſſore periculum vitæ imminet, ita ut is ſaltem re & conatu ſit nocens, etſi ob defectum rationis, aut errorem inculpabilem excuſetur a peccato, ut ſi milites invadant ſuos commilitones, quos pro hoſtibus habent: vel ſiquis naufrago arreptam iam tabulam eripit: vel ſi maritus deprehendens adulterum, iſtum parat occidere; aſſiſtet huic ius defenſionis cruentæ, non obſtante ſuo flagitio; quia maritus iure non gaudet, illum occidendi, etſi impune faceret in foro externo, ſi occideret. (3) Aliter loquendum de miniſtris

ſtris iuſtitiæ, aut iis omnibus, quibus legitima ſu mi Principis ſententia poteſtas data eſt occidendi b nitum vel proſcriptum. Contra hoſce enim rer dium cruentæ defenſionis locum non habet, quia *qui* aggreſſores non ſunt.

(*b*) *Punctum temporis* obſervandum, quo defenſio in defenſionis limites conſiſtit, nec in vindictam de nerat. Requiritur ergo periculum præſens, non turum, remotum, forte oriturum ob ſuſpiciones incertas formidines. Unde Quintilianus ait: *Quis ſtatuit unquam, aut cui concedi ſine ſummo omni periculo poteſt, ut eum occidat, a quo metuiſſe ſe cat, ne ipſe poſterius occideretur.* (4) Si liquidis diciis ſit exploratum, adverſarium machinari nece eiusque inferendæ occaſionem captare; ſatis tum q dem remotum periculum eſt præſertim in ſtatu ci li, quo alia fere remedia ſuppetunt, privatorum o frangendi, & conatus eludendi. Nec vero *præſ* periculum incumbit, quod depulſum iam eſt: qu do hoſtis abiecit arma, vim cohibuit, in fugam v ſus eſt. Quidquid enim tali caſu ſuſcipit invaſ ad vindictam pertinet, non defenſionem. (5) N tamen id volo, exſpectandum cuivis eſſe, dum verſarius cominus congrediatur, aut primum ict tentet. Quando enim in procinctu iam eſt, præſ temque conatum nocendi exerit; tum feriendo pr veniri poteſt. (6)

(*c*) Denique *modus defenſionis* teneri debet, qui peric ita reſpondeat, ut nec implorata aliorum ope, capeſſendo tutiorem locum, nec eludendo ictur nec ſolis minis, aut leviore vulnere, nec mutilatio incurſio repelli, & ſaluti conſuli poſſit. Ceſſat en his caſibus neceſſitas cruentæ defenſionis, quæ ul mum expediendæ ſalutis remedium eſt. In ſtatu vitatis contra furorem inimicorum ad tutelam ma ſtratus confugiendum eſt, niſi præſens periculum m ram adimat; neque etiam cuivis forti viro turpis deri fuga debet, quæ non ignavia fit, & abiectio animi, ſed civis & commilitonis ſervandi grat Quodſi effugio locus non patet, utique non tergu ræbendum ictibus opportunum, ſed pectus opp npendum aggreſſori eſt. Neque tam ratio habetur a

m

morum, quibus defenſio fit, quam quibus aggreſſio, eane fuerint, quibus mors aut lethale vulnus probabiliter inferri poterat. Præſens enim periculum moram non indulget ad paria arma convolandi. In foro externo, uti aggreſſio non præſumitur, ſed probari debet; ſic nec præſumitur defenſionis exceſſus; imo ſi conſtat de quodam exceſſu, uti cum necem infert, qui inferre vulnus non lethale poterat, & leviore plaga vim repellere, excuſationi locus eſt; quia provocatus ab aggreſſore, iuſto dolore commovente, non cenſetur vulnera potuiſſe ad menſuram dare, nec ob præſentem terrorem deliberandi facultatem habuiſſe; atque ita intra *terminos defenſionis* verſari quis poteſt, ſive *moderamine defenſionis* uti, etſi non utatur moderamine defenſionis *inculpatæ*.

(1) §. XV. lit. c. d. e. f.

(2) §. 2. Inſt. de leg. Aquilia.

(3) Generatim loquitur l. ſed & ſi. §. pr. D. ad leg. Aquil. „*Quemcunque alium ferro ſe petentem quis occiderit, non videbitur iniuria occidiſſe.*"

(4) Inſtit. l. V. C. 13.

(5) Ita docet Innocentius III. C. ſignificaſti 18. de homicidio: „*Quamvis vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittant; tamen id fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam.*"

(6) *Poteſtati ſupremæ civili ius præventionis paulo laxius vulgo tribuunt, ut arceat, vel depellat damna ab hoſte imminentia, cuius fines ante invadi ſolent, quam actum hoſtilem exercuerit; quia alia belli declinandi deſunt media, & quid reſpublica detrimenti capiat, aliter, niſi præveniendo, caveri non poteſt.*

§. CI.

Iuſtitiam internam cruentæ defenſionis ipſa natura, & amor cuiusque conſervandi ſeipſum, & naturales ſtimuli docent. Beſtiis quoque arma aut vi-

res, aut effugiendi celeritatem natura attribuit, qu ex periculo ſe expediant, vitamque tueantur. Ra tio ipſa eum ordinem caritatis probat, quo quisqu ſibi maxime conſulere in ancipiti diſcrimine poteſ neque ita parcere cogitur alienæ ſaluti, ut negliga ſuam. Ac ſacri Canones non uno loco obſervant vim vi repellere *omnibus legibus*, *omnibusque iuribu* permiſſum eſſe. (1) Quæ quidem auctoritas ſati oſtendit, nec evangelicis præceptis ſublatum eſſe cru entæ defenſionis remedium. (2) Qui de re certa ſtu dio volunt ambigere, tria fere obiiciunt, ſupremu Dei dominium, publicam tranquillitatem, privato rum caritatem: quæ paucis verbis expedienda ſun

(*a*) Solius quidem Dei propria eſt poteſtas vitæ ac ne cis; ſed idem conceſſit hominibus ius vitam cuſto diendi, mediisque naturæ eiusque ſtimulis conſenta neis ſervandi; quod quidem ius inane foret, ſi co gente neceſſitate, vi & armis locus non eſſet. I divino dominio æque vita eſt invadentis, & invaſi ſi alterutra perdenda eſt, nihil ei dominio repugna ut nocens præ innocente pereat, atque ut hic vitam propriam, quam peculiari cura tuendam accepit ip a Deo, alienæ præferat. Nihil habet cruenta defen ſio, quod divinæ perfectioni obeſſet, cum ſit exer citium iuris a Deo conceſſi, & attingat rem domi nio Dei ſubiectam, contra ac de mendacio dictum eſt ſupra.

(*b*) Siqua eo genere defenſionis perturbatio exiſtit in re publica humana, omnis culpa penes iniquum aggre ſorem eſt. Imo ſublato illo iure maior immineret per turbatio, quia maius, & frequentius periculum; cum vita optimi cuiusque, velut parata præda, hominibu improbis ac nefariis pateret, quorum audaciam ipſ impunitas augeret, quam iuſtæ defenſionis metus nun ſæpe cohibet.

(*c*

(c) Sine dubio naturale præceptum eſt, ut alios diligamus, ſicut nos ipſos; at cum dilectioni utrique erga alios & erga nos ipſos ſatisfieri minime poteſt, eo colliſionis caſu præceptum nullum eſt, ut ſua cuiusque dilectio dilectioni aliorum cedat. Prohibetur a natura effuſio ſanguinis, nempe iniuſta, quæ fit odio, vindicta, non ſervato moderamine defenſionis inculpatæ. Secus nec iudex ſceleratorum ſanguinem poſſet fundere. Cum ius defenſionis utpote connatum, omnibus æqualiter conveniat, ſibimet adſcribere debet iniquus aggreſſor, ſi quid incommodi inde habet. In quam ſententiam Iſocrates adverſus Callimachum dixit: *Nonne abſurdum eſt, iſtum in eo periculo a vobis petere miſericordiam, quod penes ipſum eſt, & in quod ſe ipſe coniecit, & quo etiam nunc liberari poteſt?* Dicunt: aggreſſor ſempiternis ſuppliciis addicitur, ſi ex hac vita repente exturbatur: poſcit autem caritatis ordo, ut minore malo meo, nempe iactura præſentis vitæ, redimam alterius malum multo maius, longeque graviſſimum, quale ſunt cruciatus æterni. Quæro, ſi iſtiusmodi latronibus parcitur, ideone evadent gehennam? Nec potius & ipſorum improbitas & damnatio creſcet, & aliorum temeritas, ut paria tentent, excitabitur? Utenti iure ſuo aliorum malitia obeſſe nec poteſt, nec debet; ſecus nec alieni a vera religione, ſi bellum inferant, repelli, & orco dari poſſent, neque a iudice capitali ſententia mactari, qui obſtinate in ſuo ſcelere perſeverat, quin ſalubri pænitentia vitæ æternæ conſulat.

(1) C. ſi vero. 3. de Sent. excommun. & C. ſignificaſti. 1. de homicid.

(2) *Henricus a S. Ignatio* Ethic. Amor. tom. II. l. X. V. c. 4. *ex affectato doctrinæ rigidæ ſtudio docet, non ſe licitum privata auctoritate occidere iniuſtum invaſorem tæ: hancque doctrinam eſſe evangelicam, apoſtolicam & riſtianam putat. At enim Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero nſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, nunquam iusmodi legem vetantem agnovit; quod ſatis eſſe debet homini catholico. De naturali cruentæ defenſionis iure agunt* eſſius de I. & I. l. II. c. IX. dubitatione 8. Molina tract. I. Diſp. II. Pufendorf. de. I. N. & G. l. II. c. V. §. 1.

§. CII.

Sunt, qui non conceſſam modo a natura, ſe[d] præceptam quoque violentam defenſionem vo[lunt], idque ex ſtimulis naturæ & ſenſu doloris [&] horrore necis, vindictæ ardore colligunt. Dico [posse] fieri poſſe, ut cuipiam præcepta ſit ſui defenſio, no[n] tam ſui, quam aliorum cauſa, quibus is ſingula[ri] nexu adſtrictus eſt, & conſulere debet, ut *prim[o]* ſiquis ex pacto, vi ſtatus aut officii ab aliis vim a[c] necem arcere debet; quod facere non poteſt, ni[ſi] a ſe primo arceat. *Secundo* ſi ex unius ſalute & in[columitate] columitate ſalus multorum pendet, locumque habe[t] illud Senecæ: *Vitam tibi ipſi ſi negas, multis nega[s]* quod contingere poteſt in patrefamilias, Duc[e] Bellico, Principe. Sed hæc ſingularia ſunt, uti [&] illud, quod contra iſtiusmodi aggreſſorem habit[a] ratione boni publici aliquando etiam ipſum ius de[fenſionis] fenſionis ceſſet. Generatim cruenta defenſio quantumvis conceſſa, non ob eam cauſam iure na[turali] turali præcepta eſt; nam finis mere naturalis, qua[lis] lis eſt vitæ præſentis conſervatio, vel maxime gr[a]dus ſuos habet & limites. Igitur ſecundum natura[les] les leges de ordine finium poſtponi aliquand[o] poteſt alteri fini præſtantiori, qui in bono mora[lis] virtutis & inſignis caritatis ſitus eſt; ſi pro amic[o] mori fas eſt, & honeſtum, idque etiam non mod[o] celebratum fuit ab Ethnicis, ſed etiam commenda[tum] tum evangelicis inſtitutis; (1) cogitandum eſt, aggre[ſſor]

ris etiam iniqui vitam non minus bonum eſſe, vitam amici; & caritatem eo nobiliorem eſſe, uo illa ab omni labe proprii commodi & oſtenta-onis defæcatior eſt. Ex ſtimulis, quos memo-int, ius defenſionis colligi poſſe aio, obligationem, ego. Inſiti ſunt enim hominibus motus etiam ommiſerationis, caritatis, ſingularis virtutis. Si ablato defenſionis iure miſera eſſet hominum con-itio; eadem non minus ob hoc felix eſt, quod ob liorum commodum & ſalutem, ſtudiumque pro-riæ virtutis ac perfectionis illo iure cedere poſſit. rdo caritatis concedit is quidem conſervationem i ipſius præferre conſervationi aliorum, nec tamen ontinuo præcepta iactanda ſunt, niſi ceſſatio eius ris in aliorum, publicumque detrimentum verge-t. Ex his concludes:

(*a*) Defenſio cruenta contra iniquum aggreſſorem generatim conceſſa eſt hominibus, non præcepta.

(*b*) Fieri poteſt, ut ob ſingularia adiuncta præcepta ſit, & ſub obligationem cadat.

(*c*) Denique ſi boni publici ac communis ratio eiusdem iuris uſui adverſetur, ius iſtuc in actu ſecundo impediri, vel ſuſpendi vel ceſſare poteſt, ut illicita ac prohibita ſit cruenta defenſio.

(1) *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam* *nat quis pro amicis ſuis.* Ioan. XV. 13.

§. CIII.

Membrorum integritas, ſtatus liber a conditione rvili, pudicitia, in numero ſunt *naturalium* bono-rum,

rum, ſed eiusmodi, ut non multo ipſa vita cenſean-tur inferiora, eidemque ab hominibus paſſim exæquentur; cum præſertim membra lædi ſine vitæ di-ſcrimine vix poſſint, nec vulnera dari ad menſuram pudicitia tanto pluris valet, quod nulla reparabili arte ſit. Quanti libertas fiat, non modo ſenſa ex-celſarum mentium, ſed populorum palam facit. Ol hasce cauſas vix ambigi poteſt, quin ius connatum ea bona conſervandi cum iure ſecuritatis, ac cruen-tæ defenſionis a natura coniunctum fuerit. Deſpe-ratio quidem conſervandi iſtiusmodi bona, vel amiſ-ſorum dolor poteſtatem non præbet homini ſeme interimendi: ſed nihil, quod dominio ſummi De repugnat, ex violenta eorundem defenſione ab eo-dem conceſſa inferri poteſt.

§. CIV.

De bonis fortunæ maior controverſia eſt, utrum-ne defendi cum nece raptoris aut furis poſſint, aliter certo peritura ſint. In qua re alii hominum labores pro comparandis ac conſervandis extern bonis, ac neceſſitatem iſtorum pro ſuſtentanda vit exaggerant: alii contra nimiam vitæ, & bonorum inæqualitatem obtendunt, neque proportionem eſſ dicunt inter hominis vitam, ac fortunas. Segre-gandos puto caſus diverſos;

(a) Locum habet cruenta defenſio, quando iactura bo-norum in extremam neceſſitatem redigeret ſpoliatos ut ſiquis navigantibus alimenta rapere aggrediatur tu-

tum enim non tam in fortunas, quam vitam ſit aggreſſio.

b) Siquid noſtrum non eſt, niſi ſpe, & iure quodam inchoato, id defendi cum nece aggreſſoris non poteſt. In ſtatu quidem naturali transactio, vel quodvis remedium lenius ſuppetit; in civili via iuris. Cum homines cupiditate, ſpe, ac metu occœcati nunc hos, nunc illos obſtare ſibi ac fortunæ ſuæ putent; quanta perturbationum ac cædium foret occaſio, ſi in vitam adverſantium graſſari poſſent? (1)

c) Si certum ſit ius bonorum, ac dominium, non continuo quævis eorum pars, quæ ad gravem noxam raptoris ſatis eſt, ad violentam quoque defenſionem ſufficit, ac iuſte damnata eſt theſis: *Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.* (2) Nullo igitur modo ſuſtineri poteſt, quod Pufendorfius in hanc illimitate ſcripſit ſententiam; *Certum eſt, non fieri iniuriam ei, qui, dum alterius res raptum aut perditum it, occiditur, etſi alias iſtæ res vitæ hominis æquiparari nequeant. Nam in ſtatu quidem naturali, qui iniuriam qualemcunque dolo malo intentat, hoſtis evadit; qui, quo minus extrema quæque patiatur, nullo iure, quod in ipſo hæreat, munitur. Et cum alter non plus iuris ad res meas, quam vitam eripiendam habeat, non minus poteſtatis mihi ad illas, quam hanc defendendam competet. Quin cum citra res vita noſtra non poſſit ſervari, hanc quoque conſequenter impugnat, qui illis me ſpoliare nititur.* (3) At enim quam facile intelligi poteſt, eiusmodi fieri poſſe iacturam bonorum, quæ neceſſitatem extremam non afferat homini, ſed commoda duntaxat quædam vel ſolatia humanæ vitæ eripiat.

d) Rapienti rem meam iure ferrum & arma opponam cum minis, ut deſiſtat: ac ſi is pariter arma exerat, non iam rei, ſed perſonæ, eiusque vitæ ac membrorum aggreſſor exiſtimatur. Ac quotiescunque defenſio ac recuperatio bonorum cum vitæ aut membrorum periculo coniuncta eſt, non dubitant, eſſe iuſtam occiſionem; unde furem diurnum, qui ſe telo defenderit, aut nocturnum quemcunque interfici poſſe vulgo cenſent, eo quod ignoretur, quo animo, aut quibus armis inſtructus veniat. Iurisconſultus Gaius ita inquit:

Lex

Lex 12. *tabularum furem noctu deprehenſum occider permittit: ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetu. Interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi ſe telo defendat: ut tamen æque cum clamore teſtifica tur.* (4) Clamor exigitur, tum ut vicini in teſtimoniu vocentur, tum ut ipſe fur clamore deterritus fuga capiat; quo modo ſi abigi poteſt ſalvis rebus, aut includi, vel ſine periculo apprehendi, nefas eſt a arma venire. (5)

(*e*) In ſtatu civitatis ius defenſionis magnopere reſtrictu eſt; quapropter ſi ſpes affulget conſervandi vel recu perandi res ſuas ope iudicis, privata authoritate in ra ptorem ſævire non licet.

(*f*) Quid vero, ſi nulla iſtiusmodi ſpes affulgeat: ſi bo norum rapinæ nullum vitæ ac corporis periculu adiunctum ſit: ac ſi iactura tanta ſit, quæ non in ex tremam quidem, ſed gravem tamen neceſſitatem co iiciat ſpoliatum, ut ex honeſto vitæ genere ad men dicitatem deturbetur, qui ſpoliatus eſt; iuſtane cen ſenda erit defenſio bonorum cruenta? Hugo Groti ita diſſerit: *Si tunicam, & pallium deſeri iub Chriſtus, & Paulus damnum aliquod iniuſtum tolera potius, quam litigari, quæ incruenta contentio eſt quanto magis vult res etiam momenti maioris deſe potius, quam interfici a nobis hominem Dei effigiem eodem nobiscum ſanguine ortum ? - - Et quamqua hodie omnes ferme tam Icti, quam Theologi doceant recte hominem a nobis interfici poſſe rerum defendenda rum cauſa, etiam extra eos fines, in quibus lex Mo & Romana id permittit, puta, ſi fur iam re accept fugiat; tamen quin ea, quam protulimus, ſententi veterum Chriſtianorum fuerit, non dubitamus. - Nimirum in hac materia, ut in aliis multis, cu tempore laxata eſt diſciplina, & paulatim interpreta tio legis evangelicæ cœpit ad ſæculi mores accomm dari.* (6) Ita Grotius, cuius gloſſator Gronovius hæ ſubnectit: *Rurſus inculcat Grotius evangelicæ legis per fectionem; quaſi perfectio evangelica ſit, demere metu graſſatoribus nocturnis, & exponere bonos facinoroſ rum impunitiori audaciæ.* De conſilio quidem, ac per fectionis ſtudio, quæ extra obligationis neceſſitate eſt, non agitur hoc loco: leges Romanæ, quæ d nocturno fure, aut diurno, qui ſe telo defendit

ſta

ſtatuunt, hunc, quem ſpectamus caſum, haud attingunt. Caritas indigentiæ proximi ſubvenire nos iubet, indulgere malitiæ non iubet. Suſpenduntur fures auctoritate publica, non quod vitam hominibus, ſed quod bona abſtulerint. Pleraque bella geri conſtat, non quod aliis vita, ſed res eripiatur; ac ridiculus haberetur hoſtis, inquit Pufendorfius loco cit. qui ne telis peteretur, proteſtari vellet, quod ad res duntaxat rapiendas veniat. Si nulla inter vitam raptoris, ac bona fortunæ proportio eſt, eo prorſus modo, ac ſenſu, quo nulla inter opera naturæ, & gratiam ſupernaturalem, vel inter rem ſpiritualem ac pretium temporale proportio intelligi poteſt; tum vero, quanta quanta ſit bonorum rapina, nulla unquam efficietur proportio, eruntque æque bella gentium, ac ſupplicia furum prohibita; cum nulla cogitari unquam poſſet proportio.

(1) Conf. propoſitio 32. & 33. inter damnatas ab Innoc. XI.

(2) Propoſ. 31.

(3) De I. N. & G. l. II. c. V. n. 16.

(4) L. itaque 4. §. 1. D. ad leg. aquil.

(5) De clamore mentionem non facit ius divinum V. Exod. XXII. 2.

(6) De I. B. & P. L. II. c. I. §. 13.

§. CV.

Quemadmodum cuivis ius a natura tributum eſt conſervandæ exiſtimationis, famæ, honoris, quæque his contraria ſunt, avertendi, ac repellendi; ſic et ius defenſionis, ſi eadem impetantur a malignis hominibus, adiunctum eſt. Illud duntaxat ambigitur; quæ ſit veræ defenſionis ratio, ſive quod aptum, aut neceſſarium nominis ac honoris tuendi medium

cen-

cenſeri poſſit; non ſola refutatio calumniæ, auct
ritas teſtium, tribunal iudicis in ſtatu civitatis, ſe
etiam occiſio calumniatoris, ac monomachia, ſe
duellum? Inprimis qui diverſi incidere caſus po
ſunt, inter ſeſe diſtinguendi ſunt:

(*a*) Pone inimicum calumniam tibi ſtruere, & ita ſtruer
ut eius declinandæ via nulla appareat, utque hon
tuus graviſſime periclitetur; aut fac eum tibi cont
meliam parare, imo inferre, impingere alapam, fuſ
percutere, tumque celeriter diffugere; eritne fas h
noris invaſorem occidere? anne tum iuſtæ defenſio
rationem habebit? Negandi rationes infra diſcuti
mus; nunc ſatis eſt monuiſſe, Eccleſiam, quæ
columna & firmamentum veritatis, plures theſ
condemnaſſe huc pertinentes, nemp. prop. 17. int
damnatas ab Alexandro P. VII. & prop. 30. int
damnatas ab Innocentio P. XI.

(*b*) Fieri poteſt, ut a falſo accuſatore, falſis teſtibu
iniquo iudice præter calumniam etiam iniuſta ſente
tia ac grave damnum immineat, cuius evadendi v
non patet innocenti, niſi eos, vel eorum quempia
occidat. Nefas eſſe ita occidere, patet ex propoſitio
18. inter damnatas ab Alexandro P. VII. multo eti
magis, ſi non de re ſua iniuſte amittenda, ſed a
primum acquirenda agitur. Prop. 32. & 33. inter damn
tas ab Innocentio P. XI.

(*c*) Si vir equeſtris periculum ſubeat, ne pro ignav
& timido habeatur, niſi acceptet duellum, ad qu
provocatus eſt; conſervandæ famæ cauſa licebit
acceptare? Non licebit. Prop. 2. inter damnatas
Alex. P. VII.

(*d*) Siquis non modo famæ periculum ſubeat, ſed o
cio, quo ſe ſuosque ſuſtentat, certo privandus e
niſi offerat vel acceptet duellum? Nonne licel
offerre vel acceptare ad ſervandas cum honore fort
nas? Non licebit. Prop. I. inter damnatas a Bene
cto XIV. in conſt. *deteſtabilem.*

e) Siquis idem honoris ac fortunarum periculum ſubire cogeretur in ſtatu naturali, ita ut nullo alio remedio, niſi acceptando vel offerendo duellum, earum iacturam propulſare poſſet: aut ſi tale periculum ſubiret in ſtatu civitatis male ordinatæ, in qua nimirum vel negligentia vel malitia Magiſtratus, iuſtitia aperte denegatur; eritne etiam tum acceptare duellum, vel offerre nefas? omnino. Prop. 4 & 5. ibid.

f) Anne in eiusmodi honoris diſcrimine nec ſimulato acceptare, vel offerre duellum fas erit; quando certo ſcitur, pugnam non eſſe ſecuturam, utpote impediendam ab aliis? fas non erit. Prop. 2. ib.

§. CVI.

Indicata caſuum varietate, vel propoſito ſcopo, › pertineant, quæ deinceps expoſituri ſumus, no- duelli evolvi debet, eiusque variæ ſpecies enu- rari, quæ a præſenti tractatione disiungendæ ſunt. ellum igitur, græce *Monomachia* eſt pugna ſin- aris ab utraque parte ſponte ſuſcepta *ex condicto*, : *deſignato loco & tempore* cum armis ad graviter nerandum, vel occidendum aptis. Unde differt *ixa extemporanea*, quæ fit, dum quidam repenti- animi æſtu arma ſtringunt, ſeſeque mutuo inſe- ntur in continenti, non ex compoſito, nec con- ıto loco quodam vel tempore. Duelli ſpecies ıt ſequentes:

a) Apud Græcos & Romanos duella committebantur ſolius roboris oſtentandi cauſa; ſed ut Conſtantinus M. edixit, *cruenta ſpectacula in otio civili, & domeſtica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores eſſe prohibemus.* (1)

b) Habentur exempla paucorum pugnantium, ut toti exercitui parceretur; idque genus conficiendi belli

optabile putant, modo ſpes certior victoriæ ex prælio obtinendæ non commutetur cum incerto duelli eventu. Singulare fuit duellum inter Goliathum ac Davidem. (2)

(*c*) Uſitatiſſimum fuit olim duellum iudiciale, non tantum in dubia quæſtione facti, ſed etiam iuris; ac credebatur præcipue in quæſtione facti Deus ipſe eventum moderari, etiam in cauſis mulierum ac clericorum, qui iſtuc certamen inibant per procuratorem. Ad quem abuſum tollendum inſerta eſt decretalibus rubrica, *de Clericis pugnantibus in duello.* (3)

(*d*) Offerebatur nonnunquam duellum ad confirmandam dictorum veritatem. Etſi vero eiusmodi duella ſcuto & fuſte facta fuerint; vix tamen ſine ſanguine interdum etiam non ſine cæde pugnabatur. (4)

(*e*) Poſt damnata a SS. Patribus, & per leges civiles abolita cruenta ſpectacula convenire ex condicto ſolebant Nobiles, atque ad virium & animi oſtentationem congredi; cum vero ſummi Pontifices & concilia deprehenderent, mortes hominum & animarum pericula inde conſequi, ſeveris interdictis iſtiusmodi congreſſus prohibiti ſunt, negata etiam eccleſiaſtica ſepultura iis, qui in tali certamine obiiſſent. Huc revocari poſſunt agitationes taurorum, de quibus ſupra

(*f*) Hodie vero ſuſcipiuntur duella ad vindicandum honorem, & privata cauſa atque auctoritate, ſæpe adhibita certa forma, & ſolemnitate, miſſis chartis provocatoriis, adhibitis patrinis, ut vocant, profanato nomine, invitatis ſpectatoribus, adiuncto etiam procuratore, quem *Campionem* dicunt; & plerumque in *Campo franco* ſecuritatem præſtante; ut ſic plures animæ uno luſu ac certamine diabolico implicentur. Iſtiusmodi *publicum*, vel *ſolemne* duellum vocant cui opponunt *privatum*, quod fit ſine iſtiusmodi adparatu ac ceremoniis, adhibitis tamen patrinis, quos *ſecundantes* vocant, qui teſtes eſſe debeant pugnæ ſecundum leges peractæ. (5)

(1) l. unic. de gladiatoribus penitus tollendis.

(2)

(2) I. Reg. XVII.

(3) Vid. Celeberrimus P. Franc. Xav. Zech de Iudiciis criminal. §. 365. Unde aliud iudiciale duellum vocant, aliud extraiudiciale.

(4) Idem loco cit.

(5) *Præter pugnandi leges etiam exceptiones ſtatuerunt vocationi obſtantes.* Ibid. §. 364.

§. CVII.

Duellum non eſt aptum medium defendendi famam honorem, nec omnino rationem defenſionis habet. Analyſin huius theſeos ſequentia capita palam facient.

a) Violenta defenſio fit, cum quis vi exerta impedit, ne malum inferatur, aut bonum auferatur, vel cum vi exerta in continenti recuperatur bonum ablatum, repellitur malum illatum. Fac in ignominiam tuam a quopiam dictum aliquid, aut factum fuiſſe, ceu iactum convicium, pugnum incuſſum. Etſi vim omnem exeras; tamen, ut dictum non ſit, ut factum non ſit, quod iam dictum, & factum eſt, vi nulla efficies; quæ igitur defenſio tua eſt? ſi impacta eſt plaga, & hoſtis ceſſat, vel fugam capit; non defenſio, ſed vindicta eſt, quando eum vi inſequeris, percutis, ſternis. Si puella delibato iam flore pudicitiæ procum mactat, non pudicitiam defendit, ſed iniuriam ulciſcitur. Sat communis ea ſententia eſt, invaſorem pudicitiæ ferro repelli poſſe, tum quod ipſa invaſio periculum peccati afferat, tum quod integritatem lædat, tum quod decorem auferat nulla arte reparandum. Sed quis unquam ius attribuit puellæ, quæ ſtuprum paſſa eſt, quo complicem ſua auctoritate poſtea interimere poſſit? aut ſi interimat; quis eam defenſionem dicet, non vindictam? Defenſio fit præſentis periculi depellendi cauſa; ſiqua e. g. calumnia nondum illata eſt; quod præſens periculum depellitur? quis ſcit, alios calumniatori fidem habituros? Si illata iam eſt, an cædes calumniatoris eam purgabit? ferrum ſtringere etiam nocens poteſt, ac præ innocente ſtringendi cauſam habet. Quid igitur, ſi cædes criminis te-

gendi cauſa facta putetur? an exturbato ex vita calumniatore fama continuo redibit? an ſanguis abſterget labem, anne potius peiorem ac novam inuret?

(*b*) Siquis contumeliam re aut verbo illatam patienter fert, ac diſſimulat; putant, alios homines, qui id coram ſpectarunt, vel narrando acceperunt, exiſtimationem abiecturos: putant offenſi famam, & honorem apud alios ſubire periculum: ni is provocet ad duellum, infamem fore & habendum eſſe ab omnibus, tanquam ignavum, nullius animi, ad res fortiter gerendas ineptum; hinc legem ſtatuerunt: *ſi contumelia fit, provocandum eſt; ſi provocatio, condicendum.* Quis, obſecro, ita ſentit; quis ita loquitur? anne viri ſapientes, qui rationem ſequuntur, qui veritati inhiant, qui popularem ſtultitiam norunt, qui animi perturbationes cohibent, qui hominum temeritatem in iudicando, qui cœcitatem & inſaniam exploratam habent, nec ab aura plebis, aut furioſorum pendent? Summi Principes integrum & illæſum volunt honorem Ducum, Nobilium, Subditorum ſuorum; atque iidem ſeveriſſimis edictis duella prohibent; igitur ad tuendum honorem neceſſe non eſt, eam legem ſequi. Exiſtimatio nominis & fama in iudicio hominum de perfectione cuiusdam ſita eſt; ſi hominum iudicia diſcrepant, uti fit ſæpenumero, paucorum forte perverſorum opinioni ſenſa, & mores accommodari debebunt? Conſtitutiones quidem Eccleſiæ duellorum uſum fabricante diabolo, & a barbaris hominibus invectum dicunt; atque ita pariter ſentiunt viri quique ſapientiſſimi, doctiſſimi, graviſſimique; quæ eſt igitur iſta lex, quæ ratio tuendi exiſtimationem, famam, honorem? tantine apud virum cordatum valere debent improborum iudicia, ut ſe illis cœce ſubiiciat abiecto animo: ut humanitatis iura in eorum gratiam conculcet, ipſam humanitatem exuat, vitam ac membra ſua, & adverſarii præſentiſſimo diſcrimini obiiciat, eique velut idolo vaniſſimæ opinionis immolet? Sic nempe homines, qui ſanctiſſimas Magiſtratuum, Eccleſiæ, ipſius Dei leges excutere nituntur, tanquam libertati ſuæ adverſas, & moleſtas nimium; iidem tyrannicis quorundam furioſorum legibus tanquam iugo colla ſponte ſubmittunt, moresque

& leves ac temerarias opiniones pro norma ſentiendi, vivendi, pereundi habent. (1)

c) Iſthæc lex: *ſi contumelia ſit, provocandum eſt: ſi provocatio, condicendum*; apertiſſime obeſt ſupremo Dei dominio in vitam, mortemque hominum, obeſt naturali erga ſeipſum, & alios caritatis præcepto, obeſt iuribus uxoris, familiæ, reipublicæ, quibus & provocans & provocatus arctiſſimo nexu fere adſtrictus eſt. Fac enim, te contumeliam accepiſſe, aut feciſſe alteri; ad conſervandum nomen & honorem continuo neceſſarium erit, vel offerre duellum, vel oblatum acceptare, vitamque & membra vulneribus ac morti exponere? in tua igitur, vel alterius poteſtate eſt, uti voculam proferre minus honorificam, ſic contra dominium ſummi Dei, contra naturalis caritatis præceptum, contra ius uxoris in maritum, ius liberorum in parentem, ius reipublicæ in ſubditum, qui iure conſervari volunt eum, quem ſibi ſuisque commodis adſtrictum tenent, vitam ſuam & incolumitatem prodigere, alienam extinguere.

(1) *Homines præter naturæ ac religionis leges ſibimet ...ıs innumerabiles, ac ſæpe etiam duriores imponunt ex mo...us & opinionibus receptis; cuiusmodi ſunt, quæ in veſti..., ſalutationibus, conſuetudine mutua verſantur; in quo ...ere quædam probanda ſunt, plura ferenda: non pauca ...rehendenda, uti ſunt leges de luxu, prodigalitate, tuen... honore, ſumenda vindicta, ipſa etiam ratione educandi ...ros, ac norma ſentiendi in negotio religionis, ac ſalu... Mirum eſt, quanta virtuti impedimenta ponat, quantam ...probitati licentiam præbeat peccandi mos; ut ſæpe locum ...eat illud Cypriani Epiſt. 2. ad Donatum: „Eſſe iam ...ter nocentes innoxium crimen eſt. Malos, quisquis non ...nitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cœpit lici...m eſſe, quod publicum eſt.“*

§. CVIII.

Duellum repugnat naturali iuri; quia ineptiſſimum ...fendendæ exiſtimationis, famæ, honoris medium ...:, ſtolida falſaque nixum opinione, & in ſummum

præiudicium vergens ſupremi Dei dominii, iurium que, quibus alii gaudent. Concludes ſequentia:

(*a*) Si omiſſo aut recuſato duello fortunarum, aut mu neris iactura fit, hæc ipſa ſecundum hominum mo res ex amiſſo honore, vel contracta infamia ſeque retur; cum duellum nec honorem reparet, nec inf miam deleat; conſequens eſt, ut etiam ineptum ſi medium ad fortunas defendendas. Iactura iſtiusmo di bonorum improbitati hominum erit adſcribend ob quam naturæ leges conculcari nequeunt; cogita dum cuivis eſt, innumerabiles alios eſſe homines hoc orbe, qui imbecillitate virium propriarum, præpotentia alienæ iniquitatis ingentes calamitat patiuntur, ad quas depellendas uti non licet medi per ſeſe ineptis & iniuſtis. Quapropter diſtinctio i ter duellum vindex honoris, & vindex fortunaru ad eludendas leges, remque apertam obſcurandam adinventa.

(*b*) Similiter naturali legi repugnat duellum ea conditi ne mitiori, ut apparet, initum, ut inflicto alicu vulnere, certove numero ictuum a pugna deſiſtatu neque enim aut vulneratio aptum eſt medium hon ris reparandi, neque præſens periculum lethalis vu neris abeſſe poteſt; cum, ut ſupra adnotatum e nec ipſa vulnera ad menſuram dari poſſint, & a mis incitatis ipſo æſtu, atque exulceratis facile co tingat, ut pactionis limites prætergreſſi alter in terius cædem graſſentur. Hinc arreptis armis ad r candum aptis ea etiam, quæ non *fatalia* audire ſole prohibita duella ſunt.

(*c*) Qui ficte & ſimulato condicunt, vel cum opinio certa, pugnam ab aliis impediendam fore, niſi ipſa re, & adiunctis iocus pateat, æque in leg naturæ peccant, ac qui in fornicationem, vel adu terium darent conſenſum excluſo animo re ipſa patra di. Ex hoc igitur capite præter alia iure damnata a Benedicto P. XIV. propoſitio 2. cit. conſtitutione.

(*d*) Cum pugna ex condicto, & pacto convento fiat, quo uterque contrahens æque perſona eſt primari hi

hinc non is modo, qui duellum offert, verum & qui acceptat, aggreſſor vitæ eſt, neuter defenſor honoris: uterque igitur ad ſarcienda iniuſta damna ex alterius nece provenientia obligatur: uti & is, qui operam præſtat efficacem, ex quo duellum vel alterius occiſio conſequitur. (1)

(1) *Anno* 1751. *eruditiſſimum de duello tractatum edide- P. Daniel Stadler S. I., qui tum Sereniſſ. S. R. I. Prin- i Electori, Bavariæ Duci Maximiliano Ioſepho a confeſ- ibus erat; in eo tractatu cum humanitus quidpiam, ut re difficili, paſſus eſſet auctor, tota Benedicti P. XIV. ſtitutio, anno poſteriore* 1752. *emiſſa, contra eum tracta- n directa dicebatur ab hominibus malevolis, multis paſſim minationibus in eundem, eiusque ordinem adiectis. Igi- tuendi honoris & ſolatii cauſa literas dedit auctor ad nedictum P. XIV., ceu communem fidelium patrem, ac li- atorum Patronum ſummum; qui reſponſum miſit apoſto- e benignitatis pleniſſimum. Lectoribus non ingratum fore itror, ſi eas literas ex pagella typis impreſſa Monachii* 1753. *typis Franc. Ioh. Thuille adcurate exſcribam. Au- r tractatus inter alia ſic ſcripſerat: „Dum Sua Sancti- s conſtitutionem recenter editam per Societatis noſtræ Pres- yterum ad me mittere dignata eſt, novo argumento pa- rnam ſuam erga me clementiam demonſtravit. Ex ea nſtitutione non ſolum cognovi, a quibus propoſitionibus oſthac abſtinendum ſit, ſed una & mentem Sanctitatis Suæ ferri intellexi, ne quis exiſtimet, uſum duellorum ulla atione tolerari poſſe. Quidquid igitur in meo tractatu aut uic ſapientiſſimæ menti non ſatis conſonum, aut illis dam- atispropoſitionibus affine fuit, ex animo reiicio, pariter ſtri- us futurus poſthac in hac materia. - - - Illud tamen excuſare e poteſt, quod potiſſima auctorum pars, Layman, Spo- er, Reiffenſtuel, Pichler, Caraſa, Milante, plurimique i non ita rigidi fuerint, rectique tenaces, ac ego, qui ſo- iacturæ ſuſtentationis neceſſariæ, coniunctæ cum aperte enegata iuſtitia, duelli licentiam alligavi. Itaque non im- erito animum meum affligit, quod paſſim, etiam in no- ellis publicis, tum Venetis, tum Germanicis liber meus in- igitetur tanquam errorum omnium latibulum. Occaſione ac utuntur æmuli, quales in aulis ferme nunquam deſunt onfeſſario, Principem ſuum obfirmanti in virtutis ſemita ontra homines noxios. Exiſtimationem demere ſi non oſſunt, atterunt ſaltem, dum leviter theologia tinctum præ-*

„dicant conſcientiæ arbitrum. Calamo me facile vindicare[illegible]
„at abſtinui hactenus, eoquod dubitarem, an id Sanctit[illegible]
„Suæ probaretur.“ - - - Epiſtola ſummi Pontificis ad A[illegible]
ctorem.

„Benedictus P. P. XIV. Dilecte Fili, ſalutem & apoſ[illegible]
„licam Benedictionem. Religioſæ ac filiali tuæ erga Apoſ[illegible]
„licam Sedem obedientiæ laudi vertimus, quod conſtitut[illegible]
„nem Noſtram adverſus duellorum abuſum, ac propoſitio[illegible]
„nonnullas eisdem faventes, non æquanimiter ſolum, ac [illegible]
„vereter exceperis, ſed mentem Noſtram ita ſis aſſecut[illegible]
„ut præconceptas opiniones ſtatim reieceris, & ad prop[illegible]
„gnandas, docendasque ſaniores ſententias egregie te co[illegible]
„paratum exhibeas Quicunque præiudiciis vacuum ad pr[illegible]
„fatam conſtitutionem Noſtram animum adiecerit, luce c[illegible]
„rius perſpiciet, id unum nobis propoſitum fuiſſe, ut om[illegible]
„duellis patrocinium eriperemus, quod catholici, ac pr[illegible]
„cæteroquin Doctores, etiam ante opus a te vulgatum, p[illegible]
„lo indulgentius ac laxius iisdem præſtiterunt. Quare non t[illegible]
„operis tui ſententias, quam ab aliis traditas opiniones in ex[illegible]
„men adductas auctoritate Noſtra proſcripſimus. Prima enim[illegible]
„damnatis opinionibus eſt Patris Reiffenſtuel Ordinis Minoru[illegible]
„ſecunda Patris Sporer Ord. Recoll., & tertia Patris Mila[illegible]
„Ordinis Prædicatorum. Quem quidem delectum eo etiam c[illegible]
„ſilio habuimus, ne in te unum diſtricta videretur cenſura, [illegible]
„facile omnes intelligerent, nullam eſſe apud Nos in verit[illegible]
„aſſerenda perſonarum, Inſtitutorumque acceptionem. [illegible]
„terum ut famæ atque exiſtimationi tuæ paterno ſtudio c[illegible]
„ſuleremus, latam a ſacra Indicis Congregatione libri [illegible]
„proſcriptionem ſuſpendimus, atque inter damnatos aut[illegible]
„res nomen tuum referri minime permiſimus. Hæc aute[illegible]
„ſi tecum ipſe diligenter reputaveris, quæ de te falſo in v[illegible]
„gus iactantur, non diſſimulabis ſolum, ut gravem decet [illegible]
„prudentem virum, ſed plane contemnes. Vinces porro [illegible]
„loquentium æmulorum invidiam, tum rei per ſe perſpe[illegible]
„veritate, tum Noſtro, aliorumque præclare de te ſenti[illegible]
„tium iudicio. Neque ad elevandam vel minuendam, qu[illegible]
„apud optimum Principem iniiſti gratiam, inanes præva[illegible]
„bunt obtrectationes, ſi pergas, ut facis, religioſæ vitæ co[illegible]
„verſatione, optimisque ſtudiis, ac laboribus de chriſtia[illegible]
„Republica bene mereri. Ita enim fiet, ut, quam ap[illegible]
„æquos rerum æſtimatores acquiſiſti, doctrinæ ac probita[illegible]
„laudem conſtanter tuearis, Noſtrumque magis demerea[illegible]
„præſidium, quod tibi nunquam defuturum pollicemur; [illegible]

ei-

„eiusque pignus Apoſtolicam benedictionem tibi amanter im-„pertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem „die 3. Martii 1753. Pontificatus Noſtri anno decimo tertio.

CAPUT XIV.

Uti pleraque hominum negotia, ſic & plurima officia verſantur circa res externas ad vitæ humanæ neceſſitatem, commoditatem & honeſtam iucunditatem conditas.

ARGUMENTUM.

§. CIX. Primæva communio rerum; CX. iure ſublata eſt. CXI. Notio dominii. CXII. conſectaria. CXIII. Modus acquirendi. CXIV. occupatio. CXV. acceſſio. CXVI. Reliquiæ communionis primævæ. CXVII. ius reſiduum ex primæva cnmmunione. CXVIII. modi acquirendi derivativi. CXIX. vis ultimarum voluntatum non eſt a natura: CXX. ſed lege poſitiva. CXXI. Succeſſio ab inteſtato, CXXII. propior eſt naturali legi. CXXIII. dominium interimiſticum. CXXIV. Iura & obligationes poſſeſſoris bonæ fidei. CXXV. obligationes poſſeſſoris malæ fidei. CXXVI. Uſucapio an natura transferat dominium. CXXVII. Delicta contra iura dominii & poſſeſſionis.

§. CIX.

Cum iure conſervandi vitam coniunctum eſt ius utendi externis rebus ad vitæ conſervationem neceſſariis; in hunc enim finem a Deo conditæ ſunt. (1) Conſervationis autem nomine non dura tantum neceſſitas, ſed commoditas quædam vitæ & honeſta iucunditas venit; neque enim parce nobis providit Deus, ſed inſtar optimi patrisfamilias res

plurimas ad commoda & honeſtas oblectationes comparavit. Iſtuc ius utendi creatis rebus ad propoſitos fines complectitur ius ad actus, ſine quibus id exerceri, eiusque uſus fieri non poteſt; adeoque complectitur ius *apprehendendi* res externas; id eſt potentiæ ſuæ eas ſubiiciendi, ac redigendi ſub poteſtatem & vires phyſicas, ut uſui eſſe poſſint: dein ius illas *aſſervandi* in futuros uſus, ſi quovis tempore haberi commode non poſſint: denique & ius easdem *immutandi*, deſtruendi, atque ad uſu accommodandi. Atque hoc ius utendi externis rebus ſpectata hominis ac rerum natura commune eſt omnium hominum, æquale in ſingulis, connatum, proindeque univerſale, ſemper tamen coniunctum cum obligatione alios non impediendi, quo minus & ipſi utantur rebus externis, eas apprehendant, aſſervent, atque ad ſuos fines convertant. Ex his genuina notio de primæva rerum communione pendet.

(*a*) Spectato primigenio ſtatu hominis, ac ſecluſo adventitio, *rerum communio* cogitari debet, quæ rationem ſufficientem in natura ac finibus hominis rerumque habet. Ea autem communio, *negativa eſt.* Nam qui omnibus ius competit utendi rebus in medio poſitis, intelligitur, res eſſe omnium, ſive *communes*: qui vero nemo, antequam res apprehendat, atque occupet cum animo easdem ſibi habendi, dicere poteſt: hæc res eſt mea: illa eſt tua; idcirco etiam intelligitur, eas eſſe nullius. Sunt ergo res *communes* relate ad ius eas apprehendendi, atque occupandi: ſunt *nullius* relate ad occupationem & ortam inde proprietatem. Ac communio primæva recte definitur ius connatum

natum apprehendendi res nullius, vi libertatis naturalis ſingulis in ſolidum competens.

(*b*) Communionem primævam *turbat*, qui alium impedit, quo minus rebus communibus uti, easve apprehendere poſſit. Vi libertatis naturalis cuivis permittendum eſt, ut in uſu iurium ſuorum ſuum ſequatur iudicium, quamdiu nil facit, quod repugnet aliorum iuri. Nemo igitur alterum ab apprehenſione, aſſervatione vel uſu rei ab alio nondum apprehenſæ *excludere* poteſt ſine turbatione communionis primævæ: ac ſi plures ferantur in rem eandem, prior tempore erit prior iure, eritque melior conditio eius, qui rem apprehendit, ſuæque poteſtati ſubiecit. Neque invito cuiquam eripi res poteſt, quam is ſuos in uſus paravit. Quamdiu tamen manere primæva communio intelligitur, finito uſu, ſi res manet, alius eadem uti poteſt; ac ſi rei uſus pluribus communis eſſe queat, nemo impediendus eſt, quin una utatur.

(*c*) Quoniam ius utendi rebus externis connatum eſt, atque inane foret, ſi turbatori reſiſti non poſſet; idcirco idem cenſetur perfectum, & coniunctum cum iure belli, atque illius violatio eſt iniuria ſtricte dicta.

(*d*) Res apprehendi, aſſervari, adhiberi ad uſus poſſunt duplici modo: *primo* cum animo, ut finito uſu alii poſſint uti, vel uſum eiusdem ſimul participare, ſi natura rei patitur; ac talis apprehenſio non tollit communionem primævam. *Secundo* cum animo eam ſibi habendi ut propriam, aliosque excludendi ab uſu, niſi quem ipſe conceſſerit. Porro cuivis competit tale ius rem apprehendendi cum animo eam ſibi habendi, ſive tenendi ut ſuam & propriam, aliosque deinceps ab ea re, eiusque uſu, quamdiu voluerit excludendi. Nam& rationes præſto ſunt ita apprehendendi, quas infra expendemus, & ius aſſervandi per ſe non conſtringitur ad certum tempus, atque in tanta ubertate naturæ aliis res aliæ præſto ſunt, quas ſimili iure animoque apprehendant, ac teneant. Hinc oritur idea dominii ac proprietatis, quæ communionem primævam tollit. *Dominus* enim ac *proprietarius* fit, qui rem animo habendi ut ſuam, ſive ut propriam apprehendit, ita ut ſine volun-

voluntate Domini, alii a re vel uſu rei excluda[n]tur. (3) Dominii notio & conſectaria mox expe[n]demus, expoſita eius iuſtitia, ac ratione recedendi [a] primæva communione.

(*e*) Ex his etiam idea communionis poſitivæ ac mixt[æ] formari poteſt, quarum utraque a negativa, de qu[a] ſupra, plurimum differt. Communio *poſitiva* intell[i]gitur, quando pluribus coniunctim, excluſis aliis i[us] proprietatis competit in re indiviſa, ita ut ſingu[li] condominium habeant, omnes vero coniunctim ta[n]quam una perſona moralis ſpectentur. Commun[io] *mixta* eſt, quando res univerſitatis ſeu plurium cer[to] ſine conſociatorum propria eſt, aliique ab uſu & iu[re] ad uſum, qui de univerſitate non ſunt, excluduntu[r], ſinguli autem uſum quidem habeant, nec tamen re[m] ut propriam nequidem pro rata teneant; qualis com[]munio eſt Monachorum, ut inquit Wolfius. (4)

(1) Conf. §. XIII. d. *Finis creatarum rerum indicat[ur]* Sap. XIV. 15. „*ut non eſſent vacua ſapientiæ tuæ oper[a]* „*propter hoc etiam credunt homines exiguo ligno anim[as]* „*ſuas, & tranſeuntes per mare liberati ſunt.*" Adde Pſ. VIII. 8. 9. Geneſ. I. 30. ibid. IV. 4. *Abel obtulit de pri[]mogenitis gregis* ſui. Geneſ. IX. 2. 3.

(2) §. XVII. d.

(3) §. XVII.

(4) Inſtitut. I. N. & G. §. 197.

§. CX.

Diſcedendi a primæva communione, & reru[m] dominia introducendi non una cauſa fuit. Auc[to] enim hominum numero ea, quæ ſponte naſcuntu[r] haud ſufficiunt omnibus ad victum, veſtitum, h[a]bitationem, aliasque neceſſitates; ſed aſſidua cultur[a] ac magno labore opus eſt, ut res uſui & comm[o]ditati aptentur. Si iſtiusmodi res labore partæ [] con

commmunione eſſent, cum multi otio torpeant, iiemque præ aliis vivere delicate velint; quæ pax, ititia, tranquillitas haberet locum? Dein *naturale vium eſt, negligi, quod communiter poſſidetur, utque ſ nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur; deniqe ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum invi-t alienæ.* (1) Alia eſt præcipua cauſa, ut arceantur ccordiæ & rixæ, *quæ in re communi immenſæ oriutur.* (2) „Nequaquam autem ideo, inquit Pufen-dorfius (3), res ſunt diſtinctæ, ut nequis per eas aliis inſerviret, & ut divitiis repertis ſolus incuba-ret. - - Inde poſt proprietatem rerum introductam data eſt facultas hominibus non tantum commercia inſigni cum utilitate generis humani exercendi, ſed & materia parta, humanitatem & beneficen-tiam adverſus alios uberius expromendi; cum antea opera tantum ac labore liceret aliis inſervire.“ æc quidem eo minimum valent, ut dominiorum troductio, ſublata communione primæva, non ivita natura eſſe facta intelligatur. Verum quoniam i diverſas ſententias abierunt Auctores, ordine quo-am rem omnem deducamus.

(*a*) Spectato primigenio ſtatu hominis ac ſecluſo adventitio communio negativa rerum obtinuit. Patet id ex præc. §. (*a*)

(*b*) Hæc primæva communio tolli potuit non repugnante naturali iure, fierique diviſio, & introduci dominia rerum. Nullo enim probabili argumento oſtendi poteſt, naturam vetuiſſe proprietatem, præcepiſſe communionem, ex qua tot diſcordiæ, tantaque perturbatio conſequeretur. Conf. præc. §. d. (4)

(*c*)

(*c*) Sicut autem communio rerum non fuit præcepta ſic neque ita vetita, ut rerum diviſio & dominioru introductio cenſeri debeat neceſſaria, & præſcript naturali iure. Hoc enim ius eum finem non habet ut res *proprias* teneat homo. Si tranquillitas huma generis id poſcit, tota ea neceſſitas ex adiunctis vel potius ſerie adiunctorum pendet, quæ nec ſempe nec ubique eadem eſt. ceu ex numero hominun vitæ genere ac moribus, rerum copia, probitate a malitia aliorum; quæ quidem omnia perquam mutabil ſunt. Neque continuo tanquam naturæ præceptu haberi poteſt id, quod ob præſentia adiuncta unicu eſt medium, naturæ præceptis ſatisfaciendi.

(*d*) Hactenus eo pervenimus, ut intelligatur, primu viguiſſe communionem rerum: eam potuiſſe tolli in troductis dominiis: non tamen debuiſſe tolli, n conſilia naturæ in præceptis numeremus, & quod i naturæ *inclinans* Veteres dixere, id habeamus pro iu præceptivo. (5) Quæritur, quo facto & quo iu ea communio ſublata ſit invectis pro illa dominii Pufendorfius pactum & tacitam hominum conventio nem acceſſiſſe putat. (6) Si enim unus rem apprehend animo eandem, ſibi, atque ut propriam tenendi, alio ni conſenſiſſent, neque re illa, prohiberi, neque u excludi potuiſſe autumat. Sed totum id comment tium eſt; nam illa communio negativa erat, & pert nebat ad res *nullius*. Nemo ergo alius abdicare i quoddam debuit: nemo iniuriam patiebatur; cu omnes æquali iure gauderent, res in medio poſit apprehendendi, ac dominio ſubiiciendi, niſi forte p quavis apprehenſione, aſſervatione; vel quovis u rei pactum quoddam & tacitam hominum conventio nem fingas. Caſui neceſſitatis ſingularibus iuribus pro vidit natura; neque ſiquis nunc occupare geſtit re vacuam & in medio poſitam, de hominum conſenſ pacto aut conventione cogitat.

(*e*) Veteres quidem ſcriptores diviſionem rerum, dominia ex iure gentium provenire putant, decep confuſis ideis, ac loquendi formulis, quibus uſi fu ICti Romani. Si adcurate, ut in diſciplinis nece eſt, loqui velimus, ius gentium illud eſt, quod int diverſas gentes tanquam perſonas morales in ſta naturali viventes obtinet. Atque hæc quidem gent id

idea territorium, ac dominium rerum iam continet, ut ex ea dominium provenire minime poſſit. Contra vero ICti Romani ius gentium dixerunt id, quod hominum duntaxat, non beſtiarum proprium eſt. (7)

f) Hisce reiectis origo dominiorum remote quidem a iure naturæ conceſſivo, proxime a facto hominum oritur, quo res in medio poſitas apprehenderunt animo eas habendi ſibi, ſive ut ſuas, ac proprias. (8)

(1) l. Meminimus. 2. C. quando & quibus quarta parſ.

(2) l. in re communi. 26. D. de ſervitut. præd. urban. e S. Thomam 2. 2. q. 66. a 2. & Geneſ. XIII. 6. 7.

(3) Pufendorf de I. N. & G. l. II. c. VI. §. 5.

(4) *S. Auguſtinus* tr. 6. de Hæreſ. c. 40. *nominat quos- Hæreticos, qui ſe* apoſtolicos *dixere, ac damnarunt eſſores propriarum rerum. Quem errorem poſtea quidam abaptiſtæ recoxerunt.*

(5) Conf. §. XIII. c.

(6) Pufendorf. l. IV. c. IV. §. 5.

(7) l. 1. ff. de acq. rerum dominio. adde l. 3. ibid.

(8) Conf. §, CIX. (d.)

§. CXI.

Dominium eſt ius in re extendens ſe ad omnem um rei, quatenus in dominio eſt; inferes:

a) Vi dominii, cum ſit ius in re, cenſetur res ipſa domino devincta, eiusque propria, ut alii re & uſu rei iure excludantur. Rei *propriæ* opponitur tum *communis*, tum *aliena*, quæ in alterius dominio eſt.

b) Ius ad omnem uſum rei continet ius *diſponendi de ſubſtantia rei* (uti cum ex materie ſit ſpecies, aut res ipſa abſumitur, vel deſtruitur) ac de *conſectariis* eiusdem, & quidem pro arbitrio ac in commodum ſuum; quia cuivis concedendum vi libertatis, ut ſuis in actionibus ſuum ſequatur iudicium; & quoniam ius differt

a recto

a recto uſu iuris (1); hinc qui re ſua male utitur nulloque honeſto fine deſtruit, in leges naturæ peccat nec tamen alteri iniuriam facit; quia vi dominii omnes alii a iure in rem illam excluduntur.

(c) Quia dominium involvit ius diſponendi de ſubſtanti rei, id tantum cadit in res naturales extra homines poſitas, & hominis cauſa unice conſtitutas, eſtqu id, quod vocant dominium *proprietatis*; aliud eni peſſima abuſione vocum appellant dominium iurisdict onis, idque baſſum, vel eminens ſive altum; qua quidem a notione dominii, & præſenti tractatione pe nitus abhorrent.

(1) §. XIII. (f.)

§. CXII.

Confectaria dominii, ac iura ſpecialia, quæ e dominio profluunt, ſita ſunt in iure percipien omnia emolumenta ex re ſua: in iure poſſeſſionis & in iure alienandi:

(a) Ius percipiendi emolumenta & commoda ex re ſ continet facultatem diſponendi de ſubſtantia: dein i percipiendi commodum ex uſu rei, & ius percipien fructus, quos profert. Unde alia res *fructuoſa* dic tur, alia non fructuoſa, ſed natura ſua ſterilis; qu tamen uſu commodum præſtat, vel uſu conſumitr Atque ob iſtiusmodi emolumenta ac commoda r dominio ſubiiciuntur. Unde vulgo dicitur: *res fruct ficat ſuo domino*: ex *re aliena nemo locupletari debe res domino ſuo ſtat, aut cadit*. Quia ſubſtantia re uſus, ac fructus inter ſe differunt, ac veluti part ſunt dominii; hinc *plenum* dominium vocant, qu nulla parte ſeu nullo ſpeciali iure in dominio ali contento eſt diminutum: contra *minus plenum*, qu eſt iure quodam diminutum. Alii *perfectum* voca dominium, quod tum proprietatem ſive ſubſtantia rei, tum emolumenta, id eſt, uſum & fructum co tinet: *imperfectum*, quod alterum continet ſine alter eſtque *directum*, quod rei ſubſtantiam vel proprie tem complectitur: *utile*, quod emolumenta habe nei-

nempe uſum, vel fructum, vel coniunctim uſumfructum. (1)

(1) *Poſſidere* dicitur rem, qui eam potentiæ ſuæ phyſicæ ſubiectam tenet, aut qui uſum vel exercitium iuris in ſua poteſtate habet. Uti in dominio res corporales & incorporales ſunt; ſic poſſeſſio corporalium vera eſt, ac facile intelligitur: incorporales, ſive iura dicuntur *quaſi poſſideri* ob potentiam phyſicam ad actus ex illis iuribus provenientes. Ius poſſidendi dominio adnexum eſſe, vel inde patet, quod ſine detentione rei, aut poteſtate non impedita utendi iure ſuo, diſpoſitio de re, aut uſus iuris fieri non poſſit. Amiſſa poſſeſſione ſubducitur res quidem poteſtati domini, ut dominium exercere nequeat; non tamen idcirco etiam ius rem detinendi, vel iure ſuo utendi amittit, neque ob eam cauſam dominus vult, rem non amplius eſſe ſuam. Ergo amiſſa poſſeſſione non amittitur dominium, ſed ſolo animo retinetur, proindeque etiam ius poſſidendi dominio adnexum retinetur. In poſſeſſione igitur ineſt aliquid facti, & aliquid iuris; unde *poſſeſſio facti* dicitur detentio rei, vel uſus iuris animo illam rem, vel ius ſibi habendi concurrente iuris adminiculo: *poſſeſſio iuris*, ius reale ſeu poteſtas rem ſibi detinendi, & commodis inde provenientibus fruendi. (2)

(2) Quia dominus de re ſua pro arbitrio diſponere poteſt, eidem ius competit dominium transferendi in alium, hoc eſt, rem *alienandi*; quod æque ad res corporales, quam incorporales pertinet. Atque ita intelligitur, quod dominia ab uno ad alium tranſire poſſint. Illud per ſe manifeſtum eſt, neminem plus iuris in alium transferre, aut plus iuris alteri *dare* poſſe, ac ipſe habuerit. *Dare* enim idem eſt proprie, ac dominium transferre; unde qui dominus non eſt, dare non poteſt.

(1) *Cum dominium directum emolumentis careat, videndum eſt, quæ iura vel commoda undecunque illi adhæreant, ne umbra dominii & inane vocabulum ſit. Quid enim iuvat, ſi is ſe dominum directum Africæ & Aſiæ dicat, nec ullum commodum inde ferat?*

(2) *Vulgo ad poſſeſſionem requirunt corporis, animi iuris adminiculum, quatenus ius non reſiſtit poſſidere v lenti, neque eum inhabilem efficit. Qui iniuſte tantum p ſidet, ob id inhabilis ad poſſidendum non eſt. Sola detent rei ſine animo eam ſibi habendi, poſſeſſio naturalis dicitu ſed vera poſſeſſio non eſt. Commodatarius detinet librun creditor pignus, quin velint eam ſibi habere; unde potius v rus dominus hæc poſſidet per commodatarium, vel credit rem. Idcirco civilem vocant poſſeſſionem, qua quis rem t net animo eam ſibi habendi.*

§. CXIII.

Vi ſtatus primigenii ius acquirendi connatu eſt, non autem ipſa acquiſitio, vel dominium reru quod in numero iurium adventitiorum eſt. Mul plices autem acquirendi modos natura ſuppedita homini ad felicitatem vitæ; ſemper tamen leges ſu ſalvas voluit; quapropter & de modo acquirendi, de iuſtitia acquiſitionis tractari ſolet:

(a) Modus acquirendi eſt ſufficiens ac legitimum, ſive gibus conforme medium acquiſitionis: isque *origin rius*, quo acquiruntur res nullius: *derivativus*, q acquiritur res, quæ fuit in dominio alterius: præ ea modus *principalis*, quo acquiruntur res ipſæ: *a ceſſorius*, quo acquiruntur rerum acceſſiones.

(*b*) *Titulus* eſt ea ratio, ex qua intelligitur iuſtitia acq ſitionis: ac ſi ex facto, quo fit acquiſitio, intelli tur ratio translati dominii, ea dicitur titulus *transl tivus* dominii, ſeu iuris realis; ſecus non translativ dominii; uti fit in locato, commodato. In priore lo alius nominatur *verus* titulus, quo vere & a transfertur dominium aut ius reale, alius non *ver* ſeu *apparens*, per quem videtur ius transferri, e revera non transferatur, eſtque hic aut fictus, a coloratus, exiſtimatus, præſumtus.

§. CXI

§. CXIV.

Occupatio eſt apprehenſio rerum nullius, animo ..s ſibi habendi ut proprias. Duæ igitur, ſi hæc notio ..ſolvitur, conditiones ſunt in re occupata, duæ aliæ in ..omine occupante. 1. Ut ſit res nullius: 2. ut eius ..turæ ſit, quæ apprehendi & teneri poſſit: dein 1. .. ponatur factum, quo res apprehenditur, ſive in ..teſtatem redigitur: 2. & animus eam habendi ut ..opriam. Occupationem eſſe modum acquirendi ..iginarium, eumque principalem, indicavimus §. ..X. (d.) Ex his concludes.

a) A familia vel gente transmigrante integer terræ tractus, qui nullius eſt, occupari poteſt; quæ eſt occupatio *per Univerſitatem*: eodem tempore ſingulæ partes illius tractus a ſingulis occupari poſſunt: quæ eſt occupatio *per fundos.* Hisce partibus occupatis res quædam peculiari occupatione opus habent, uti lapilli, feræ, aves, piſces.

b) Homines non ſunt res nullius, neque bona naufragorum, nec res amiſſæ ex rheda cadentes, nec animalia fugitiva, quamdiu vel ipſa reditura ſunt, vel a domino internoſci, & revocari poſſunt.

c) Putant nonnulli, ius occupandi occupari poſſe. Falſo. Nam iſtuc ius non eſt res vel ius nullius, ſed ſingulis connatum. Quando piſces, feræ ita clauduntur, ut elabi non poſſint, ipſæ cenſentur occupatæ, non vero ius occupandi iam occupatum dici poteſt Occupatio ceu factum attingit res ſingulares ac determinatas: ius occupandi *obiective* eſt indeterminatum, quod non cadit in factum; *ſubiective*, uti ineſt in hominibus, non eſt res nullius, uti iam adnotavi.

d) Huc referendæ ſunt res *inventæ*, quæ dominum nunquam habuerunt, vel amiſerunt, ut bona derelicta, quæ dominus non vult in poſterum ſua eſſe; id quod apud homines rerum multarum egentes, & vulgo cupidos præſumi non poteſt; quia nemo cenſetur ia-

ctare res ſuas. Aliter de iis inventis rebus ſentiendum, quarum dominus latet; neque tum *mercedula* ab inventore exigi poteſt, qui peculiarem operam, vel ſumtum non fecit.

(*e*) Similiter de theſauris, venatione, piſcatione, aucupio &c. ex hiſce principiis differendum eſt.

§. CXV.

Modum acquirendi originarium ac principalem, in occupatione ſitum alter originarius acceſſorius ſequitur, conſiſtens in iure capiendi acceſſiones, incrementa, ac fructus rei in dominio noſtro exiſtentis. Porro dominium complectitur ius ad omnem uſum rei noſtræ; ergo etiam ius ad capiendas rei acceſſiones; ad hunc enim finem re noſtra uti poſſumus. *Acceſſionis* autem nomine quodvis incrementum venit, quod acquirit res noſtra, idque aut beneficio naturæ, aut hominum facto & induſtria, vel utroque modo concurrente; unde acceſſio alia eſt *naturalis*, alia *induſtrialis*, denique alia *mixta*. Siquam acceſſionem ipſa natura adiungit ad res noſtras, ea nobis acquiritur etiam ignorantibus. Si res noſtra ad alienam, aliena ad noſtram accedit, ea non fit unius cum excluſione alterius, ſed oriri videtur communio poſitiva, quæ pluribus coniunctim in re indiviſa competit, eaque vel retinenda, vel res inter ſe ſeparandæ, ſi fieri poſſit, vel alteri res, alteri æſtimatio partis ſuæ præſtanda eſt.

(*a*) *Species acceſſionis naturalis ſunt* primo *fœtura* ſeu fœtus animalium, lac, lana &c.; quod enim naſcitur ex animalibus, ad dominum ventris, non attento mare, per-

pertinet (1) quemadmodum non ulla ſatio aut plantatio, ſed ipſum ſolum facit, quod ſata noſtra ſint (2). Secundo. *Alluvio*, dum ſolo noſtro ſenſim & pedetentim particulæ quædam adiiciuntur, de quarum domino conſtare nequit. (3) Sic venæ metallorum, foſſæ carbonariæ, lapicidinæ &c. ſpectantur ceu fructus & partes fundi, cui accreſcunt; quod non idem de theſauro, ſeu pecunia vetere in fundo depoſita cenſeri poteſt. Tertio, *avulſio, vis fluminis*, vel *coalitio*, uti quidam appellant, ſive incrementum ab alio avulſum, & fundo noſtro ſimul adiectum; idque, ſi conſtat de priore domino, eius manet, neque noſtrum fit; (4) uti nec merces, naves, resve aliæ inundatione, aut naufragio deportatæ ad noſtrum fundum. Quarto, *Inſula* in flumine aut mari nata; quæ, ſi ea nullius ſunt, fit occupantis, alias illius, cuius eſt fluvius, vel ea pars maris. Sed aliter viſum Imperatori. (5) Quinto *alvei mutatio*. Alveus eſt eius, cuius eſt flumen. Si iſtuc nullius ſit, fit occupantis. Si fluvius ex agro tuo fecit alveum, dominium in eo retines, quamdiu non derelinquis, etſi ager annis pluribus inundetur. (6)

b) *Species acceſſionis induſtrialis ſunt*, primo *ſpecificatio*, quæ hic ſumitur pro effectione novæ formæ aut ſpeciei ex *aliena* materia; uti cum ex lignis fit navis, ex argento vas. Ac tum ſi forma pretio ſuperet materiam, æquum eſt, ut ſpecies cedat ſpecificanti, ac domino præſtetur æſtimatio materiæ, ſaltem ſi bona fide egerit, & ſuo nomine, ac ſi producta ſpecies non poſſit in antiquam materiam reduci. (7) Contra ſi materia pluris æſtimetur, quam forma, ſpecies cedit domino materiæ. Secundo, *confuſio* fit in liquidis aut liquefactis, *commixtio* vero in aridis, ceu frumenti granis. Si talia ſeparari non poſſint, communia fiunt pro rata, nempe pro quantitate & qualitate. (8) Tertio, *adiunctio* fit diverſis modis, nempe per *incluſionem* gemmæ in annulo: per *intexturam* fili aurei, vel argentei in alienam materiam: per *ferruminationem*, qua metalla eiusdem generis conſolidantur: per *adplumbaturam*, qua coniunguntur metalla generis diverſi: per *inædificationem*, qua ædificium ex aliena materia in ſolo proprio, vel ex propria materia in alieno ſolo ponitur: per *ſcripturam* & *picturam* in

 alie-

aliena charta vel tabula. Regulæ adiunctionis ſunt ſi rei meæ adiungitur, quod alienum non eſt, id meu eſt: ſi acceſſorium ſit alienum, & ſeparari poſſit abſ que detrimento rei, reddatur ſuo domino: ſi ſepa rari nequeat, erit pro rata communis, ſic ut arbitri rem decidant, habita etiam ratione bonæ vel mal fidei illius, qui eſt auctor coniunctionis. *Ridiculu eſt*, inquit Iuſtinianus, (9) *picturam Apellis vel Parr haſii in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere.* Unde vu go dicitur: tabula cedit picturæ, & ædificium ſolo.

(c) *Species acceſſionis mixtæ* ſunt *plantatio & ſatio*; ac plantæ & arbores radices nondum egerunt in alien ſolo, ſeparari poſſunt; ſecus domino fundi cedunt præſtita alteri æſtimatione. Principium illud; *acceſſo rium ſequitur principale*, tum demum locum habet cum rei meæ accedit id, quod acquirere volo, ſ poſſum phyſice & moraliter.

(1) §. 37. I. de rerum diviſione.

(2) §. 32. ib. & l. Siquis. 11. de rei vindicat.

(3) §. 20. I. de rer. diviſion.

(4) §. 21. ibid.

(5) §. 22. ib.

(6) §. 23 & 24. ib.

(7) §. 25. ib. adde l. quidquid. 27. §. 1. D. de acq. re dominio & l. de eo exhibendo. 12. §. 3. D. ad exhibendun Acute animadvertitur l. adeo 7. §. 7. D. de acquir. rer. domi nio: *Cum grana, quæ ſpicis continentur, perfectam habea ſuam ſpeciem; qui excuſſit ſpicas, non novam ſpeciem faci ſed eam, quæ eſt, detegit.*

(8) §. 27. 28. I. de rer. div. *aliter dicendum eſt, ſi re commixtæ vel confuſæ ſeparari poſſunt*, ſecundum l. iden 5. §. 1. D. de rei vind. *Ceterum quia in nummis maxim ſpectatur publica æſtimatio, & valor impoſitus, atque ii ſta tim, ut expenduntur, cenſentur conſumi; hinc leges ſtatuun ut, qui nummos alienos ſibi ſolutos cum ſuis miſcuerit, eo rum dominus fiat, non tam ob commixtionem, de qua ho loco agitur, quam quod relate ad priorem dominum conſum ti cenſeantur.* l. ſi alieni. 78. D. de ſolutionibus.

(9

(9) §. 34. I. de rer. diviſ. De inædificatione ibid. §. 29. adde l. habitator. 59. D. de rei vindicat. & l. 1. D. de ti- iuncto. *De caſu, quo quis ſuo in ſolo ex aliena materia ficat mala fide*, vide l. ſi res. 98. in fine. D. de ſolution. & l. n rem. 23. §. 6. D. de rei vind. De ſcriptura §. 33. I. de rer. diviſ. De pictura §. 34. ib. de intextura §. 26. ibid.

(10) §. 31. 32. ib.

§. CXVI.

Poſt originarios acquirendi modos, quibus ſolis communio primæva tollitur, agendum eſt de reliquiis communionis primævæ, nempe iis de rebus, in quibus eadem etiam nunc uſum habet; ſuntque

a) *Res inexhauſti uſus*, ſive illæ, quarum uſus omnibus hominibus patet, & ſufficit, quotiescunque iisdem indigent. Dominus rei alios excludit uſu rerum ſuarum, ſi vult; at vero uſu rerum, quæ omnibus patent, ceteri excludi nec poſſunt, nec debent. Eiusmodi res ſunt aer, aqua profluens, lumen & calor ſolis. Quod ita comparatum eſt, ut alii uſu eiusdem per ſeſe nequeant prohiberi, nequit dominio ſubiici.

b) Communio primæva obtinet in rebus, quæ occupatæ nullo modo ſunt, & ex ſe occupari poſſunt; cuiusmodi ſunt res derelictæ. An etiam feræ naturali libertate gaudentes? an res amiſſæ, quarum dominus adhibita quavis diligentia poſt longam moram non comparet? an theſauri in fundo alieno inventi?

§. CXVII.

Ius reſiduum ex primæva communione appellatur illud, quod competit in res exiſtentes in alterius dominio; eiusmodi eſt:

a) Ius neceſſitatis extremæ, de quo actum eſt ſupra.

b) Ius innoxiæ utilitatis. Nam in communione primæva, ſi plures eiusdem rei uſum participare poſſunt, id permitten-

mittendum eſt ſine diſcrimine. Sed introductis dominiis vi libertatis naturalis penes dominum iudicium eſſe debet, utrumne uſus rei ſuæ alteri concedendus innoxius ſit, ſive absque detrimento vel periculo concedi poſſit. Idcirco iſtud quidem ius fere ad imperfecta referri ſolet. Exemplo eſt tranſitus per terras & flumina, quæ in alterius dominio ſunt: dein commoratio in alieno territorio: habitatio concedenda ei qui ſede ſua expulſus receptum quærit. In his ſæpe ius neceſſitatis locum habet.

§. CXVIII.

Modi derivativi acquirendi, per quos iura vel res a dominio unius in alterius dominium tranſeunt, a voluntate hominis, vel lege pendent, eaque aut naturali aut poſitiva; utrinque contingit *alienatio*, qua unus ius ad rem amittit, alter acquirit, atque una commoda & incommoda cum re, vel iure coniuncta. Eiusmodi modi derivativi & alienationes, quæ hominis voluntate fiunt, ſunt

(*a*) *Diviſio*, qua res exiſtens in communione poſitiva, inter communionis ſocios diſtribuitur pro rata qua erat communis; raro enim, ut ſupra animadverſum eſt, durat communio poſitiva, tum quod voluntates plurium raro conſentiant, tum quod res parum adcurate adminiſtrentur. Res *dividua* pro numero ſociorum, & ratione iuris, quo quisque gaudet ſecatur in partes; ſi *individua* eſt, uni relinquitur tota, aliis præſtita æſtimatione, vel pretium ex ea vendita diſtribuitur pro rata, vel uſus rei per vices ſingulis conceditur.

(*b*) *Ceſſio* ſpectat iura incorporalia, quæ ab uno transferuntur in alium, per quaſi traditionem;

(*c*) *Traditio* ad res corporales pertinet, quarum dominium transfertur; quod quidem ſpectata naturæ ſimplicitate videtur fieri poſſe, quin & poſſeſſio, re, vel ſym-

ſymbolo una ſtatim transferatur, niſi concipias eum, qui dominium transtulit, deinceps non ſuo, ſed eius, in quem transtulit, nomine poſſidere.

§. CXIX.

Ad modos derivativos ab hominis voluntate pendentes, anne teſtamenta & ultimæ voluntates, an ſucceſſio ab inteſtato, & præſcriptio & uſucapio pertineat, vehementer ambigitur: ſunt enim, qui hæc omnia a legibus poſitivis, non vero a naturali lege, quæ hominis diſponentis voluntatem conſequeretur, vim & firmitatem habere putant. Ac primo *teſtamentum*, ſeu *ultima voluntas* a Pufendorfio dicitur *declaratio voluntatis noſtræ circa ſucceſſores in bona noſtra poſt mortem noſtram; quæ tamen ante mortem noſtram pro lubitu noſtro ſit mutabilis, & revocabilis, & ex qua aliis demum ab exceſſu noſtro ius naſcatur.* (1) Hæc igitur natura atque eſſentia eſt ultimæ voluntatis, ut ſit mutabilis, ſive ambulatoria usque ad ſupremum vitæ exitum: ut nullum ius in re vel ad rem, ac nequidem ſpem *certam* in hæredem transeat vivente teſtatore: ut hic illud mutare, penitus reſcindere, novum condere, inteſtato decedere, ſi velit, queat, quin hæres de iniuria poſſit conqueri. Dicitur *confirmari* per mortem, ſed unde mors vim confirmandi habeat, quod antea infirmum eſt; an id naturæ lege, an poſitiva firmum evadat, magnopere dubium eſt. (2) Ex his inferes:

a) Cum data notione ultimæ voluntatis minime conſentiunt ea, quæ Grotius de illa diſſerit his verbis:

Sciendum eſt, cum de alienatione agimus, ſub eo genere nobis etiam teſtamentum comprehendi. Quamquam enim teſtamentum, ut actus alii, formam certam accipere poſſit a iure civili, ipſa tamen eius ſubſtantia cognata eſt dominio, & eo dato iuris naturalis. Poſſum enim rem meam alienare non pure modo, ſed & ſub conditione, nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter atque etiam retenta interim poſſeſſione, & pleniſſimo fruendi iure. Alienatio autem in mortis eventum, ante eam revocabilis, retento interim iure poſſidendi ac fruendi, eſt teſtamentum. (3) At enim, quæ eſt hæc alienatio, ac iuris translatio, quæ pro nutu alienanti revocari poteſt? Illud etiam perquam falſum eſt, teſtatore, ſi non aliter, quam per ultimam voluntatem, diſponit, ſolum ius poſſidendi ac fruendi retinere. Certe plenum dominium, atque omnia dominii conſectaria retinet una cum iure vindicandi rem ab unoquoque, etiam ab hærede.

(*b*) Fieri poteſt, ut moriens de rebus ſuis diſponat per actum inter vivos; qui actus firmitatem habeat ante mortem, etſi forte rei traditio differatur usque ad eventum mortis; eſt hæc *diſpoſitio morientis*, a qua plurimum differt *diſpoſitio mortis cauſa*, ceu teſtamentum proprie dictum, codicillus, ſubſtitutio, legatum, donatio mortis cauſa. Hæc enim, quamdiu nomen ſuum & naturam ultimæ voluntatis habent, nihil iuris transferunt in hæredem, vel legatarium, aut donatarium, ſed revocabilia ſunt liberrime, ita, ut non modo traditio, ſed etiam perfectio actus ſuſpenſa usque ad mortem debeat intelligi. Donatio mortis cauſa fit, *cum quis habere ſe vult, quam eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quam hæredem ſuum:* (4) ac ſi id, quod mortis cauſa donatum eſt, a donatore vivo alienetur (quod ſine omni iniuria donatarii facere is poteſt), donatio revocata cenſetur ipſo facto; ac ſi donatarius præmoriatur, eadem non ad iſtius hæredem poſtea venit, ſed penitus vim non habet etiam mortuo donatore.

(1) Pufendorf. de I. N. & G. l. IV. c. X. §. 3.

(2) Hebr. X. 16. 17. „*Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe „eſt, intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortu-*
„*con*

„ *nfirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum vivit, qui* „ *ſtatus eſt.*“

(3) Grot. de I. B. ac P. l. II. c. VI. n. 14.

(4) L. I. D. de mortis cauſ. donationibus. *Ab his ſegregant ipſæ leges diſpoſitionem morientis, quæ eo etiam vivo* *habet*: Reſpondi - - eum, qui abſolute donaret, non mortis cauſa, quam morientem donare. l. Seia. 42. D. ib.

§ CXX.

Ultima voluntas quæcunque vim & efficaciam transendi dominia non habet a naturali, ſed poſitiva houm lege. Nam ad transferenda ex naturali iure minia neceſſaria eſt & voluntas & poteſtas transentis ipſo tempore, quo fit alienatio; porro ator vivus voluntatem transferendi non habet: rtuus non habet poteſtatem; nam dominium borum fortunæ, quæ nec uſum præbent mortuo, ; ab eo ſervari poſſunt, cum homine extingui-, uti & omnis voluntas circa ea diſponendi ingui cenſetur, ut adeo homo, qui nudus egreſſus de utero matris ſuæ, nudus revertatur. (1) Hinc princeps gratiam conceſſit *ad beneplacitum ſuum*, per mortem principis, qua eius beneplacitum exguitur, pariter ceſſat. Aliter declarari eadem res teſt in hunc modum: in quavis alienatione neceſſe , ut conſenſus transferentis, & acceptantis una ſtant. Porro conſenſus transferentis, uti & po:as transferendi ceſſat poſt mortem, ante quod npus hæres cum effectu conſentire non poteſt; ic *ſiquis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, ut*

ad

ad me perferret, & antea mortuus erit, quam ad ı *perferat, non fieri pecuniam dominii mei, conſtat*; (tum quia mandatum per mortem donantis exſp rat, tum quia non una exiſtit utriusque conſenſı Denique diſpoſitio quantumvis habili tempore co cepta, ſi in tempus inhabile conferatur, inutilis e Exemplum præbent leges: *Stichus ſervus meus, eum hæres alienaverit, liber eſto: inutiliter libertas d tur; quia in id tempus confertur, quo alienus futur eſt.* (3) Qui aliter ſentiunt, ſequentibus argumen pugnant:

(*a*) Vi dominii, inquiunt, quivis alienare res ſuas pot ſub quavis conditione, & quovis modo: igitur ſub hac conditione, ut non acceptari velit, niſi p mortem ſuam. R. Sub quavis conditione, ſed tam pro tempore, quo transferendi voluntas durat, poteſtas ſuppetit. Exemplum præbet lex cit. Stich

(*b*) Translatio dominii a teſtatore fit ſub conditione c plici *& mortis, & non revocatæ donationis.* Translatio hæc vivo teſtatore nihil iuris transfe nihilque operatur, perinde ac ſi dicerem, dona tibi, ſi mihi placuerit: mortuo teſtatore nil iu transferre, nec quidquam operari poteſt; eoquod e voluntas & poteſtas transferendi extinguatur. l revocandi ultimis voluntatibus ex natura ineſt; ponas id abeſſe, manente ſola conditione morti diſpoſitio inter vivos intelligetur facta, cuius ſo executio ad tempus mortis differtur, quemadmod contingit in pactis ſucceſſoriis. At in actu ultin voluntatis ipſa translatio dominii, non ſola exec tio poſt mortem fieri deberet, nempe eo tempor quo teſtator nec iam vult, nec poteſt quidquam ſponere. Actus alii conditionati promittenti oblig tionem imponunt exſpectandi eventum condition & promiſſario ſpem debitum iri faciunt; at ſi co ditio reiicitur in arbitrium promittentis, omnium co ſenſu nulla eſt, & nugatoria promiſſio.

()

) Voluntas ac poteſtas defuncti perſeverat moraliter, idque ſufficit ad transferendum dominium. R. Dicatur per me ea voluntas ac poteſtas moraliter perſeverare, nempe ex fictione iuris, ac legibus poſitivis, quæ vim tribuerunt ultimis voluntatibus; ſed re ſpectata aut iure quodam reali eadem nullo modo perſeverat. ICti Romani, qui ad transferendum dominium voluntatem ac poteſtatem tum transferentis, tum acceptantis neceſſariam eſſe viderant, tria tempora diverſa, nempe tempus factæ diſpoſitionis, & tempus mortis, & tempus aditæ hæreditatis coniunxerunt, & iacentem hæreditatem inſtar perſonæ fictæ conſiderarunt. At enim eiusmodi fictiones non admittit ſimplicitas naturalis iuris.

) Bonis relictis obligatio inhæret, ut creditoribus ſatisfiat: igitur & obligatio a teſtatore impoſita inhæret, ut transeant ad hæredem. R. Etſi bona relicta non maneant propria defuncti, tamen ex natura crediti manent cum onere, ut creditoribus ex illis ſatisfiat; nec propterea defunctus de illis diſponere intelligitur pro tempore, quo voluntate ac poteſtate diſponendi caret; etſi enim nollet creditoribus ſatisfieri, tamen vi iuſtitiæ ſatisfaciendum eſt. Contrarium fit circa transferendum poſt mortem dominium rerum; quia diſponeret in tempus inhabile.

) Si de fama defuncti detractum eſt, is intelligitur retinere ius, ut reparetur: igitur & voluntas ultima aliquo modo perſeverat poſt mortem. R. Bonum famæ eſt bonum morale immortalis animi proprium; quod proinde per mortem extingui non cenſetur. At bona fortunæ duntaxat in dominio vivorum ſunt.

) Societas humana exigit, ne defunctorum bona quaſi derelicta, & communia & iurgiis ac direptionibus obnoxia fiant. R. Igitur inferes, provideri de ea re legibus poſitivis debuiſſe; at firmitatem ultimæ voluntatis aut neceſſitatem ex principiis naturalis iuris inde non inferes, præſertim cum ipſa diviſio bonorum a natura præſcripta non ſit. Ius hoc fines maxime determinat; determinationem mediorum temporibus, hominumque voluntati relinquit. Sine dubio *nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis, poſt quam iam aliud velle non poſ-*

poſſunt, liber ſit ſtilus, & licitum, quod iterum r*edit, arbitrium.* (4) Sed huiuscemodi æquitas n*e*ceſſitatem iuris non efficit. Hinc fit, ut *lege obt*i*nire hæreditatem non improprie quis dixerit & ea*m *quæ ex teſtamento defertur: quia lege XII. tabular*u*m teſtamentariæ hæreditates confirmantur.* (5) Cenſe*nt* aliqui, apud paucas gentes ante Romanos vigui*ſſe* teſtamenta; nec Athenis ea condendi ius erat a*nte* Solonem; ſed hæreditas familiæ defuncti relinquen*da* fuit. Non raro teſtamenma vocantur, quæ re i*pſa* erant diſpoſitiones inter vivos præſentibus libe*re* perfectæ; quo modo fortaſſis exponenda tum, qua*e* Patriarchis ante mortem diſpoſita ſunt, tum ill*ud* prophetæ ad Ezechiam: *Præcipe domui tuæ; morie*r*is enim tu, & non vives.* (5)

(1) Iob. I. 21.

(2) l. ſi cum. 2. §. 6. D. de donationibus.

(3) l. Stichus. 39. D. de manumiſſis teſtamento.

(4) l. 1. C. de SS. Eccleſiis.

(5) l. 130. D. de V. S.

(6) IV. Reg. 20. 1. *Antiquiſſimi ſuos ad ultima m*a*ndata perficienda iureiurando adſtringere ſolebant, velut nu*llo *humano vinculo ſatis valido exiſtimato.* Gen. XXIV. 2. XLVII. 29.

§. CXXI.

Affinis priori eſt diſputatio de *ſucceſſione ab i*n*teſtato*, quæ etſi ſedem habeat in iure ſociali fam*i*liæ, tamen huic loco adnectitur ob ipſam argume*n*torum ſimilitudinem. Qui naturalis legis vim *in* ultimas voluntates inferunt, multo minus lab*o*rant in ſucceſſionibus ab inteſtato eidem natur*ae* legi adſcribendis, ſic tamen, ut aliter de linea rec*ta* aſcendentium, & deſcendentium differant, alit*er* de ſucceſſione collateralium. Duo ſpectanda ſun*t* 1. *inc*

inclinatio naturalis, ac votum, & voluntas præſumta parentum erga liberos, liberorum erga parentes, quo nomine remotiores aſcendentes, nempe avi, & remotiores deſcendentes, videlicet nepotes in eadem recta linea veniunt. 2. *Obligatio naturalis* eorum, qui de eadem familia ſunt, ut ex familiæ bonis alter alteri ſuccurrat. Atque hæc duo ordine evolvenda nunc ſunt, cum propoſita controverſia ex iis definiri debeat.

a) Qui teſtamentorum firmitatem ex iure naturæ arcerſunt, de caſu inteſtato decedentis in hunc modum philoſophantur. Quando decedens ex hac vita, quid de bonis ſuis fieri poſt mortem velit, clare non expreſſit, præſumendum eſt, id eum voluiſſe, quod naturali inclinationi maxime congruit. Nihil eſt autem, quod eidem magis congruit, quam ut iis maxime proviſum eſſe velimus, qui ex nobis deſcendunt, & a quibus ipſi deſcendimus. Propinquitas ſeu potius identitas ſanguinis peculiari affectu iungit animos, idque omnium votum eſt, ut familia, cuius pars ſunt, & conſervetur, & beata ſit; certe parentes id inprimis deſiderant, ut & liberos habeant, qui in bona & iura a ſe relicta ſuccedant, omniumque gentium conſenſu familiarum iura a liberis continuari ſolent. Atque ex his principiis ordinem ſucceſſionis ab ipſa natura definiri putant. At enim, ſi ne expreſſa quidem defunctorum voluntas vim transferendi bona habet, ut ſupra dictum eſt; quid ſoli voto ac præſumtæ voluntati tribui poterit? Succeſſio liberorum in bona parentum non fit modo *originario*, ſeu occupatione; nam ius occupandi etiam extraneis competit; neque modo *derivativo*, quia parentum voluntas ac poteſtas cum vita extinguitur. Enixo parentum deſiderio ut ſatisfiat, æquum eſt; idque fit legibus poſitivis; quia natura iſtuc medium nulli neceſſitati ſubiecit.

b) De naturali obligatione ita differunt: ipſa natura parentes adſtringit, ut proles alant, eis provideant, bea-

beatas efficiant; id quod non modicam partem a bonis fortunæ pendet. Hæc igitur ut conſequantu liberi, a parentibus curandum. nec privare deben beatitatis ſubſidiis eos, quos ſine gravi ſuo diſpendi poſſunt augere. Viliſſima animalcula prolibus educandis dant operam natura magiſtra, & inſecta, qua vitam ante finiunt, quam fœtus ovulis excludantur eo loco deponunt ovula, quo commodum fœtibu alimentum præſto eſt. Viciſſim liberi tenentur aler parentes inopes, atque univerſe, etſi non egeant iisdem amorem non ſolo affectu & lingua, ſed r & opera impendere; ſecus obligationi mutuæ, naturali ac perſonali ſatisfieri non poteſt.

§. CXXII.

Ex hac obligatione ius liberorum in bonis parentum, & ius parentum in bonis liberorum ve communionem quandam bonorum deducunt, idqu ius morte alterius partis perfectum fieri putant. Hin liberi, etſi condominium in bonis parentum propri non habeant; tamen *vivo quoque patre quodammod domini exiſtimantur*, & dicuntur hæredes non fieri ſed *adparere.* (1) Dumque liberi parentibus, parentes liberis ſuccedunt; *pene ad propria bona veni unt.* (2) Eſt quidem maior parentum obligatio erg liberos, quando ad eam ætatem, vel ſtatum per ducti non ſunt, ut ſibimet queant proſpicere; ſe non ideo nulla eſt eorum obligatio erga maiores ac ſi infantibus vi naturæ debita eſt ſucceſſio in parentum bona; non apparet, quomodo id debitum ceſſet ſola ætatis provectione, vel quod liberi ſibimet poſſint conſulere; natura quidem neceſſitat providet, ſed iuribus & rebus partis, quæ ſuper

ſlu

æ ſunt, ob eam cauſam non privat. Mutua obli- tio mariti & uxoris non perinde ſe habet, ac quæ er parentes & liberos intercedit, ubi non tam *ceſſio*, quam *continuatio* bonorum & iurium fami- cogitari debet. Nam uti reſpublica, aut genus manum non moritur, ſed poſteri eodem iure in externas gaudent, quod priores habuerunt; ſic ſingulis familiis poſſeſſio bonorum ac iurium con- uatur. Verene hæc ſufficiant, ut ſucceſſio ab in- tato a natura cenſeatur vim habere, aliorum eſto licium.

(1) §. 2. I. de hæred. qualit. & different.

(2) l. 1. §. 12. D. de ſucceſſorio edicto.

§. CXXIII.

Præter dominium verum, eiusque vera iura & quirendi modos, de quibus adhuc tractabatur, eſt minium quoddam *putativum*, vel *interimiſticum*, od quis eo usque habet, vel habere videtur, do- c compareat verus rei dominus. Cum enim res ab o ad alium transferantur, vel ſucceſſione perve- ant, ſæpe fit, ut quis falſo putet, ſe dominium quirere, quod reipſa non acquirit; cum facta plu- na ignoremus, ac ſæpe iuſta ſit ignorantia noſtra, enamque excuſationem mereatur. (1) Ac tum qui- m acquiritur poſſeſſio rei, tenetúrque longo tem- re, quin acquiratur, vel teneatur rei dominium. e iuribus igitur iſtiusmodi poſſeſſionis vel dominii

putativi agendum eſt, atque in primis explicandæ notiones huc pertinentes

(*a*) Rerum nullius poſſeſſio acquiritur modo originario occupationis, uti & dominium. Univerſe ad acquirendam poſſeſſionem opus eſt *facto* rem in eum ſtatum redigentis, quo phyſice poſſibile eſt, ut inſtar Domini de ea diſponat: ac *retinetur* poſſeſſio tanto tempore, quo dominium in ea exercere quis poteſt per ſe, vel per alium. Spectanda igitur eſt poteſtas phyſica dominium circa rem exercendi. Res mobilis poſſidetur, quamdiu eſt in tua cuſtodia: immobilis tum uſu, tum facultate phyſica utendi, ac prohibendi, ne alius utatur. Nam etiam iura incorporalia quaſi poſſidentur: in numero eorum iurium eſt libertas, ſeu immunitas ab obligatione quidpiam præſtandi, vel patiendi. e. g. alter pecora vult agere per fundum meum, putans me obligari, ut hoc patiar: ſi ego debito modo illi reſiſtam, isque mihi reſiſtenti acquieſcat, tum conſtituor in quaſi poſſeſſione libertatis huius, ſeu immunitatis patiendi, ut pecora per fundum agat.

(*b*) Vi naturæ non poſſidemus; ergo opus eſt ratione ex qua intelligatur iuſtitia poſſeſſionis; ea ratio eſt *titulus translativus dominii*, ſeu iuris in re: quia ſoli domino competit poſſeſſio: eſt ergo poſſeſſio *titulata*, quæ titulum habet; diciturque *iuſta*, quæ acquiritur titulo ad transferendum dominium de ſe habili licet forte mala fide quis agat, uti ſiquis emat rem furtivam: *iniuſta*, quæ eiusmodi titulo caret.

(*c*) Poſſeſſio & poſſeſſor *bonæ fidei* dicitur, quando quis credit, rem eſſe ſuam, vel ſe iure agere, aut iure alterum prohibere: *malæ* fidei, ſiquis ſciat, ſe non habere ius. (2)

(*d*) Fructuum diviſio præſenti tractationi accommodata fit multiplex; ſunt naturales, induſtriales, mixti; quidam appellantur civiles, ceu qui proveniunt ex locatione ædium: ſunt alii pendentes, alii percepti qui abſolute ſpectantur tanquam res in dominio exiſtens; quia ſeparatim exiſtunt, & ſpecialem dominium

ut

utilitatem adferunt, in quo genere alia eſt perceptio *inchoata*, quando ad perfectam plures actus requiruntur. Fructus *percipiendi*, quos percipere poſſeſſor potuiſſet, ſi negligens non fuiſſet. Dein alii dicuntur extantes; nempe formaliter & in natura; alii conſumti. Eos, quos Interpretes vocant *virtualiter extantes*, nempe ex quorum conſumtione poſſeſſor factus eſt ditior, leges poſitivæ hoc vocabulo non exprimunt. Quando igitur de extantibus, & de conſumtis decernunt, videndum eſt, utri claſſi ex mente & ſententia legum accenſeri debeant virtualiter extantes. (3)

e) Actiones hominis tum ipſi, tum aliis rebus utiles ſunt; quare perinde ac res pretio æſtimantur, & æquiparantur rebus, quæ ſunt in dominio noſtro, ceu operæ, cultura, & cura rerum, quæ in dominio ſunt.

f) Impenſæ, quæ in rem fiunt, *neceſſariæ* vocantur, ſi fiant ad eam conſervandam: *utiles*, per quas res ſit fructuoſior: *voluptuariæ*, ad iucunditatem & delectationem comparatæ: ſæpe & *mixtæ* ſunt; in quo genere videndum, utræ prædominentur. *Impenſæ* dicuntur tolli, ſi tollitur id, quod quis ſuo ſumtu in re aliena fecit; quando id fieri poteſt, ſine detrimento rei, hoc eſt, quin res fiat deterior.

(1) l. qui in alterius 42. D. de R. I.

(2) c. Vigilanti 2. & c. fin. de præſcriptionibus. Adde 2. de R. I. in VI. & c. ſi virgo. 5. XXXIV. q. 1. *Ceterum* [...]*na fide non agit, qui agit ex ignorantia. quam vincere* [...]*t deponere poteſt; igitur, ut quis bonæ fidei poſſeſſor ſit,* [...]*us eſt, ut laboret ignorantia invincibili.*

(3) *Rationi & æquitati naturali conſentiunt leges Romanæ.* l. cum hic ſtatus. 32. §. 9. D. de donat. int. vir. & [...]or. *Conſumſiſſe ſic accipere debemus, ne is, qui donatio*[...]*n accepit, locupletior factus ſit.* l. imperator. 70 §. ult. D. [...] legatis II. *Cum autem rogatus, quidquid ex hæreditate* [...]*pervenerit, poſt mortem ſuam reſtituere, de pretio rerum ven*[...]*ditarum alias comparat, deminuiſſe, quæ vendidit, non vide*[...]*tur.* & l. ſequente ibid. *Sed quod inde comparatum eſt, vice* [...]*permutati dominii reſtituetur.* & l. 72. ſeq. ib. *Idem ſervan-*

dum erit, & ſi in proprios creditores ex ea pecunia dimiſerit; non enim abſumitur, quod in corpore patrimonii retinetur. Eadem definitio extat l. Pater. 32. D. de adimendis vel transferend. legatis: *non enim abſumtum videtur, quod in corpus patrimonii verſum eſt.*

§. CXXIV.

Bonæ fidei poſſeſſor non eſt, niſi laboret ignorantia invincibili, ut paulo ante adnotavi; ſi ex tali ignorantia pro domino ſe gerit, & iura dominii exercet; tum facta & non facta proveniunt ex ignorantia invincibili & antecedente; talis autem ignorantia tollit imputationem. (1) Igitur poſſeſſori bonæ fidei neque facta, neque non facta imputari poſſunt: hoc eſt

(*a*) Poſſeſſor bonæ fidei iuſte poſſeſſionem interim retinet, amiſſam recuperat, aliaque dominii iura circa rem alienam exercet. (2)

(*b*) Quia neque facta, neque non facta eidem imputari poſſunt, duntaxat tenetur ex re, quam nullo vero iure poſſidet; neque negligentia vel culpa ei imputari poteſt, ut alteri propterea obligetur, neque fructuum conſumtio; ergo non tenetur reſarcire fructus conſumtos, vel percipiendos, neque ad rem reſtituendam ſi apud ipſum periit, eodem caſu apud dominum non perituram.

(*c*) Quia nemo ex re aliena locupletior fieri debet, ideo tenetur reſtituere fructus extantes vel re, vel in æquipollente, nempe quatenus factus eſt locupletior.

(*d*) Multa paſſim referuntur commoda poſſeſſionis lege naturali conſentanea, ceu I. in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis; (3) unde inferunt: II. quod in ſtatu civitatis poſſeſſio relevet ab onere probandi, idque reiiciat in adverſarium. III. quod præſcriptione vim habente pariat præſumtionem dominii, aut ſaltem præ-

ſtet conditionem uſucapiendi, & præſcribendi dominium rei. IV. quod tribuat ius adminiſtrandi rem poſſeſſam, & fructus inde percipiendi lite pendente. V. quod obliget iudicem ad manutenendum poſſeſſorem, dum durat lis mota. VI. quod præſumatur bona fides, & etiam titulus, ſi poſſeſſio ſit longiſſimi temporis, aut immemorialis. VII. quod præſcriptione non completa detur poſſeſſori actio *Publiciana*, vi cuius poteſt quis vindicare rem poſſeſſam ſibi ablatam adverſus quemcunque, excepto vero Domino, & eo, qui cum titulo poſſidet; aut etiam poteſtas vim vi repellendi, ut, qui poſſeſſione violenter deiectus eſt, eam in continenti etiam armis poſſit repetere. VIII. quod privilegium cenſeatur ſubreptitium & nullum, ſi in præiudicium poſſeſſoris eſt impetratum, niſi in eo fiat mentio derogatoria poſſeſſionis. Atque hæc ſunt iura poſſeſſionis bonæ fidei maxime conformia naturali iuri; cum in perpetua dominorum mutatione rerumque humanarum ignorantia ipſa rerum dominia difficillimæ probationis ſint.

(1) §.XXX.(d.)

(2) l. 136. D. de R. I. „*Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt.*“

(3) c. 65. de R. I. in VI. l. 128. D. eod. Doctores in l. Coties 15. C. de rei vind.

§. CXXV.

Malæ fidei poſſeſſori, aut ei, cui poſtea mala fides pervenit, omnis actus imputatur, qui ad exercitium dominii pertinet: igitur

(*a*) Tenetur ex re, ex facto, ex non facto, h. e. reſtituere debet rem, fructus non modo extantes, & ex quibus factus eſt locupletior, ſed etiam conſumtos, & percipiendos.

(*b*) Tenetur compenſare rem, quæ culpa vel caſu apud ipſum periit, eodem tamen caſu apud Dominum non

peritura; nam ſi etiam apud dominum periiſſet, interitus non pendet a non facto ipſius, nempe negleċta reſtitutione. (1)

(1) l. ſi vehenda. 10. §. 1. D. de lege Rhodia. *Nauta alienas merces transferens e navi meliore in deteriorem, ſi hæc ſola perit, tenetur: ſi utraque, non tenetur.* Adde l. ſi plures 14. D. depoſit. *Ex quibus intelligitur, quomodo caſus ſuperveniens culpam præcedentem purget: quomodo item exceptionem habeat regula: mora transfert periculum in moroſum, ſi ſcilicet res apud actorem peritura non fuiſſet.*

§. CXXVI.

De Poſſeſſione bonæ fidei longo tempore continuata cum titulo, ſaltem præſumto ob tempus immemoriale, quærunt, anne vim habeat transferendi dominia, hoc eſt, an præſcriptio ſeu uſucapio iure naturali transferat dominia; an duntaxat creatura iuris poſitivi ſit, uti loquuntur. Eſt autem præſcriptio *modus acquirendi a iure approbatus, quo per poſſeſſionem debito modo & tempore continuatam obtinetur ius aliquod, vel liberatio aliqua.* (a) At enim poſſeſſio rei tanquam ſuæ ſupponit quidem dominium niſi ignorantia obeſſet; ex ſe tamen illud non confert: quomodo ergo ſolo curſu temporis, quo qui rem vel ius bona fide poſſedit, dominium illius acquiri poteſt? vulgo dicitur: omnia fiunt in tempore, non fiunt a tempore. Sed

(a) Dicunt: tranquillitas humanæ ſocietatis præſcriptionem exigit, ne dominia rerum incerta maneant, & obnoxia litibus. R. Ne quidem diviſio ac dominorum introductio ex præcepto naturæ facta eſt, multo igitur minus inde vim habet præſcriptio; ſane non omne id, quod propoſitis finibus appoſitum eſt, vel certis temporibus plane neceſſarium, continuo ad lege

ges naturæ referri poteſt; ſatis eſt, ſi humanis legibus unum præ alio medium queat determinari. Tranquillitati hominum ac paci conſultum eſt a natura per ius poſſeſſionis bona fide acquiſitæ, quo ſe quisque tamdiu tuetur, quoad dominium ab altero plene evincatur.

b) Deinde voluntas, inquiunt, ſignis externis manifeſtata a natura vim habet transferendi dominia. Eiusmodi voluntas prioris domini in circumſtantiis præſcriptionis apparet; qui enim ſcit, ab alio poſſideri rem ſuam, nec eam repetit, aut vindicat, eoipſo manifeſtam facit voluntatem abdicandi ſe iure, quod in re habuit, eamque derelinquendi. Quod a ſciente negligatur vindicatio rei, coniecturam præbet ipſa diuturnitas temporis. Denique ſæpe ad eum ſtatum veniunt, quæ in dominio ſunt, ut domino non relinquatur ſpes prudens recuperandi, quod ſuum erat; ac tum eæ res pro derelictis habendæ, & præſcriptio fiet ſpecies occupationis. R. 1. Præſcriptio æque, ac multo frequentius eas res afficit, quæ domino penitus incognitæ ſunt, ſic, ut neſciat eas ab alio poſſideri; atque, idcirco a legibus poſitivis ad acuendam diligentiam, & vitandam ſegnitiem invecta eſt. (2) Quid ſi ex ovium grege nonnullæ aberrarint, atque ad alienum prædium vel gregem venerint neſciente domino, ibique longius maneant; an per hoc cenſendus eſt dominus, dominio ſe abdicaſſe: voluntem id transferendi manifeſtaſſe, rem ſuam dereliquiſſe? Rei alienæ vel retinendæ, vel acquirendæ non ſufficiunt coniecturæ maxime incertæ, & ab uſu abhorrentes; cum nemo præſumatur iactare rem ſuam. (3) qui mutuum vel commodatum, quod amico dedit, pluribus annis non repetit, vel quod non indigeat ipſe, vel quod amici fide, & facultatibus confidat, ideone abdicaſſe ſe iure, vel re exiſtimandus eſt? Sed, inquiunt, qui ſpem recuperandæ rei amiſit, etiam voluntatem eam habendi depoſuit, & dereliquiſſe cenſendus eſt: R. Quid? ſi Dominus ignoret, uti ſit plerumque, rem ſuam in alienis manibus eſſe? naufragus proiiciens merces ſuas, aut traiiciens flumen, cui gemma forte excidit, ſpem non habet, eas res recuperandi; an ergo, qui easdem capit, aut piſcatur, continuo dominium acquirit? eſt quidam ti-

tulus pro derelicto, ſed verus tantum; qui ex longa taciturnitate præſumitur, verus non eſt, ſed fictitius alienus a moribus hominum & naturali æquitate. S*res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit & occupantis ſtatim fit*; (4) quapropter non erit opu præſcriptione, nec curſu longi temporis.

(1) *A præſcriptione tanquam modo acquirendi quidam diſtinguunt uſucapionem tanquam cauſam acquiſitionis conſiſtentem in ipſa poſſeſſione rei, vel quaſi poſſeſſione iuris debito tempore & modo continuata: alii præſcriptionem ad incorporalia, uſucapionem ad res corporales referunt; apud Romanos uſucapio de fundis Italicis & bono Quiritario, præſcriptio de prædiis provincialibus, & dominio naturali ſeu bonitario dicebatur. At enim iſtuc antiquæ ſubtilitatis ludibrium ſuſtulit Iuſtinianus* l. unic. C. de nudo iure Quiritium tollend. *Neceſſe non eſt, præſcriptionis & uſucapionis notionem pluribus verbis evolvere; cum de illius tantum vi & efficacia agatur; neque illud explicandum, an & quatenus inter gentes habeat locum.*

(2) c. Vigilanti. 5. de præſcript.

(3) Arg. l. cum de indebito. 25. v. qui enim ſolvit. D. de Probat.

(4) l. 1. D. pro derelicto.

§. CXXVII.

Reliquum eſt, ut delicta, quibus iura dominii & poſſeſſionis violantur, breviter indicemus; in quem finem præ oculis habendum eſt ius, quod domino competit diſponendi de re ſua, eamque poſſidendi quod quidem ius ob eam cauſam non extinguitur, quod in alterius poteſtatem modo quocunque re venerit: eidem competit ius ad omnia confectaria dominii, & omnes actus vi dominii licitos; idque ius eſt perfectum utpote ius in τῷ ſuo; obligatio igitur eidem reſpondens perfecta eſt pariter, nempe ob

bligatio abſtinendi a re, a poſſeſſione, ab uſu, a uctibus rei alienæ, & a quovis actu ad exercitium ominii ſpectante. Dominus ergo pati non teneır, ut fundum ſuum ingrediaris: habet ius *vindiındi* rem ſuam, ac ſi detentor nolit reſtituere, ındem vi adigendi. Quia tamen res duntaxat doıino reſtituenda eſt, neceſſe eſt, ut dominium ante robetur, quam vindicatio, aut violenta iuris ſui erſecutio, id eſt, bellum inferatur. His dominii, : poſſeſſionis iuribus obſunt

(*a*) *Furtum* rei, tum *manifeſtum*, hoc eſt, deprehenſum in ipſo actu furandi, quando res furtiva nondum in alium locum delata eſt; tum *non manifeſtum*. *Furtum uſus* eſt, cum de uſu diſponitur ſine iure diſponendi: *Furtum poſſeſſionis*, ſi cui invito rei mobilis poſſeſſio ſubvertitur e. g. ſubtrahendo creditori pignus.

(*b*) *Invaſio*, qua is, qui ius poſſidendi non habet, alterum vi deiicit poſſeſſione rei immobilis. Contra invaſorem locum habet defenſio violenta: ſiquis defenſioni reſiſtit; tum defenſio rei coniuncta erit cum defenſione ſui. *Rapina* eſt, qua invito res mobilis vi eripitur.

(*c*) *Iacturam* rei ſuæ facit is, cuius non volentis poteſtati res ita ſubducitur, ut recuperare nunquam poſſit. Eſt hoc *damnum* (1) idque aut voluntarium ſeu doloſum, aut culpoſum, aut caſuale. Damnum pariter fit *deterioratione* rei, ſi nempe eum in ſtatum redigitur, ut minus valeat, quam antea.

(*d*) *Defraudare* eſt alterum re aut factis privare eo, quod ipſi debetur. Damnum doloſum appellatur *fraus conſilii*; ſi ab inſciente gemma adulterina pro genuina venditur, eſt *fraus eventus*.

(*e*) Factum, quo quis violente deiicitur de poſſeſſione, in Iure canonico vocatur *Spolium*, eſtque id omne, quo poſſeſſor fuit ſpoliatus, ſive res ſit mobilis, ſive immobilis, ſive iurium nomine contineatur. *Spolia-*

tus autem vel deiectus dicitur ille, qui poſſedit ſemel, & qualicunque poſſeſſione, vel quaſi, eſt privatus. (2) — Poſſeſſionem *furtive* ingreditur, qui nullo iure & ignorante poſſeſſore eam ingreditur. Poſſeſſio *turbatur*, quando quis impeditur in exercitio dominii quoad unum vel alterum actum. Unde eſt *vis turbativa*, qua turbatur poſſeſſio: *expulſiva*, qua quis deiicitur poſſeſſione: *compulſiva*, qua cogitur cedere: turbatio re aut verbis fieri poteſt.

(1) §. XVII. (d.)

(2) Exempla ſpoliationis extant. c. 2. 3. 7. 8. 9. 10. de Reſtit. ſpoliat. c. 3. de cauſ. poſſ. & propr. c. 5. & 6. de ſepult.

CAPUT XV.

Iura & obligationes ex pactis & contractibus provenientes.

ARGUMENTUM.

§. *CXXVIII. Notio pacti. CXXIX. Subſtantialia in ratione generica pacti. CXXX. ad formam pactorum pertinet conditio, CXXXI. dies, CXXXII. modus, cauſa, demonſtratio, arrha, disiunctio. CXXXIII. Effectus pactorum, obligatio, aliique. CXXXIV. diverſæ claſſes pactorum. CXXXV. Species contractuum. CXXXVI. in quibus inſunt Subſtantialia in ratione ſpecifica contractus, naturalia, accidentalia. CXXXVII. vi naturali ratiocinandi applicantur leges contractuum ad datum negotium ſingulare.*

§. CXXVIII.

Pactum a pactione dicitur; - - & eſt duorum vel plurium in idem placitum conſenſus. (1) Fere enim tractatus ac diſſenſio paciſcentium præcedit, donec in unum conſentiant, ſeu inter ſeſe conveniant.

Na

... am *ſicut convenire dicuntur, qui ex diverſis locis in* ... um *locum colliguntur & veniunt: ita & qui ex di*... *rſis animi motibus in unum conſentiunt, id eſt, in* ... am *ſententiam decurrunt.* (2) Hæc pactionis ſeu ... cti notio cum recepta ſit & auctoritate legum ... netur, non tam reiicienda vel emendanda, quam ... plicanda eſt.

a) In pactione igitur ineſt *conſenſus* non qualiscunque theoreticus, vel qualis ob mutua ſtudia inter homines datur; ſed efficax & practicus voluntatum conſenſus, quidpiam dandi, faciendi, non faciendi; quo conſenſu ſuſcipiatur vel remittatur ius, aut obligatio tanquam effectus moralis pactorum, & quidem propria voluntate; ut, quod initio eſt voluntatis (ante præſtitum conſenſum), poſtea fiat neceſſitatis. Quapropter non ſufficit nudum *propoſitum* utcunque firmum mente conceptum, ſed ex natura ſocietatis humanæ requiritur conſenſus manifeſtatus verbis, nutibus, ſcriptura, aliisve ſignis rei accommodatis: neque pro tali manifeſtatione haberi poteſt *nuda aſſertio*, qua aliquis propoſitum ſuum quidpiam præſtandi exerit. Nam aliud eſt narrare, vel nude aſſerere quidpiam ſe facturum; & aliud, præſenti voluntatis declaratione ſuſcipere obligationem, vel alteri conferre, aut remittere ius quoddam. (3) Conſenſus per ſigna externa manifeſtatus is eſſe debet, quo palam fiat determinata voluntas obligandi ſeſe alteri, vel remittendi obligationem, conferendi ius, vel remittendi. Similiter neque *tractatus* aut *negotiationes pactitiæ*, quibus deliberatur, utrum, vel quo modo aut quatenus conſentiendum ſit, pro conſenſu ad pactum requiſito haberi poſſunt.

b) *Conſenſus duorum vel plurium;* ſecus non intelligitur *conventio*, quæ ex eſſentia ſua plures in idem collectos denotat, neque contractio ſeu contractus, niſi utraque ex parte quidpiam contrahi vel conſtringi cogitetur. Agitur enim hoc loco de iuribus & obligationibus ex voluntatis conſenſu ortis: porro in tali hypotheſi non modo nulla obligatio, ſed nec ius aut

aut favor inſcienti, & non conſentienti acquiritur; quia invito beneficium non datur, & vi libertatis naturalis cuivis permittendum eſt, velitne, an ſecus ius aut favorem acceptare; ergo nudum offerendi promiſſum non ſufficit, niſi *acceptatio* ſequatur. Eiusmodi offerentis ſolius promiſſum *pollicitatio* vocitatur. (4) Quæ eſt pactio incompleta, neque effectum moralem pacti, ſeu obligationem iuſtitiæ ante gignit, quam alterius partis acceptatio ſequatur; ac tum inſpecto initio negotii habebitur pollicitatio; conſiderato exitu pactio; quia acceptationis complementum acceſſit. (5)

(*c*) *In idem placitum*; quatenus *eandem* rem, vel *idem* ius unus transfert, alter acceptat: vel ad futuram præſtationem mutuam uterque ſe obligat. Sunt enim aliæ pactiones vel contractus *executivi*, qui in præſenti abſolvuntur; ut ſi dem librum, & alter acceptet, vel ſi permutem rem aliam cum alia; alii *promiſſorii*, qui in futurum propendent, ex quibus nunc exiſtit obligatio præſtandi aliquid in poſterum, aut ius exigendi, utrinque, abſolute aut ſub conditione. *Idem placitum* ergo refertur ad obiectum pactionum quod in communicatione rerum vel operarum ſitum eſt, neque numero comprehendi poteſt, uti neque res, nec operæ diverſæ hominum.

(*d*) Quia hic conſenſus duorum vel plurium in idem placitum practicus & efficax eſſe debet, idcirco pacti vel contractus veri nominis haud eſt, niſi obligationem perfectam & ius perfectum producat; non abſolutum & connatum, ſed hypotheticum & adventitium. (6) Unde paſſim ut indigna ICto reiicitur opinio Franc. Connani comment. Iur. I. c. VI. n. 11. & ſeq. & l. V. c. 1. 4. qui promiſſionis & pacti nullam agnoſcit naturalem obligationem, niſi interceſſet συναλλαγμα, id eſt, factum quoddam obligatorium. Sed ſeparandæ ſunt quæſtiones diverſæ; quarum altera eſt *facti*, altera *iuris;* facti quæſtio eſt, quomodo quis promiſerit, & quatenus, non animo ſe obligandi, atque alteri conferendi ius, ſed eo ſolum, quo præſentem animi voluntatem narramus, aut aſſerimus, vel quo in dictis noſtris & factis conſtantes nos eſſe oportet, ſeu fideles; atque hoc promiſſionis modo

ſolo

ſolam obligationem fidelitatis oriri aiunt, quæ per ſeſe & ex genere ſuo levis eſt, etſi ob damnum alteri emergens gravis eſſe poſſit. Alia eſt promiſſionis ratio, qua quis animum declarat, ſeſe vere obligandi, atque alteri acceptanti conferendi ius perfectum; idque fieri potiſſimum cenſetur in promiſſis utrinque onerofis, ac ſiquid promittitur ad peculiarem interrogationem alterius, declarantis, ſua intereſſe ſervari fidem; unde maxima ſtipulationi vis tributa eſt olim a Romanis. Idem fieri præſumitur, ſi promiſſioni adhibentur ſolemnitates quædam, ceu teſtes, ſcriptura, iuramentum, pœna, arrha, niſi uſu paciſcentium hæc arrha eo fine ſit adiuncta, ut illa amiſſa pœnitere liceat. Denique ſi promittendo, ac paciſcendo id agitur, quod in eiusmodi negotio paſſim fit ab aliis, qui ſe obligari ex conventione minime dubitant. (7)

(1) l. I. §. 2. D. de Pactis. *A pactione velut forma cupatur res, merces, ſponſa pacta.*

(2) l. cit. §. 3. ibid.

(3) Leſſius de I. & I. l. II. c. XVIII. dubit. 6. *urum, inquit, eſt, & nusquam gentium uſitatum, ut, i apud ſe, nemine audiente, diceret, promitto vel do Ioini* 100, *teneatur manifeſtare hanc ſuam donationem Ioini, an velit acceptare; nec poſſit pœnitere.* " *At ſi hac nſtantia nihil contra iuſtitiam peccatur, non continuo ea per innocua eſt.* „ *Ego dicere malo, inquit Layman* l. l. ſect. III. n. ult. *ſemper eſt peccatum inconſtantiæ ex gere ſuo veniale, ſine cauſa a propoſito bene capto deſiſtere. um hæc ſit inordinatio mentis; quod bene conſultatum acceptatum eſt, leviter & ſine ulla rationabili cauſa delinquere.* "

(4) l. 3. D. de Pollicitat.

(5) Clar. D. Glettle *in tract. Iurid. de pactis & conctibus inter pollicitationem privato factam ſecuta accetione & inter pactum nihil intereſſe docet; at ſi reiblicæ ponatur facta pollicitatio, ſecuta acceptatione, gnis inter alia pacta & talem pollicitationem interit differentia; quod ex nudis pactis nulla privatis io comparetur; cum e contrario ex nuda pollicitatio efficax reip. actio acquiratur, ut patet ex legibus Digeſto-*

geſtorum de Pollicitat. Sed ius naturæ inter pacta nuda ſi pacta veri nominis ſint, & non nuda ſeu veſtita, au inter pacta, & contractus quoad vim obligandi differentian non agnoſcit.

(6) Conf. §. XVI. (b.)

(7) Connani opinionem diſcutit Grotius de I. B. & P l. II. c. XI. a n. 1.

§. CXXIX.

Subſtantialia pactorum & contractuum duplic modo ſpectantur, primo in ratione pacti *generica* dein quoad certam contractus *ſpeciem*, de qua poſte agetur. Ratio generica pacti, ut ſubſiſtat tanquan pactum, neque inane & irritum ſit, poſcit verun conſenſum, aptam materiam, ius ſeu facultater moralem paciſcentis; de quibus actum eſt ſupra. (1 Pauca huic loco maxime propria ſunt annotanda:

(*a*) Leges humanæ præter veros contractus, qui ver contrahentium conſenſu exiſtunt, ſtatuunt *quaſi con tractus*, qui conſenſu ficto & ex diſpoſitione leg inducto cenſentur perfici. Eiusmodi ſunt, negotioru geſtio, tutelæ adminiſtratio, communio rei, aditi hæreditatis, ſolutio indebiti. Verum cum natura ha fictiones ignoret, ea, quæ his contractibus propri ſunt, vel ad ius naturæ non pertinent, vel ex ali principiis naturalis æquitatis, iuſtitiæ, caritatis repe debent. In contractibus *tacitis*, qui *expreſſis* oppc nuntur, conſenſus manifeſtatur facto aut non facto uti ſiquis coram tacet, cum deberet ac poſſet con ſentire; vel ſiquis reddit vel abolet cautionem de biti. Quia conſenſus non neceſſario verbis, ſed etia aliis ſignis exprimi poteſt, non apparet, cur in cert adiunctis factum, aut non factum vim conſenſus ha bere non poſſit. Conſenſus *præſumtus*, qui ex veri ſimilibus indiciis colligitur, ad rationem pacti ſuff cere poteſt in foro humano; quando lex adminiculu præſtat, & conſenſum perſonalem ſupplere poteſt; ſpe

ſpectato naturali iure, ſi reipſa non adeſt, nec ullo modo declaratus eſt, non efficit validum pactum, multo etiam minus, ſi eſt conſenſus *mere præſumtus de futuro*, id eſt, quem alter, ſi rem noſſet, præſtaret, vel quam primum noverit, ſine dubio præſtiturus eſt. Eiusmodi conſenſus mere *conditionalis eſt*, & nihil ponit *in eſſe*, ut vulgo aiunt. Et quia in genere cauſæ efficientis non datur potentia ad præteritum; quomodo conſenſus, qui nondum eſt, ſed futurus creditur, vim habet nunc conferendi ius, & gignendi effectum pactioni proprium? Quod nunc fit, poſcit cauſam, quæ nunc eſt, non quæ exſpectatur. Quis legem nunc fert, vel iudicium exercet per imperium vel iurisdictionem, quam non habet, ſed habiturus eſt?

b) Materia pactorum ſunt res & operæ ſeu facta; horum quædam *ſimplicia* dicuntur, quæ intra terminos facti hærent, nec ad dandum vel transferendum deſtinantur; ſecus *prægnantia* ſolent appellari. Facta etiam *negativa* in pactum deduci poſſunt, quando nec obligationi, nec iuri cuiusdam repugnent, proindeque turpia non ſint, nec per ſeſe ad delinquendum invitent. (2) Qui factum *alienum* promittit, cenſetur operam addicere, qua alium inducat ad faciendum, vel dandum, quod petitur. Ea incaſſum adhibita, promiſſor liberatur, niſi rem ſuo periculo fore promiſerit. Pactorum materia ſunt etiam res, quæ nondum exiſtunt, ſed futuræ ſperantur, ceu fructus naſcituri in hac arbore. (3) Affinis eſt *emtio* ſpei, quando emitur res acquirenda incerta: ceu iactus retis, captus piſcium; quod pacti vel contractus genus ſuſtinendum eſt, etſi nil acquiratur de eo, quod ſperatum eſt; quia ex natura ſua aleam continet. At fructus futuri intelliguntur emi ſub conditione: ſi naſcantur. Quæ exemta ſunt ab hominum commercio, ceu res ſacræ, religioſæ, ſanctæ, publicæ, aut quæ non ſubiacent contrahentium poteſtati, vel alienari aliunde prohibentur, non ſunt apta pactorum materia.

c) Ius ſeu facultas moralis, quæ ad paciſcendum requiritur, intelligi non poteſt, quando contraria adeſt obligatio abſtinendi a re in pactum deducta. Quomodo latro habet ius acquirendi ac tenendi rem A, quam

quam domino relinquere, vel ſi rapuerit, reſtituer naturaliter obligatur? Quomodo ius habeo alteru mihi obligatum tenendi ad aliquid præſtandum quando obligor, eundem ſervare liberum ab om obligatione? Ceterum translatio iuris continet al quid poſitivum relate ad eum, in quem transfertur & privativum, nempe amiſſionem iuris in eo, qu transfert. Fieri poteſt, ut paciſcendo non id agatu ut nunc fiat iuris translatio, ſed ut de illa in poſteru facienda partes conveniant; id, quod conting in ſponſalibus, per quæ ſponſi non transferunt iu mutuum in corpus ad actus generationi aptos, ſe futuras nuptias, ac futuram eius iuris translatione promittunt. Quid ergo dicendum, ſi poſt facta ſpon ſalia cum una perſona fiant ſponſalia vel matrimoniu cum alia contra fidem priori datam? Dico *primo* ſponſalia ſecunda non valere. Nam utraque ſponſal habent idem obiectum, nempe futuras nuptias v translationem eiusdem iuris; qui primæ ſponſæ pr miſit futuras nuptias, & ius ad futuras nuptias tran tulit, non poteſt eas valide promittere alteri, vel ide ius transferre in alteram. Dico *ſecundo*, matrim nium cum alia perſona contra fidem primæ ſpon datam iure naturæ validum eſſe; nam promiſſio fut ræ translationis ſeu alienationis rerum vel iuriu non eſt translatio, vel alienatio earundem; er facta ea promiſſione manent penes promittente eiusque diſpoſitioni ſubiacent; & quamvis ob circu ſtantias priorum ſponſalium non deberet diſpone contra datam fidem, tamen ius diſponendi retine ac diſpoſitio contraria erit valida; quia aliud eſt iu aliud rectus uſus iuris. (3) Nec vero intelligitu quomodo, qui ius quoddam retinet, ſeſe ipſum inh bilem reddat ad validum eius uſum, niſi auctorit ſuprema legem irritantem interponat, vel iuris illi translatio aut alienatio facta iam ſit; ut proinde de non ſua, conſequenter invalide, diſponeret. (3)

(1) §. LV. ſeq.

(2) *In pactum deduci non poteſt factum negativum n manifeſtandi, quæ in damnum proximi vergunt: non r nuntiandi, quæ pernicioſa ſunt reipublicæ: non teſtificar coram iudice legitime interrogante. Conveniri poteſt in*

pa

rtes contrahentes, ne culpa præſtetur. *At* pactio, ne do-
; præſtetur, rata non eſt. l. 17. pr. D. commodati. l. 23. ib.
R. I. *Nam eiusmodi pactio ad delinquendum invitat, ac*
:ile paciſcentem inducit, ut proiecta bona fide dolos ſtruat,
ens, nullum ſibi inde periculum imminere. Quod non ob-
t, quo minus dolus iam patratus remittatur poſtea; mo-
non præſtetur ſecuritas futuris dolis.

(3) l. nec emtio. 8. D. de contrah. emtion.

(4) *Valere matrimonium contra fidem ſponſalium cum*
a perſona initorum deciditur c. 1. de ſponſa duorum: *et-*
oriora ſponſalia fuerint iurata. c. tua. 5. eod. conf. Sua-
: T. III. de Religione l. IX. c. IV. n. 4.

§. CXXX.

Ad *formam* pactorum & contractuum refertur ad-
tio conditionis, diei, modi, cauſæ, pœnæ, arr-
: &c., aut quod his omiſſis abſoluti ſint; quo ca-
ſtatim *cedit dies, & venit dies*, hoc eſt, in pacto
re & abſolute inito ſtatim oritur obligatio, ac ſta-
ı implenda eſt, ita, ut peti poſſit, quod debetur.
ıod non idem fit, ſi conditio adiicitur, ante cuius
:ntum nec cedit dies, nec venit dies. Si dies ad-
tur tanquam terminus *a quo*, ſtatim quidem dies
it, & obligatio naſcitur; antequam tamen dies
iat, res promiſſa exigi non poteſt. *Conditio* eſt
alitas actui adiecta, qua vis illius in futurum ac
ertum eventum ſuſpenditur; (1) unde conditio
ɔprie dicta de futuro eſt, poſſibilis, contingens,
ſuſpenſiva; diciturque *poteſtativa*, quæ pendet ex
to alterutrius contrahentium: ſecus *caſualis*, vel
xta ex utraque. Conditio *reſolutiva* ſupponit actum
idum; eveniente tamen conditione reſolvendum.

Vim proprie dictæ conditionis non habent, 1. qu *de præſenti vel præterito* ſunt; non enim ſuſpendu efficaciam contractus & obligationem, etſi contr hentes neſciant, an conditio actu exiſtat, vel ext terit, & conſequenter, ſitne orta obligatio, an n orta. 2. Quæ ſunt de re *impoſſibili* natura, facto, v iure, id eſt, turpes. 3. Quæ ſunt *neceſſariæ*, a *intrinſecæ* vel ex natura negotii, vel ex diſpoſitio legis; tales enim non reddunt actum conditionatu ſed relinquunt intra terminos actus abſoluti. 4. *R pugnantes ſubſtantiæ* actus vel negotii. Cum his noti nibus connectuntur ſequentes poſitiones:

(*a*) Pendente conditione proprie dicta nulla naſcitur ligatio; quod ex natura promiſſi vel conſenſus co ditionati apertum eſt; inducitur tamen *ſpes debit iri*, eaque transmittitur utrinque ad hæredes poſt m tem contrahentium; quamdiu ergo pendet, revoc non poteſt, niſi conſenſu omnium paciſcentium. Ev tus autem illius retrotrahitur ad initium contract ſaltem ſi contractus conſenſualis, non realis ſit i tus. (2)

(*b*) Conditio poteſtativa coniecta in voluntatem pro tentis ſeu debitoris, actum facit nullum ac nuga rium, ceu, promitto dare centum, ſi voluero. Al ſentiendum, ſi non ipſa obligatio, ſed modus p ſtandi vel tempus in voluntatem promittentis co citur, e. g. dabo, ſi vel quando commodum e numerabo dotem, quantum viſum fuerit; quo c tandem devenitur ad arbitrium boni viri. Cond coniecta in voluntatem vel actum tertii, potius ſualis cenſenda eſt, ceu promitto dare, quantum tius arbitratus fuerit; ſi Titius aut non velit, non poſſit arbitrari, contractus deficit, nec ſup tur arbitrio boni viri.

(*c*) Conditio impoſſibilis ex natura, lege, aut fa item repugnans ſubſtantiæ contractus, contrac

reddit irritum; (3) tum enim efficax voluntas aut conſenſus locum non habet.

(1) §. 4. I. de Verb. oblig.

(2) *Si contractus ſolo conſenſu perficitur, isque conſenſus ligatus fuit conditioni, hac eveniente intelligi poteſt quomodo conſenſus conditionatus tranſeat in abſolutum. At ſi ctus non cenſetur perfectus, niſi traditione rei, ceu mutuum; m ſolo eventu conditionis utique traditio facta non intelligir, e. g.; ſi navis ex Aſia venerit, dabo mutuum. Diſpunt etiam hoc loco, an debitor ſub conditione, ſolo iſtius entu conſtituatur in mora, ita ut nulla hominis interpellane opus ſit.*

(3) *Illud ſingulare eſt ex vi legis poſitivæ, quod in teſmentis & matrimoniis conditiones impoſſibiles habeantur o non adiectis, nec vitient contractum, ſed ipſæ vitientur; odo in matrimonio de præſenti ac ſeria voluntate contrahen ſatis conſtet.*

§. CXXXI.

Diei nomine, qui contractui aliquando adiectus citur, intelligitur quodcunque temporis ſpatium, ora, menſis, annus, *a quo* vel incipiat obligatio, el quo adveniente ceſſet; unde alius eſt dies tanuam *terminus, a quo*, alius tanquam *terminus, ad quem* erduret obligatio. *Certus* vocatur dies, ſi duo conant, & *quod ſit* extiturus, & *quando* ſit extiturus; (1) cus incertus (2) ac *ſimpliciter incertus*, ſi ignoratur mnino, an aliquando ſit extiturus; ac tum æquipollet onditioni de futuro contingente. Aliquando actu tate ineſt dies, ut *qui Carthagine dari ſtipulatur, cum Romæ ſit, tacite tempus complecti videtur, quo perveniri Carthaginem poteſt.* (3) Ex his concludes:

(a) Si dies pacto adiicitur tanquam *terminus, a quo*, ſtatim naſcitur obligatio; non tamen exigi poteſt, id

 eſt,

eſt, ſtatim cedit dies, non tamen venit dies; quo intelligenti verba manifeſtum eſt; id contingit *primo* quando dies tacite ineſt contractui. *Secundo*, quando adiicitur dies certus; *tertio*, quando incertus e tantum, quod neſcitur, quando ſit extiturus.

(*b*) Dies ſimpliciter incertus quoad obligationem æqui pollet conditioni de futuro contingente; ante cuiu eventum nec cedit, nec venit dies.

(*c*) Dies incertus tanquam *terminus*, *ad quem*, non ſu ſpendit obligationem, ſed eam continuat, & multi plicat usque ad diem præfixum, quo adveniente e ceſſat, & in foro externo per exceptionem eliditu

(1) Exemplum extat §. 2. I. de verb. obl. decem aure primis Kalendis Martii dare ſpondes.

(2) l. nam ſi. 17. D. de condict. indeb. *Si*, *cum moria dare promiſero.*

(3) l. interdum. 73. D. de Verb. Oblig. *Ceterum ſigni ficatio horum verborum*: cedit, venit dies, explicatur l. ce dere. 213. D. de S. V. *Commodum huius diſtinctionis etia in eo eſt*, *ut diſcernatur*, *quid ad hæredes aliosve ſucceſſ res transmittatur*, *vel non transmittatur. Omnia aute transmittuntur*, *quæ debentur*; *ea autem debentur*, *quæ ce ſa ſunt*; *ideoque res*, *cuius dies ceſſit*, *etſi non venerit*, *tran mittitur ad hæredes.*

§. CXXXII.

Præter conditionem & diem adiectum contr ctuum formam immutant ſequentia:

(*a*) *Modus* ſeu gravamen pacto adiectum, quod tamen o ligationem non ſuſpendit, uti conditio; ſed cum in pactum deducta una involvitur; ſi in modum co ſentiens eum poſtea implere recuſet, iuſte repetitu quod datum, vel negatur, quod promiſſum eſt; (1) qu tanquam cauſa finalis conſideratur, cui conſenſus a ligatus eſt; unde modus turpis, vel repugnans ſu ſtantiæ contractus, iſtum vitiat. (2)

(1

(*b*) *Cauſa* ingreditur pactum, quando exprimitur id, quod eſt, vel erit, tanquam impellens ad contrahendum, non tanquam id, quod per contractum obtineri debet, quodque eſt proprium *modi & cauſæ finalis*, non moralis, de qua agitur in præſenti. vulgo dicunt: ceſſante cauſa ceſſat effectus, ut proin, ſi cauſa non ſubſiſtit, pactum corruat. (3)

(*c*) *Arrha* quoque & pœna contractibus formam dant accidentalem, de qua ex mente paciſcentium & communi uſu iudicandum eſt.

(*d*) *Demonſtratio* dicitur, quidquid deſignandæ rei vel perſonæ præter nomen contractui adiicitur; finis ergo demonſtrationis eſt, ut res vel perſona notetur, & diſtinguatur, de quibus, ſi ſatis conſtat, falſa demonſtratio nihil officiet; neque enim diſcedendum a fine eſt, ut retineatur medium. (4)

(*e*) Forma *disiunctiva* occurrit in pactis *alternativis*, qualia ſunt tum relate ad *perſonas*, promittendo huic vel illi, (5) tum relate ad *res*; dabo hoc vel illud; ac tum optio cenſetur reſervata promittenti vel debitori. Si plurium obligatio afficit ſingulos, non pro rata, ſed in ſolidum; appellantur *correi debendi*; & ſi ſinguli habent ius exigendi totum, *correi credendi.* Factum unius correi attingit etiam reliquos tam in utilibus, quam odioſis, reſervato tamen regreſſu inter ſingulos.

(1) *Leges Romanæ præbent remedium condictionis: cauſa data, cauſa non ſecuta; vel utilem rei vindicationem.* l. quoties. 3. C. de donat., quæ ſub modo.

(2) De matrimonio conſtat ex c. fin. de condit. appoſ. e aliis contractibus colligitur ex l. per ſervum. 14. D. de ſu & habit. *ubi legatum uſusfructus ſine uſu, ſive ſub modo non utendi inutile dicitur; quia fructus ſine uſu eſſe non poteſt.*

(3) Depromtum eſt axioma ex l. 1. C. de condictione ob auſ. datorum: „*Pecuniam, quam te ob dotem accepiſſe - - proponis; impediente quocunque modo iuris auctoritate matrimonium, - - iure condictionis reſtituere debes.*" Sed Conf. . LVI. (e, f.)

(4) Conſentit l. demonſtratio. 17. & l. falſa. 33. D. de condit. & demonſtrat.

(5) Iuſtinianus l. cum quidam. 4. C. de verbor. & rer. ſignificat. *coniunctionem* aut *pro* & *accipi vult; utique ſpectata materia, quam afficit.*

§. CXXXIII.

Effectus pactorum proximus, & immediatus eſt obligatio, ac ius ex mutuo conſenſu in idem placitum paciſcentibus proveniens. Atque ea obligatio coniuncta cum iure eſt *naturalis*, ſed hypothetica, utpote conſequens hypotheſin facti. Ius quidem paciſcendi eſt connatum & abſolutum, (1) tanquam medium neceſſarium ad conſervationem vitæ, perfectionemque; is vero effectus in eo ſitus eſt, ut ius promittentis transferatur in *το ſuum* acceptantis. Cum itaque iure naturæ perfecta ſit obligatio, ut nemo lædatur in *τῳ ſuo;* (2) ſequitur, ut etiam obligatio pactorum perfecta ſit, iusque ex pacto proveniens itidem perfectum. Quidquid dein de naturali turpitudine mendacii dictum eſt ſupra, (3) id æqua proportione ad infidelitatem, ſeu datæ fidei læſionem accommodari poteſt. Ex ipſa autem pacti natura patet, hanc obligationem, ſi uterque ponitur transferre ius quoddam, eſſe *mutuam;* & quia naturalis eſt, ac rationem in natura hominis & rerum habet, erit etiam *univerſalis*, ſeu pertinens ad omnem hypotheſin pacti *initi*, ita ut cuiusvis promittentis conſenſus nitatur hac conditione: ſi *altera pars conſentiat.* Ex his conficies ſequentia corollaria:

(a)

a) Quia obligatio pacti eſt univerſalis, erit fides data ſervanda omnibus, quibuscum pactum initum eſt, etiam hoſtibus, alienis a vera religione; & ſervanda ab omnibus etiam a potentibus, a Principibus, a Superioribus quibuscunque.

b) Quia obligatio eſt mutua, & conſenſus unius conſenſum alterius pro conditione habet; nemo aliter ſe obligare cenſendus eſt, niſi quatenus alter obligationi ſatisfacit; hinc vulgo dicitur: *Frangenti Fidem fides frangatur eidem.* (4) Hæc tamen regula caute adhibenda eſt, multasque ob rerum adiuncta limitationes habet; ſecus plurima negotia cum maxima perturbatione humanæ ſocietatis identidem reſcinderentur; cum enim ſæpe in poteſtate cuiusvis non ſit, liberare datam fidem; ſi continuo altera pars diſcederet a conventione, æque ſibi ac aliis graviora mala accerſeret.

c) Obligatio hæc ex conſenſu paciſcentium orta non ita præfracte & duriter a ſingulis ſuſcepta, & alteri ab altero impoſita exiſtimari poteſt, ut iura humanitatis & æquitatis conculcentur, & ſupra humanas vires homines conſtringantur; hinc in actibus promiſſoriis cenſetur ineſſe conditio: *rebus ſic ſtantibus, nec mutatis notabiliter*, vel: *ſi potero*; animadvertunt autem Interpretes Iuris, paria eſſe, ſupervenire impedimentum, & ignoratum præcedere. (5)

d) Promiſſor vel debitor facti præſtando id, quod intereſt creditoris, non liberatur; uti obligationi ſuæ non ſatisfacit is, qui *rem determinatam* promiſit, & eius loco id, quod intereſt, præſtare vellet. Qui pactione ius acquiſivit, vi libertatis naturalis iudicare ſolus creditor poteſt de eius uſu & diſpoſitione. Invito autem creditori aliud pro alio ſolvi non poteſt.

e) Obligationis naturalis, quæ ex pacto reſultat, tanquam quidam effectus & annexa ſpectantur alia non pauca, ceu 1., quod ſolutum repeti non poſſit. 2. Quod locum habeat compenſatio. 3. Quod pignora recipi & retineri poſſint. 4. Quod novari poſſit debitum. 5. Quod tertius intervenire, atque pro obligato fideiubere, aut debitum conſtituere queat. 6. Quod adiun-

ꝯta ſit præſtatio doli ac culpæ intra certum gradum pacifcentibus commiſſæ. 7. Quod perſecutio iuris perfecti ex pactione orti in ſtatu naturali admittat vim & in civili pariat actiones varii generis. (6)

(1) §. XVI. (b.)

(2) §. XVII.

(3) §. XC.

(4) *Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem a ſe præſtitam ſervare recuſat.* c. 75. de R. I. in VI adde c. 3. & c. 25. de iureiurando. *Conſentit ius civile, quod dat condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta.*

(5) Arg. c. paſtoralis. 4. de Except.

(6) *Fieri poteſt, ut leges civiles actibus quibusdam aliquos effectus iuſtis ex cauſis tollant; ſi tamen alios relinquant ſalvos, dici nequit, eiusmodi actum, vel pactum per leges civiles penitus irritatum eſſe. Equidem id puto ad contractus quosdam pupillorum ſine auctoritate tutoris vel curatoris initos, poſſe applicari.*

§. CXXXIV.

Ut iam a generica pacti ratione deſcendamus ad inferiores pactorum, & contractuum claſſes ac ſpecies conſideranda eſt origo eorundem, dein varius effectus obligationis, modus, quo unaquæque ſpecies perficitur, denique ſpecificum nomen.

(*a*) Origo contractuum quærenda eſt in natura, in moribus & uſu hominum, in legibus peculiarium ſtatuum civilium. Sic contractus matrimonii dicitur naturalis, ſeu in officium naturæ inſtitutus; alii eatenus a natura ſunt, quatenus ea ius paciſcendi dat, & pacta tanquam medium ad propoſitos fines conſequendos offert. Ipſa dein vitæ neceſſitas apud populos invexit varii generis contractus, qui dicuntur *iuris gentium*; peculiares conſtituerunt Romani, dictos contractus iuris civilis; eodemque iure conſtituendi va-

varias pactorum & contractuum formas alii populi perinde gaudent, ac Romani uſi ſunt, modo ſalvæ maneant caritatis & iuſtitiæ leges. (1)

b) Spectato effectu alii dicuntur contractus *unilaterales*, per quos ſibi alterum obligatum quis tenet ſine mutua ſua obligatione; uti fit in mutuo, commodato &c. & *bilaterales* ſeu onerofi, qui obligationem ex utraque paciſcentium parte continent. Sunt alii *translativi iuris in re* ceu emtio, venditio: alii *non translativi iuris in re*, ceu locatio, conductio. Dein *perſonales* dicuntur, quorum obligatio ita perſonis adhæret, ut non tranſeat ad ſucceſſores & hæredes; hoc enim caſu vocantur *reales*.

c) Ex modo, quo quisque contractus in ſua ſpecie perficitur, alius vocatur conſenſualis, realis, literalis, verbalis.

d) Contractus *nominati* dicuntur, qui ob ipſum frequentiorem uſum proprium ac ſpecificum nomen ſortiti ſunt: in his determinata negotii natura ex ipſo nomine intelligitur, etſi nihil ſpeciale ſit dictum. *Innominatus*, qui caret ſpeciali nomine; nam *plura ſunt negotia, quam vocabula*. (2) Sic *permutatio* nomen generis eſt, non ſpeciei; eaque quadruplex: do, ut des: do, ut facias: facio, ut facias; facio, ut des. Hoc modo etiam emtio venditio permutationis ſpecies eſt, quia merx permutatur cum pretio. (3)

(1) *Multas enim formas edere natura novas deproperat*, quit Iuſtinianus l. 2. §. 18. C. de veteri iure enucl.

(2) l. natura. 4. D. præſcriptis verbis.

(3) *De contractibus nominatis certæ actionum formulæ oditæ apud Romanos erant. In iis vero, qui innominati ſebantur, tantum inerat, quantum fuerat dictum ſeu a pacentibus expreſſum; ac proinde non uſitata quædam, ſed acnmodata ad ipſum factum conficiebatur formula, quæ idcir* præſcriptis verbis *nuncupabatur.*

§. CXXXV.

Contractuum nominatorum complures ſunt claſſes; in ſingulis eorum certæ ſpecies collocatæ;

(*a*) Sunt contractus *ſimplices*, alii *compoſiti*, quando plures ſimplices in unico negotio involvuntur.

(*b*) Simplices alii ſunt *benefici*, alii *permutatorii*.

(*c*) Ex beneficis quidam *mere benefici*, ut donatio, & præſtatio facti uti is; alii *benefici cum mutua quadam obligatione*, uti cum rei uſus gratis conceditur, ea tamen lege, ut res eadem in genere vel ſpecie reddatur; eſtque 1. *mutuum*, quo res fungibilis datur ea lege, ut reſtituatur in genere. 2. *Commodatum*, quo res non fungibilis ad certum uſum & tempus gratis conceditur, ut tamen finito uſu eadem in ſpecie reddatur. 3. *Precarium*, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu patitur is, qui conceſſit. 4. *Depoſitum*, quo res alicui gratis cuſtodienda traditur ea lege, ut eadem in ſpecie ad deponentis arbitrium reſtituatur. 5. *Mandatum*, quo alteri negotium gratis gerendum committitur, & ab altero ſuſcipitur. 6. Mandato affinis eſt *fideiuſſio*, qua quis ei, qui tertium quendam ad præſtandum ſibi obligatum habet, ſe hoc præſtiturum ſpondet, niſi is, qui debet, præſtiterit.

(*d*) *Permutatorii* ſunt, quibus operæ vel res non gratis in alterum conferuntur; ſed ita, ut hic viciſſim aliam rem, vel operam præſtet. In his alii *diremtorii*, quando una pars ita dat, vel facit, ut pars altera aliud det, vel faciat; alii, qui non dirimunt partes, ſed *communionem afferunt*, quando nimirum res & facta ad communem utilitatem conferuntur; quod fit per contractus ſocietatis.

(*e*) Ad contractus permutatorios, qui dirimunt partes refertur 1. *emtio venditio*, qua res datur pro pecunia. 2. *Locatio & conductio*, qua uſus rei non fungibilis vel opera præſtatur pro certa mercede. 3. *Cambium*, quo pecunia cum pecunia commutatur; quod eſt cambium *minutum*, ſeu *manuale*; verum autem

can

cambium eſt contractus ſolo conſenſu perfectus de pretio campſori dando, & literis ab eodem campſore tradendis, ad tandundem alibi recipiendum. 4. *Emphyteuſis*, qua dominium utile rei permutatur cum obligatione præſtandi annuum canonem. 5. *Feudum*, quo dominium utile rei permutatur cum obligatione præſtandi fidelitatem, id eſt, curam & diligentiam, ne quid in præiudicium domini directi fiat. 6. *Contractus Chirographarius*, qui perficitur mediante chirographo ſeu literis, quibus quis fatetur, ſe rem fungibilem ceu pecuniam ab altero accepiſſe, eamque reſtituere promittit. 7. *Contractus æſtimatorius*, quo res æſtimata certo pretio traditur vendenda alteri, ut eam vel reddat, vel pretium determinatum ſolvat. 8. *Permutatio* tum in ſpecie, qua res traditur pro re, nempe do, ut des; tum in genere; do, ut facias: facio, ut facias: facio, ut des.

(*) Hactenus de ea claſſe contractuum permutatoriorum actum eſt, quæ paciſcentes inter ſe dirimit ipſa re permutata, dum alius aliud præſtat. Aliud permutationis, ſive contractus utrinque oneroſi genus eſt id, quod communionem affert, nempe vi ipſius contractus, ſive conſenſu paciſcentium ortam; eſt enim communio quædam fortuita & neceſſaria, uti ſiquibus eadem res teſtamento legata eſt. (1) Ad hunc igitur locum pertinet *Societas*, quæ eſt contractus conſenſualis bonæ fidei de re vel opera honeſta, ad commodiorem uſum, & uberiorem quæſtum in commune conferenda; ea ſocietas valde multiplex eſt; ſic 1. eſt *ſocietas officiorum*, vi cuius in locis illis, ubi officia ſunt vendibilia, plures conferunt pecunias ad emendum eiusmodi officium, cuius dein fructus pro rata collatæ pecuniæ a ſingulis percipiuntur. Fit etiam, ut officialis, qui iam emit officium, alium quendam, a quo pecuniam ad alios uſus accipit, in ſocium & communionem fructuum & emolumentorum officii adſciſcat. 2. Contractus *Socidæ*, quo pecudum uſus pro viliori mercede annua, aut certa fructuum parte alicui conceditur, ea lege, ut ſiquæ illarum pereant, accipiens vel alias in eorum locum ſubſtituat, vel æſtimationem præſtet. 3. *Contractus aſſecurationis*, quo quis indemnitatis circa caſus fortuitos præſtationem pro certa mercede in ſe recipit, ut adeo pau-

eis verbis is contractus dici poſſit averſio perici pro certo pretio. 4. *Contractus trinus*, ſeu conventio, qua inter easdem perſonas de eadem pecunia tri contractus, nempe ſocietatis, aſſecurationis & lu certi minoris pro incerto maiore ſimul coniunguntu De moralitate huius contractus diu multumque diſp tatum eſt.

(g) Alia eſt contractuum claſſis, qui *aleam continere* cuntur, quibus nempe ſuper incerto eventu conv nitur; ſuntque 1. *emtio ſpei*, quando certo pret emitur res acquirenda incerta. (2) 2. *Sors*, a cui fortuita determinatione ſuſpenditur acquiſitio rei terius; id fit non divinando, quid futurum ſit; enim ſuperſtitioſum eſt, ſed *eligendo* unum ex pl ribus: *attribuendo* rem indiviſam uni: *dividendo* re communem, & aſſignando rei diviſæ partem unic que. 3. *Loteria*, quando certa pecuniæ ſumma a pl ribus confertur ea lege, ut per ſortem definiatu quid ex propoſita re, vel rebus quilibet habere, vero ſymbolæ ſuæ diſpendium facere debeat. 4. *la fortunæ*, quando pro certo pretio emitur ius, ſch dulam ex urna extrahendi ea lege, ut extrahens c tineat rem, quam inſcriptio ſchedulæ præſefert. H pertinet *rota fortunæ*, & *iactus teſſerarum*. 5. *Pr mium victoriæ*, quod proponitur ea lege, ut ce quodam modo aliqui inter ſe certent, & præmium eius, qui alios vicerit. 6. *Ludus* fortuitus, artific lis, mixtus. 7. *Sponſio*. 8. Denique conventio *lucro minore certo pro maiore incerto.*

(h) Eſt alia contractuum claſſis, qua non quidem do nium rei, ſed tamen ius in re aliena confertur; his 1. eſt *pignus*, ſeu contractus realis, quo res qua creditori in ſecuritatem debiti ita traditur, ut luto debito eadem in ſpecie ſit reſtituenda. A pign non differt *hypotheca*, niſi quod pignus perficia ipſa traditione rei oppignoratæ; hypotheca vero da conventione, qua res ſolum obligatur credito quin tradatur, eiusque poſſeſſio transferatur. 2. *S vitus*, ſeu ius in re aliena conſtitutum, quo domi in re ſua aliquid pati tenetur in alterius rei vel p ſonæ utilitatem. Affines ſervituti ſunt iura *bannar* per quæ tota aliqua communitas compellitur ad c

certum molendinum, furnum, officinam braxatoriam &c. item quando operæ ruſticæ debentur alieno prædio. 3. *Dominium utile*, ſive ius utendi fruendi prorſus liberum, ſic tamen, ut proprietas rei quodam modo ſit reſtricta ad alium; cuiusmodi eſt emphyteuſis & feudum, de quibus ſupra. Dein contractus *libellarius*, quo prædium conceditur certo pretio & certa penſione in annos ſingulos conſtituta, ea fere conditione, ut condicto tempore rurſus numerato certo pretio vel arbitrario renovetur. Dein *ſuperficies*, quando quis in alieno ſolo obtinet ſuperficiem duntaxat ſive aream ad domum conſtruendam, olivetum plantandum, piſcinam faciendam, vel quidvis aliud. Conſtituitur ius ſuperficiarum etiam in ædibus exſtructis, quando ædes donantur aut venduntur ea lege, ut dominium in ſolo retineat donator aut venditor. Penſio annua, quam ſuperficiarius domino fundi pro huius uſu ſolvit, *Solarium* vocatur. (3)

(1) l. nihil autem. 2. D. commun. ibid.

(2) §. CXXIX. (b.)

(3) De quaſi contractibus mentio facta eſt eod. §. XIX. (a.)

§. CXXXVI.

Singulis hisce contractuum nominatorum claſſi- ac ſpeciebus inſunt alia, quæ ſubſtantialia di- tur, alia, quæ *naturalia*; demum & accidentalia.

a) *Subſtantialia* in ratione ſpecifica contractus cenſentur, ſine quibus hic contractus non eſt, nec eſſe poteſt, ſed in aliud genus vel aliam ſpeciem migrat. Subſtantia mutui in eo eſt, ut detur res fungibilis, ut transferatur dominium, & adiiciatur obligatio reſtituendi rem in genere. (1)

b) *Naturalia* dicuntur, quæ tacite intelliguntur de natura actus, etſi nihil dicatur; eoquod actui inſunt ex frequentiore uſu & aſſidua conſuetudine, quæ in naturam tranſiit, etſi expreſſo contrahentium pacto aut etiam vitio abeſſe poſſint ſalva ſubſtantia contra-

ctus.

ctus. Sic naturale eſt mutuo, ut ſit gratuitum, emti-
oni, ut venditor præſtet evictionem.

(*c*) *Accidentalia* adeſſe vel abeſſe poſſunt ſalva contractui
ſubſtantia ac natura; cuiusmodi ſunt varia pacta
adiectitia, quæ, quia contractui adhærent, veſti-
appellantur a Iurisconſultis.

(1) *Subſtantia contractus non ex nomine, quod a con-
trahentibus negotio imponitur, ſed ex notis intrinſecis &
contractui propriis æſtimanda eſt.* l. cum manu. 80. §.
D. de contrah. emtione: Nemo poteſt videri eam rem
vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorem
tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.
l. Lucius. 24. D. depoſiti. Egreditur ea res depoſiti notiſſi-
mos terminos, *ut nempe dominium rei depoſitæ in depoſi-
tarium tranſeat; excepta forte depoſitione pecuniæ.* §. fin.
I. de mandato: In ſumma ſciendum eſt, mandatum, niſi
gratuitum ſit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede
conſtituta incipit locatio conductio eſſe.

§. CXXXVII.

Pro varietate claſſium ac formarum variæ æqui-
tatis ac iuſtitiæ regulæ ſunt conſtitutæ tum natu-
rali, tum poſitivo iure. Earum ad propoſitum quod-
dam negotium adplicatio per ipſam naturalem co-
gitandi vim duplici ratiocinatione fit; ac primo da-
tum negotium reducitur ad certam claſſem vel ſpe-
ciem contractus; quod fieri non poteſt, niſi & ne-
gotii determinationes ſeu notæ internæ adcurate ex-
pendantur, & diſtincta notio diverſarum claſſium
ſpecierumque, in quas contractus tribui ſolent, ha-
beatur præ oculis. Facta negotii reductione ſequi-
tur altera ratiocinatio, per quam ea, quæ genera-
tim de effectibus moralibus, de iuribus & obliga-
tionibus certæ claſſi vel ſpeciei, ad quam negotium

red-

ductum eſt, lege naturali vel poſitiva conſtituta ſunt, ad latum negotium eo reductum accommodantur. (1)

(1) *Exemplum huiusmodi poni poteſt. 1. In dato nego-tio conventum eſt inter paciſcentes de uſu equi pro certa mercede præſtando; at contractus conſenſualis de uſu rei pro certa mercede præſtando eſt locatio conductio; igitur in dato negotio celebrata eſt locatio conductio. 2. In locatione con-ductione præſtari a conductore debet damnum vel levi culpa datum: in dato autem negotio celebrata eſt locatio conductio, a conductore datum eſt damnum culpa levi, ergo ab eo-dem id præſtari debet.*

CAPUT XVI.

e neglectu officiorum, de quibus hactenus tractatum eſt, frequens oritur obligatio reſtituendi, quod debetur; eaque peculiarem expoſitionem poſcit.

ARGUMENTUM.

CXXXVIII. Notio ſatisfactionis & reſtitutionis. CXXXIX. Reſtitutio ex re accepta. CXL. iniuſta acceptio. CXLI. culpæ gradus ac limites. CXLII. quæ culpa reſtitutionem poſcat? CXLIII. an ſola theologica, ut vocant? CXLIV. reſtitutio ob damnum ab animali vel ſervo datum. CXLV. aliave damna cum culpa data. CXLVI. præſtatio culpæ in contractibus. CXLVII. Si poſt initum contractum res noſtræ & alienæ ſimul periclitentur. CXLVIII. reſtitutio ob læſam æqualitatem in contractibus oneroſis. CXLIX. reſtitutio ex quaſi contractu. CL. quis teneatur reſtituere, ſi plures damnum dederint. CLI. Reſtitutio ob conſilium pravum. CLII. ob præſtitum conſenſum. CLIII. ob datum recurſum. CLIV. ob participationem damni dati. CLV. ob negativos imputationis modos. CLVI. Qu d & quantum oporteat reſtitui. CLVII. tempus faciendæ reſtitu-

ſtitutionis. CLVIII. locus & ſumtus, quibus ſit reſtitutio. CLIX. cui reſtituendum? CLX. concurſus creditorum. CLXI. impotentia reſtituendi. CLXII. Si damnum ſit irreparabile. CLXIII. ſi interiit. CLXIV. impotent ex inopia debitoris. CLX impedimentum ex parte cr ditoris.

§. CXXXVIII.

Iniuria ſtricte dicta, quæ eſt violatio iuris pe fecti aliorum, (1) non intelligitur fieri ſine anim nocendi vero, aut interpretative tali; quia nec ign rari paſſim iura perfecta aliorum, nec ſine eiusmo animo lædi poſſint. Animus nocendi *verus* pr ſumitur, quando actio ex ſe & præſentibus adiunct iuri perfecto alterius adverſatur; isque eſt *dolus*, v *dolus malus*, ſive malitioſa ~~facti~~ in læſionem alteri deſtinatio. Siqua actio alteri iure perfecto debi eſt, eius omiſſio doloſa eſſe poteſt. Animus nocen *interpretative dictus*, cenſetur omiſſio diligenti debitæ, ſive eius, quam adhibere quisque tenetu ne ius perfectum aliorum lædat, vocaturque *culp* Duo diſtinguenda in iniuria ſunt, I. *offenſa* læſ quatenus hic in ſe aut bonis ſuis impetitur, moleſti iuſto dolore, aliquando etiam terrore vel ignom nia afficitur, eiusque imo & aliorum ſecuritas tranquillitas turbatur; multis enim minatur, q uni facit iniuriam. II. *Damnum* læſo illatum per i iuriam, qua ipſi demitur quidquam de iis, quæ iu perfecto tenet. (1) Ius naturæ, ut inferre iniuria prohibet, ſic illatam reparari iubet: ſecus enim co

tinu

uatur, & ſingulis momentis infertur velut nova. *paratio offenſæ* fit per *ſatisfactionem* proprie dictam: *aratio damni per reſtitutionem*; quæ voces, etſi nfundantur ſæpenumero, re tamen differunt, ac era ab altera ſeparari poſſunt; altera item gravis, era levis cenſeri. Qui vi adhibita alterum ſpoliare ſua attentat, nec tamen prævalet; gravem iniu- m irrogat; at damnum non dat. Qui uni horo- gium furto, alteri per rapinam aufert, æquale mnum, non æqualem iniuriam facit. Satisfactio tur offenſam reſpicit, etſi adiunctum damnum n habeat, ac propria eſt iuſtitiæ vindicativæ: ri poteſt in bonis alterius ordinis, ac iniuria erat, nque æqualitatem poſcit, quam *medium rationis* cant; quia per rationem fit æſtimatio tum offenſæ, n perſonarum, quibus accommodanda eſt ſatis- tio. At reſtitutio damnum reſpicit, cuius integratio eſt: iure interno ante omnem iudicis tentiam fieri debet, & per ſe quidem in eodem nere, in quo læſio contigit, ac *medium rei*, ſive fectam rerum æqualitatem exigit, ut, qui ob nnum illatum minus habet, ac debebat iure per- to, per reſtitutionem obtineat idem, vel æquale. nc *reſtituere* idem eſt, ac *iterato aliquem ſtatuere poſſeſſionem vel dominium rei ſuæ.* (5) Hæ notiones rquam fœcundæ ſunt, nec ſine corollariis relinqui bent.

a) Poteſt quis in dominium vel poſſeſſionem rei ſuæ, aut iuris reſtitui, quam ſine iniuria amiſerat. Hinc

 reſti-

reſtitutio latius patet, quam iniuria; ut ſi reſtituitr pignus, locatum &c.

(*b*) Reſtitutio vi notionis poſtulat, ut quis antea i poſſeſſione rei vel iuris fuerit, atque ut res, qua ſ reſtitutio, ſit eadem, vel priori æquipollens. Utrum que aliter ſe habet in *ſolutione*, a qua proin differ Qui dat pretium pro emto tritico, ſolvet; qui idem i genere dat pro eo, quod mutuo acceperat, reſtitui

(*c*) Reſtitutio in reparando iure perfecto, atque eo verſ tur, quod alter habuit in τῳ ſuo. Sicui dono, quc ab eodem antea emi, non ſit reparatio prioris iuris ſed nova translatio. Si extreme indigenti quidpia dem ex obligatione gravi caritatis, nihil reſtituc quia non do, quod alter habuit in τῳ ſuo, aut quc iure perfecto exigere poteſt.

(*d*) *Reſtitutio reducit ad æqualitatem, quod inæqualit ablatum eſt* (4); *& aliquis reddendo, quod accep ſimplum, reducit ad æqualitatem. Ergo ſolum tenet reſtituere tantum, quantum accepit.* Igitur reſtitut in duplum, triplum &c. ex lege poſitiva promana & ſatisfactionem reſpicit. At quamdiu mihi dee quidpiam de re mea, vel confectariis rei, aut luc ceſſante vel damno emergente (quod utrumque nomi *Intereſſe* venit), tamdiu mihi non reſtituitur ple atque ad æqualitatem; quia minus habeo, ac iure pe fecto debebam habere. Non tamen eo ſpectat reſt tutio, ut plus habeam poſtea, ac ante. Hinc ſiqu incrementum rei meæ, quam alter iuſte vel iniu detinuit, ex ſola iſtius induſtria, non ex re ip acceſſit, id mihi reſtitui non debet, ſed penes detent rem manet. (5)

(*e*) Ad τo ſuum non tantum pertinet dominium re ſed etiam iura connata acquirendi (6) & *creditum* quo nomine intelligitur ius perfectum exigendi altero rem ex pacto vel quocunque modo perfec debitam. (7) Qui ergo alterum a conſecutione bon quod acquirere poterat, vel ei debebatur, mediis ini ſtis, ceu mendaciis, vi, fraude impedit, is faci ut minus habeat, quam alias haberet; & obligatio reſtituendi ſubiacet. Siquis ſolam alterius ſpem co ſeque

ſequendæ rei vel probabilitatem conſecutionis iniuſte intercipiat, non rei, ſed ſpei æſtimationem arbitrio prudentis viri reſtituet; præſertim cum multa inopinato incidant, ne quis re ſperata potiatur. Cavendum etiam, ne cupiditas habendæ rei pro iure habeatur, & iniuria obtendatur, quæ nulla eſt; exemplo ſunt operarii, qui ob longiorem laborem plus poſtularunt, quam conventum fuerat. (8)

f) Quia obligationibus aliorum perfectis in ſtatu abſoluto ſatisfit per actiones negativas (9): obligatio autem reſtitutionis poſitiva eſt, quæ in faciendo & dando conſiſtit, atque etiam ſine præcedente iniuria locum habet; idcirco erit ea obligatio perfecta hypothetica; atque indaganda eſt hypotheſis ſive ratio ſufficiens, ex qua poſitiva & perfecta obligatio reſtitutionis provenit. Eiusmodi hypotheſis vel ratio ſufficiens in ſcholis nuncupatur *radix reſtitutionis*, quæ multiplex eſſe poteſt. Et quia obligationes affirmativæ reſpiciunt adiuncta loci, temporis, perſonarum; præterea facultatem & opportunitatem poſcunt; quibus deficientibus expleri nequeunt; intelligitur, cur de adiunctis faciendæ reſtituionis, & cauſis excuſantibus agendum ſit.

(1) §. XVII. (d)

(2) ib. (f) *Offenſam, quæ ineſt in violatione iuris perfecti, propius exprimit vox generalis*, iniuria: *damnum novox* læſio; l. V. decretalium extat titulus 36. coniunctim de iniuriis & damno dato.

(3) S. Thomas 2. 2. q. 62. a. 1. Sic l. I. §. 31. D. de & vi arm. „*de eo, qui vi deiectus eſt, ſtatuitur: prima cauſa reſtitui debet, quam habiturus erat, ſi non fuiſſet eiectus.*"

(4) S. Thomas loc. cit. a. 3.

(5) Idem a. 6. ad 1.

(6) §. XV. (c)

(7) l. 10. 11. 12. D. de. V. S.

(8) Matth. XX. 11. ſeq.

(9) XVII. (a)

§. CXXXIX.

Res accepta, extans formaliter in ſe, aut i æquivalenti apud eum, cui illam tenendi ius no eſt, prima eſt radix reſtitutionis; fructus, incr menta, & conſectaria ex re ipſa provenientia ad d minum rei pertinent. Unde inſtar axiomatum ſu duo hæc: 1. *res aliena clamat ad dominum;* perin ut Tobias ex voce balantis hædi, ne quid alienu domi eſſet, vereri ſe ſignificavit. (1) 2. *Nemo cu alterius iniuria, iactura & detrimento locupletari d bet.* (2) Ex his concludes:

(*a*) Si res apud dominum peritura naufragio, depræd tione hoſtili, incendio, ſervata eſt, dum in alie manu erat; non ceſſat eſſe res domini, proindeq reſtitui debet.

(*b*) Quia amiſſa poſſeſſione ius ac dominium non ami titur (3); idcirco res aliena, ſi quo loco invenitu & ab inventore tollitur, adhibita diligentia, ut dominum perveniat, curanda eſt. (4)

(*c*) Etſi dominus ex re ſua fructus non percepiſſet; iidem proveniunt alio dante operam; tamen ex proveniunt, atque ad conſectaria dominii pertinen & reſtituendi ſunt. De poſſeſſore bonæ ac malæ fid dictum eſt ſupra. (5)

(1) Tob. II. 21.

(2) C. 48. de R. I. in VI. & l. iure naturæ. 20 D. eod. l. nam hoc. 14. D. de condict. indeb.

(3) §. CXII. (b.)

(4) De rebus alienis inventis lex Moſaica diſponit Deu XXII. a v. 1.

(5) §. CXXIV. (c.) & §. CXXV.

§. CXL.

Altera reſtitutionis radix vulgo ſtatuitur *iniuſta* *ceptio*, ſeu *damnificatio* active, id eſt, actio, ex qua teri damnum contingit; unde iniuſte dicitur *for-aliter*, id eſt, cum peccato & conſcientiæ noxa oniuncta, aut *materialiter* iniuſta, ex ſe quidem um peccato aut conſcientiæ noxa coniuncta, ut men oblivio, inconſiderantia, præcipitantia coram ei & conſcientiæ tribunali excuſationi locum præ-eant. Quapropter talis actio duplici ſpectanda odo eſt:

(*a*) *In ſe*, conſiderando *primo* ius, obligationem, vel neceſſitatem, ex qua ponitur: *ſecundo* connexionem cum damno, utrum ex ſe perniciofa, cum damno, vel tantum cum periculo damni remotiore, propinquo, proximo coniuncta: *tertio* gravitatem ipſius damni, quod ipſum, vel cuius periculum cum actione coniunctum eſt.

(*b*) *In animo agentis;* an is cenſeatur directe vel indirecte nocendi voluntatem habuiſſe; an ſubito terrore, deliberate, plena, aut non plena advertentia, probabili ignorantia, oblivione actionem ediderit?

§. CXLI.

Notio doli ac culpæ, & multiplex iſtius gradus dicatus eſt ſupra. (1) Cum vero nonnunquam per-fficile ſit, limites inter dolum & culpam, inter rios culpæ gradus, inter culpam leviſſimam, & ſum fortuitum diſcernere; opus eſt nonnulla in m rem annotare:

(*a*) Inprimis ſpectanda eſt natura negotii & actionis, eiusque adiuncta. Aliquando ſatis diligens & immu-

nis

nis à culpa cenſetur, qui eo modo rem facit, quo alias paſſim ab omnibus ſolet fieri; uti fit in pulſanda campana, etſi tintinnabulum forte decidens hominem opprimat. (2)

(*b*) Sunt quædam actiones per ſe & natura ſua valde periculoſæ, ceu transportare columnas, res fragiles, cum igne accedere ad locum, ubi magna eſt copia materiæ, quæ flammam cito concipit. Inde fieri poteſt, ut culpa in ſe levis ſpectatis adiunctis valde gravis evadat.

(*c*) In æſtimanda culpa non id conſiderandum eſt, quid uſu & experientia facti prudentiores cautioresque faceremus; ſed quid homines prudentes eiusmodi loco ac tempore paſſim agere ſoleant. (3)

(*d*) *Caſus fortuitus*, ut a culpa etiam leviſſima ſegregetur, in Romanis legibus dicitur is, cui *reſiſti non poteſt.* (4) Superat igitur humanas vires, & humanam prudentiam, quam viri etiam maxime providi ac ſolertes adhibere ſolent tum ſaltem, cum experientia nondum cavere didicerunt. Hinc dicitur *vis maior* (græce Θεουβια), ceu lapſus fulminis, naufragium, terræ motus, vis aquarum aut ventorum; eumque per ſe nemo præſtare debet, nec imputatur, ſed commiſerationem parit. Aliter de culpa differendum eſt, etſi ea plena inconſideratione obrepſerit: tum enim dici poteſt: per te ſtabat, quo minus id damni emergeret: cur non advertiſti animum? debebas advertere, ac poteras etiam. Sane omnes ideæ ac voces, imo etiam iuris ſacri & profani diſpoſitiones confundendæ ſunt, ſi, quod per culpam fit, caſus fortuitus nuncupetur.

(*e*) Notio *culpæ iuridicæ* pariter ſupra data eſt; ſed veritas illius notionis videtur examinanda. Non nego fieri poſſe, ut quis repentino terrore, aliave commotione, aut inadvertentia, oblivione id agat, ex quo alteri damnum ſequitur, quin peccatum committere cenſeatur. Sed iſtiusmodi *culpa theologica materialis*; quamobrem *culpa iuridica* vocitetur, non video. Forte quia iura præſcribunt eam diligentiam, quam quis ſine peccato ponitur omittere. Atqui ius naturæ

ræ, & ſacrum poſitivum præcipit moderari animi motus, præſcribit pſallentibus devotionem, attentionemque, vetat mentiri. Quid ergo? ſiquis involuntaria mentis inconſtantia animo vagetur inter pſallendum: ſi repentino iræ impetu prævertitur: ſi non advertenti mendacium ore effluit; rectene has dices diſtractiones iuridicas, iram iuridicam, mendacium iuridicum? Sed fortaſſis ea dicetur culpa iuridica, qua omittitur diligentia, quam adhibere non tenetur. At enim ſic nulla erit omnino culpa, quæ vi notionis omiſſionem *debitæ* diligentiæ exprimit; nec quisquam in foro condemnatur ob eam cauſam, quod diligentiam omiſerit, quam adhibere non debebat. Non igitur improbanda eſt eorum theſis, qui, cum adcurate loqui amant, uti neceſſe eſt in diſciplinis, ita ſtatuunt: *Nulla eſt culpa iuridica.* Sed ne de voculis litigemus, dicatur per me diligentiæ debitæ omiſſio, quæ ob inculpatam inadvertentiam peccato caret, culpa iuridica; quia in foro humano de actibus internis conſtare nequit. Siqua externe & in ſe culpoſa ſit, in iure habebitur pro culpa.

(1) §. XLV.

(2) Caſus extat in c. Ioannes. 23. de homicidio.

(3) Caietanus in comment. S. Thomæ. 2. 2. q. 64. 8. *norabilem caſum refert de quadam Hiſpaniæ Principe, quæ vam parvulam quaſi familiarem & domeſticam inſtar catelli vat. At cnm illam canes aliquando inſequerentur, eaque ſinum dominæ ſuæ confugeret, hæc tum quidem gravida ibus territa abortum fecit. Addit Caietanus, hoc inforium non ſolum ab ipſa regia Principe non fuiſſe præviſum, nec a tot viris illuſtribus & ſapientibus, qui ipſius curam ebant, eique aſſiſtebant, & ex qua regni ſucceſſorem pectabant; & tamen poſt factum omnes dicebant, non uiſſe illam cum cerva ire in locum, ubi venatici canes rant.*

(4) l. in rebus. 18. D. commodati.

§. CXLII.

Hisce præfixis notionibus ſubiungenda ſunt principia, vi quorum ex iniuſta acceptione obligatio reſtitutionis emergit:

(*a*) Omnium conſenſu reparari debet damnum dolo datum, etſi qui dedit, nullum commodum ex damno dato referat; nec intereſt, directe dederit, an indirecte; ſi non cavit, ne ſequeretur, aut ſi agendi iure caruit.

(*b*) Idem tenendum, ſiquis damnum dat culpa lata advertenter, etſi de cetero actionem ponat iure ſuo; quia quivis iure naturæ eam tenetur in actionibus ſuis, ne aliis damno ſint, adhibere diligentiam ac circumſpectionem, quam homines diligentes, non diſſoluti, non leves ac temerarii adhibent in rebus ſuis. Quivis enim operam humanis viribus accommodatam adhibere debet, ne lædat naturale ius.

(*c*) Qui actionem bona fide primo poſuit, ſed cuius effectum noxium dein animadvertit; ſi illum, cum poteſt, non impedit, tenetur ad damnum reparandum; qui mala fide damnum præparavit, tenetur cum pari ſuo, imo etiam maiore, quam innocenti imminet, periculo, illud impedire, retractare, removere. Ius enim naturæ, uti prohibuit eam præparationem; ſic quovis momento, ut impediatur damnum, & periculum amoveatur, præcipit; ſecus tenetur ad reſtitutionem.

(*d*) Qui alterum impedit a conſecutione boni iure perfecto eidem debiti, quocunque modo impediat ſuaſu, vi, fraude &c. illud obligatur reparare; ſimiliter & qui a conſecutione boni alteri non debiti impedit modis iniuſtis ceu calumniis; pariter obligatur pro ratione ſpei, quam alter habebat.

(*e*) Qui actionem ponit iure ſuo, atque ex honeſto fine atque operam dat, ut par eſt, ne alteri damnum ſequatur; ſiquod ſequitur, id ipſi imputari non poteſt. Non enim videtur iniuriam facere, qui utitur iure ſuo. (1)

(*f*.

f) Ex ſolo pravo affectu, aut voluntate inferendi malum, ſi actionem quis ponat iure ſuo, non oritur reſtituendi obligatio, uti ſi actor, teſtis, iudex, dum viam iuris tenent, ſimul iniquo odio moventur in reum. Videre igitur oportet, utrum & quatenus actio externa in damnum iniuſtum influat.

g) Siqua actio de ſe indifferens per voluntatem pravam & affectum nocendi determinatur ad hoc, ut noxia & iniuſta ſit, ea parit obligationem reparandi damnum, utpote ab illa actione proveniens.

(1) c. 31. de Electione.

§. CXLIII.

His quidem extra controverſiam poſitis, ut opi-
r, inquirendum eſt, quid ſpectato naturali iure de
lpa, ut vocant, iuridica, ſive illa actione ſtatuen-
m ſit, ex qua alteri damnum oritur, quin agens
: commodum vel lucrum habeat, aut verum ac
male peccatum commiſiſſe dicatur. Vulgo qui-
m ita ſtatuunt: *Nemo* (ſecluſo contractu) *tenetur*
reſtitutionem damni a ſe illati, niſi in damno inferen-
culpam admiſerit theologicam contra iuſtitiam. In-
eſt, ut puto, ad perſcrutanda principia naturalis
is, argumenta ſic ſentientium diſcutere.

h) *Duæ ſunt*, inquiunt, *radices reſtitutionis*, *res accepta & iniuſta acceptio*; in præſenti hypotheſi, cum, qui damnum dedit, non peccarit coram Deo, neque commodum aut lucrum ex ſua actione habeat, neutra radix reperitur. R. Hoc dictum, quo aliis ſæpe locis utuntur, non principium eſt, ſed petitio principii. Hoc ipſum enim ambigitur, utrumne *formalis* iniuſtitia requiratur. Ad ſatisfactionem, eam requiri fateor; an ad reſtitutionem, vix audeo definire. Nam reſtitutionem præcedere debet inæqualitas: hæc autem ſine peccato

 for-

formali induci poteſt; dum nimirum alter ob factum alterius minus habet, ac iure perfecto ipſi competit.

(*b*) *Ubi peccatum non eſt, vera iniuſtitia non eſt.* R. Ubi peccatum non eſt, utique iniuſtitia peccaminoſa non eſt: eſt tamen vera inæqualitas. & vera & efficax læſio iuris alieni, ac proin vera iniuſtitia.

(*c*) *Damnum plena inadvertentia datum, eſt caſus fortuitus.* R. Utique relate ad eum, qui damnum ab alio paſſus eſt; ſed ſic eidem erit caſus fortuitus, ſi a latronibus exſpoliabitur. At ſi eum ſpectes, qui damnum dat, & quidem culpa lata, etſi rationem peccati nullo modo cognoſcat; non poteſt ea culpa cum caſu fortuito confundi, ſecus nec condemnatio iudicis haberet locum. (1) Replicant, eſſe caſum *theologice fortuitum*, non *iuridice fortuitum*; ſed ita quidem nullo iure, nulla ratione, nulla nixi auctoritate diſtinguunt, ſumentes pro vero id, quod probare, non aſſerere deberent. Nam ſenſus eius dicti hic demum erit; ſecundum Theologos damnum ſine peccato formali datum tam parum reparandum eſt, ac ſecundum ICtos caſus fortuitus.

(*d*) *Si in hac hypotheſi, de qua agimus, damnum dans ad reparandum tenetur; tenebitur etiam amens, furioſus; tenebitur, qui rem alienam bona fide conſumſit: tenebitur medicus, advocatus, iudex, ſi ex opinione probabiliſſima agentes noceant.* R. 1. An hi etiam a Iudice condemnari poterunt, vel condemnati tenebuntur? 2. His imputari damnum nullo modo poteſt; culpam committenti, etſi citra peccatum, id imputari, ac vitio dari poteſt, non ex malitia, ſed ex facto, quod in ſe culpabile eſt. Alia eſt damnificatio materialis, alia culpa materialis, qua damnum datur. *Dices*, hi iidem ius alienum materialiter violant. R. Abuſu vocum id per me dicas; at reipſa nequidem culpam materialem committunt; quia nihil omittunt de diligentia debita, in quo ratio culpæ ſita eſt: nihil ipſis omnium conſenſu imputari poteſt, ſed totum caſui fortuito tribuendum eſt, qui humanam diligentiam ſuperat.

(*e*) *Qui damnum patitur, non poteſt eſſe rationabiliter invitus; cum alterius actio omnino involuntaria ſit.* R.

Qu

Qui damnum patitur ob culpam latam alterius, indemnitatem a iudice exigere poteſt. Igitur rationabiliter invitus eſſe poteſt. Ceterum hæc ipſa expreſſio, *rationabiliter, vel contra invitum eſſe*, omnino vagum & confuſum habet ſignificatum. Reſpiciendum eſt ad ius tam perfectum, quam imperfectum illius, qui invitus eſt. Ius domini non minus violatur culpa, quam vocant, iuridica, ac theologica; non ratio peccati, ſed factum ipſum nocet.

(f) *Obligatio reſtituendi eſt pœna: hæc infligi non poteſt, ubi peccatum non eſt.* R. Nihil tam falſum, ac quod reſtitutio pœnæ rationem habeat; hæc enim in malo nocentis conſiſtit: at reſtitutio in reparando iure læſi innocentis. Si mihi damnum dediſti, non ut malum tibi fiat, ſed ne meum continuetur, peto. Si grave ac moleſtum id accidat tibi, tibimet imputa; quare non caviſti, uti omnes boni ac prudentes ſolent? Quisque ferre debet conſectaria actionis ſuæ, ſive eam cum peccato ediderit, ſive absque peccato; qui citra peccatum formale fit ebrius, æque ferre capitis dolores ac intemperiem ſtomachi debet, ac ſi crapulam theologicam, non tantum iuridicam hauſiſſet. Ceterum ſiquis pœnæ vocabulo adhæreſcit; eam, quæ in obligatione reſtituendi ineſt, naturalem per me vocitet, ſive ab ipſa natura culpæ latæ affixam.

(g) *Qui damnum ſubiit ex culpa alterius, is quidem parte bonorum vel iurium ſpoliatus iam eſt: qui dedit, ſua integra retinet. In dubio melior eſt conditio poſſidentis, nec quisquam innocens ſpoliari debet re ſua.* R. Qui damnum ſubiit ex culpa alterius, ſpoliatus re ſua dici non debet, niſi ex hypotheſi adverſantium, qui negant, lædentem debere reſtituere, quantum nocuit. Fac enim debere; igitur, qui damnum ſubiit, loco rei deſtructæ retinet ius perfectum, ut tantundem reparetur. Atqui habere ius perfectum, ut tantundem reparetur, perinde eſt, ac habere rem ipſam. Id quod exprimit Iuris Digeſtorum regula: *is, qui actionem habet ad rem recuperandam, rem ipſam habere videtur.* (2) Dein læſus, an lædens potiore iure cenſeatur innocens, ipſi, qui diſſentiunt, diſpiciant, atque una videant, an læſus facto lædentis, vel potius ſententia abſolventium ab obligatione reſtituendi, ſpoliatus parte

parte bonorum, vel iurium videri debeat. Acced quod eo etiam ex capite male utantur poſſeſſionis vore, quod non tam de iure reali, quam perſon agatur.

(*h*) *Auctoritas negantium obligationem reſtituendi multo maior, ac affirmantium.* R. Si numerandi ſint auct res. c. Si examinandæ & ponderandæ rationes, ri iure negavero, ac alii affirmant. (3) Ac puto, ſu mæ auctoritatis eſſe decrtalem Gregorii IX. C. de iniuriis. In qua explicanda non laborarent theo gi tum, quando de voluntario & ratione peccati f malis tractant, modo cogitarent, de ſola obligatio reſtituendi, quæ ex culpa lata provenit, non de p cato formali in ea decretali agi. Similis culpa, conſequens obligatio reparandi damnum in libro E di occurrit; qui locus in corpus Iuris canonici re tus eſt. (4)

(*i*) Reliquum eſt, ut, quid ſentiam ipſe in re valde am gua, aperiam; ac *primo* Rationes, quibus opinio gativa nititur, haud magni ponderis eſſe, patet pendenti, quæ adhuc dicta ſunt. *Secundo*, leges ſitivæ, quæ ex lege Aquilia actionem dant læſo, de æquæ ſunt. *Tertio*, *quia factum cuique ſuum, adverſario nocere debet* (5); potior videtur cauſa ſi, quam lædentis. Sed an hæc æquitas tanta ſit, naturali obligationi ſubiaceat, facile defendi haud teſt; nam *quarto* ea obligatio reſtituendi, quæ ex accepta, & malitioſa acceptione oritur ad ius propr tatis, ac dominii tuendum, omnino neceſſaria ita ut ea ſublata obligatione ius quoque propriet ac dominii tolleretur. At enim, cum fines rerum dominii ſuos gradus habeant, nec quivis gradus obligationem cadat; concludi non poteſt, extare naturale de reparando damno inadvertenter dato; c id quidem ius ad tuendam gradu perfectiore propr tatem conducibile ſit, non tamen ad eam tuendam tra iuſtum gradum, ſit neceſſarium. Atque hoc gumentum, etſi negativum videatur, ne commun rem ſententiam abiiciam, multo plus apud anim meum valet, quam ea, quæ de culpa iuridica paſſim ſputari in ſcholis ſolent. Generatim loquendo, co formius æquitati eſt, ut, qui damnum dat culpa ſ

etſi ſine peccato det, id reparet. Sed fieri poteſt, ut generali æquitatis rationi alia obſtet æquitatis ratio in peculiari hypotheſi relucens. Si vir pauper & bonus involuntaria mentis aberratione rebus viri opulenti ſorte noceat; æquum videtur, ut nec pauperi humana fragilitas damno ſit, nec dives copias ſuas ex tenuitate viri pauperis reſarcire velit. Contra ſi vir opulentus ſimiliter damnum det minus habenti, æquum eſt, ut compenſet etiam non cogente iudice; ſi denique par pari noceat absque animo nocendi, æquitati aptius ſatisfieri non videtur, quam ſi damnum inter ſe partiantur. Cum nemo ſit hominum, qui naturali mentis evagatione, præcipitantia, inconſideratione per omnem vitam non aliquando, ac forte ſæpe noceat alienis rebus; obligatio, ſiqua extaret, iſtiusmodi damna reparandi, videtur humano generi ſupra, quam par eſt, moleſta futura, plurimisque anxietatibus obnoxia.

(1) §. CXLI. (d.)

(2) l. is, qui. 15. D. de R. I.

(3) Vid. Panormitanus in c. ult. de iniuriis & damno dato. Ludov. Engel. tit. de iniur. & damno dato n. 50. Decretalis Gregorii IX. c. ult. de iniur. & damn. dato videtur integra hic exſcribenda: „*Si culpa tua datum eſt damnum, vel iniuria irrogata, ſeu aliis irrogantibus opem forte tuliſti, aut hæc imperitia tua ſive negligentia evenerunt: iure ſuper his ſatisfacere te oportet, nec ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti, ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere vel iacturam. Quod ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris, niſi ea dando paſſis damnum velis liberare teipſum*: quod tamen *ad liberationem non proficit, ſi fera animalia, vel quæ conſueverunt nocere, fuiſſent, & quam debueras, non curaſti diligentiam adhibere. Sane licet, qui occaſionem damni dat, damnum videatur dediſſe: ſecus eſt tamen in illo dicendum, qui, ut non accideret, de contingentibus nihil omiſit.*“ *Nota* 1. *Canones præcipue ad conſcientiæ forum reſpicere, & Gregorium P. IX. hanc decretalem non reſcripſiſſe parti cuidam litiganti vel iudici cauſam ad ſe deferenti, quaſi deciſurus, quid in foro externo tenendum ſit, ſed eam motu proprio edidiſſe.* 2. *Nulla ſuppetit ratio, ea verba:* ſi ſcire

re debuiſti, *reſtringendi ad ignorantiam proxime vincibilen & ad culpam cum formali peccato coniunctam.* 3. Nih de contingentibus omittere, *idem eſt, quam adhibere dil gentiam ordinariam, quam homines prudentes, ac cauti in iſt usmodi re ac negotio adhibent; ea vero omitti poteſt ex i voluntaria mentis aberratione, ut proinde culpa, de qu Pontifex loquitur, ſine formali peccato eſſe queat.* 4. *Quan do Pontifex inquit: iure ſatisfacere te oportet, non expr mit, naturali, an poſitivo oporteat; & quamvis iſtuc fortaſ reſpiciat, cum totam decretalem ex principiis Iuris Roma contexuerit, tamen nec excludit naturale ius, nec præviam i dicis ſententiam exſpectari poſſe, ait.*

(4) Exod. XXII. 6. &c. 5. de iniur. & damn. dat.

(5) l. factum. 155. D. de R. I. conſonare videtur l. 7 ibid. „*Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*"

§. CXLIV.

Qui ex culpa lata, quæ cum peccato coniu cta non eſt, negant obligationem reparandi dam provenire, niſi poſt iudicis ſententiam, id mul magis referunt ad caſum, quo nulla admiſſa eſt cu pa, uti *ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*; (1) a ſiquid effuſum ex domo, proiectum vel ſuſpenſu ſit cum damno prætereuntium; (2) aut ſi ſervus tu damnum dederit, ut contra te moveri queat act noxalis furti, actio noxalis iniuriarum &c. (3) *E leges*, inquit P. Concina (4), *ante iudicis ſententia non obligant; quia ſic uſu receptæ ſunt.* Sed Vaſqu reparationem damni iure naturali debitam puta (5) tum ob ius dominii, quo quisque res ſuas i tegras conſervare, aut ſi læſæ ſint, ut redintegre tur, exigere poteſt: tum quod damnum a tuo a mali, vel a tuo ſervo datum a te quodammodo c

tu

m videatur; ad te certe pertineat, ut, qui com-
oda rei habeas, etiam incommoda feras. Hæc ra-
) æquitatis tanta eſt, ut apud cultiores gentes plu-
mas lege ſancita fuerit. Eiusmodi legem habuere
ebræi; (9) ab his perveniſſe creditur ad Phœnices;
quibus Solon eam ſumpſit, qui teſte Plutarcho
: pauperie a quadrupedibus data ſcripſit; a Solo-
: ſumſit Plato l. 11. de Leg. ab hoc eandem acce-
:re Romani. Neque culpa domini ſpectabatur;
ıc enim accedente gravior præfigebatur pœna. (7)
n vero hæc æquitas eam habeat vim, ut ſe ſola ob-
gationem naturæ inducat, affirmare non auſim, nec
mere inficiari. Quæ præc. §. lit. i. diſſerui, huc
iam videntur poſſe transferri.

(1) Digeſt. l. IX. tit. I.
(2) ibid. tit. III. *de his, qui effuderint, vel deiecerint.*
(3) ibid. tit. III. de noxalibus actionibus.
(4) In Epitome theol. Chriſtian. l. IX. Diſſ. II. q. 4.
(5) Opuſculo de Reſtitut. c. 2. §. 2. dub. I.
(6) Exod. XXI. 28. 35.
(7) ibid. v. 29. 36. adde c. ult. de iniuriis, ſuperiori nota
xſcriptum.

§. CXLV.

Alii ſuperſunt caſus inter ſe diſcrepantes, in qui-
us decidendis magnopere laborant tractatores re-
ım moralium.

(*a*) Fieri poteſt, ut damnum grave detur cum culpa non plene deliberata in ratione peccati; ceu *primo*, cum advertentiæ actus eſt imperfectus in ſemiſopitis, ſe-
mie-

miebriis, præveniente motu vehementi abreptis: *ſecundo*, cum quis bona fide iudicat, ex omiſſione maioris diligentiæ non oriturum damnum, niſi leve, aut periculum gravioris damni valde remotum eſſe.

(*b*) Aliquando fit, ut cum plena rationis advertentia agens gravitatem damni materialis, ut aiunt, ſeu obiecti nullo modo cognoſcat; uti qui gemmam proiicit alienam, pro re modici valoris, levique damno id habet.

(*c*) Contra ſiquis cognoſcat totum damnum materiale quod dat, ignorare poteſt gravitatem *formalem*, ut aiunt, idque cum uno actu, tum pluribus ſucceſſive, ceu in furtis minutis contingit.

(*d*) Denique etſi quis grave damnum ſe dare cognoſcat, tamen exceſſum ignorare poteſt, ut longe maius id ſit, ac in mentem venerat. (2)

(1) *Non parum profecit, ut opinor, qui caſus hosce diſpares alterum ab altero acute internoſcere didicerit. Deciſiones paſſim extant apud Auctores, quamvis minime concordes ſint.* Conferri poteſt Gratianus cauſ. XV. q. 1, *Ubi quidam abuti videntur verbis S. Auguſtini* C. 9. ibid. *relatis; non enim de obligatione reparandi damni, ſed de ratione peccati S. Doctor ibidem agit.*

§. CXLVI.

Tertia reſtitutionis Radix in contractibus hæret, eaque duplicis generis; eſt enim in his obligatio quædam *primaria* ex vi contractus, ut præſtetur, ſolvatur, reſtituatur id, quod in contractum deductum fuit: altera *acceſſoria* vel ſecundaria, qua reparari debet damnum ei datum, quocum contractus eſt initus; atque hoc ultimum, quoniam cum præcedenti tractatione velut producto filo cohæret, primo loco diſquirendum eſt. Idque totum his capitibus conſtat.

) Pro varietate contractuum varii diligentiæ gradus præſtituti ſunt contrahentibus, ne alter alteri damnum det; proindeque varii culpæ gradus erunt ſpectandi; ut de obligatione reſtituendi conſtare poſſit. Sunt contractus, qui in commodum ſolius dantis cedunt: alii in commodum utriusque contrahentis: alii in commodum ſolius accipientis.

) Ius naturæ poſcit, ut in conſervanda re aliena, quæ noſtræ fidei committitur, adhibeamus diligentiam, quam vir prudens, non levis, ac diſſolutus in re ſua vulgo adhibet, id eſt, diligentiam communem & ordinariam, qua vitatur culpa lata; eiusmodi enim diligentia, ne aliis, rebusve aliorum noceamus, ſemper adhibenda. (1) Atque id generatim valet pro *contractu, qui in ſolius dantis commodum cedit.* Sed inde facile intelligitur, valde æquum eſſe, & rationi conſentaneum, ut in contractibus, qui in noſtrum æque ac alterius commodum cedunt, maiorem diligentiam adhibeamus, ne quid detrimenti alteri proveniat, quam ſi nihil de noſtro, ſed unius dantis commodo ageretur; ergo *in contractibus, qui cedunt in commodum utriusque contrahentis non tantum lata, ſed etiam levis culpa vitanda, ac ſi commiſſa fuit, etiam præſtanda eſt.* Si hæc conſecutionis & æquitatis ratio porro continuatur, cito infertur, valde æquum & conſentaneum eſſe rationi, ut, ſi contractus in commodum ſolius accipientis cedit, maior diligentia, nequid damni in dantem proveniat, adhibenda ſit, quam ſi in communem mutuamque utilitatem utriusque contrahentis cederet. *In contractu, qui cedit in utilitatem ſolius accipientis, vitanda ab hoc culpa etiam leviſſima, & ſi admiſſa fuit, præſtanda eſt.*

c) Æquitatem in hiſce regulis ſubeſſe nemo non videt; ſed an tanta ſit, ut culpa levis ac leviſſima ex naturali obligatione præſtari omnino debeat, non pauci ambigunt. Sunt, qui generatim ſtatuunt, neminem teneri maiorem alienis conſervandis rebus operam ac diligentiam adhibere, quam homines paſſim adhibent in rebus ſuis. Id quidem, ſi de contractu agitur, ex quo accipiens totum commodum habet, perquam abhorrere a communi ſenſu atque uſu opinor. Qui enim

levis ac diſſoluti animi non eſt, ſingulari cura provi det, ne is, a quo beneficium accepit, ex ipſo bene facto damnum a ſe ferat. Ac ſiqua res aliena, qu: in noſtris manibus eſt, vel caſu fortuito lædatur, au pereat, omnes vulgo dolemus, angimur, affligimu excuſamus, aſſeveramus, nulla id noſtra culpa acci diſſe. *Heu! heu! Domine mi!* clamabat diſcipulu prophetæ, cuius ſecuris e manubrio avulſa, cum li gna cæderet, in fluvium excuſſa eſt, addens cauſa doloris ac vociferationis: *& hoc ipſum mutuo* (com modato) *acceperam.* (2) Unde putant nonnulli, ſpe ctata naturali æquitate commodatarium etiam caſu fortuitum recipere; ex quo concludes, eo potior ratione culpam etſi leviſſimam ab eo præſtandam eſſ Neceſſe non eſt, ut de vi naturalis obligationis mul tum hoc loco decertemus; cum profanæ ac ſacræ le ges extra controverſiam ſint. Quare iſtarum potiu vis tuenda eſt.

(*d*) Leges civiles ac canonicæ, quæ pro vario contractuu genere ad cavenda contrahentium inter ſe damna ce tam diligentiam præſcribunt, culpamque oppoſita præſtari iubent, vim & obligationem conſcientiæ co tinent tum ad eam adhibendam diligentiam, tum a culpam, ſiqua commiſſa eſt, præſtandam, ſaltem pars læſa præſtationem quoquo modo vel extra iudi cium requirit. Sæpe enim, qui beneficium dederun tam benevolo animo ſunt, ut illud non minuere v retractare exactione, ſed liberali remiſſione auge velint. Leges tamen, ſiquid exigant, ſibi aſſiſtent habent, contra quas, qui damnum dedit, nulla ſe ex ceptione tueri poterit; nam & iuſtæ ſunt, ac natu rali æquitati perquam conſentaneæ: ac cenſetur qui que negotia inire modo ac forma, quæ legibus præ ſcripta, atque uſu recepta eſt; neque eædem pro pœ nalibus haberi poſſunt, quæ iudicis ſententiam p ſcant, neque præſumtione fraudis aut culpæ theol gicæ nituntur.

(*e*) Secundum præcedentem theſin de præſtanda in co tractu culpa, quatuor hæc ſunt ſtatuenda: *Primo,* cu pam latam in contractu præſtat is, qui illam comm ſit, etſi nihil commodi ex contractu habeat, ceu d poſitarius: (3) *Secundo,* culpam levem præſtat ea

con

committens in iis contractibus, qui in commodum utriusque contrahentis cedunt. *Tertio*, culpam leviſſimam præſtat, qui illam committit in contractu, ex quo ſolus committens commodum percipit, ceu in commodato. (4) Mandatarium non modo, ſi ſe offert, vel ſummam diligentiam ſpondet, ſed univerſe ad præſtandam culpam leviſſimam leges adſtringunt; quod is contractus ex amicitia & abundantia fidei ducat originem. (5) Idem præſcriptum eſt nautis, cauponibus, ſtabulariis. (6) *Quarto*, caſum fortuitum ferre debet dominus rei, nec alius præſtare tenetur, niſi qui eum expreſſe vel tacite in ſe recepit, vel per culpam & moram eidem cauſam dedit. (7) Unde patet, quod debitor generis ceu mutuatarius, vel qui pecunias depoſitas ita cum ſuis miſcuit, ut diſcerni non poſſint, caſum fortuitum tanquam domini ferant.

(1) §. CXLII. (b)

(2) IV. Reg. VI. 5.

(3) §. 3. Inſt. quibus modis re contrah. oblig. *non ex pa, ſed dolo teneri dicitur. At enim culpa magna vel la- in legibus dolo æquiparatur*, l. 226. D. de V. S. item l. verſus menſorem. §. 1. D. ſi menſor falſum mod. dixerit. tatu digna ſunt verba l. 32. D. depoſiti: „*Si quis non ad um modum, quem hominum natura deſiderat, diligens eſt iſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtat) aude non caret; nec enim ſalva fide minorem iis, quam is rebus diligentiam præſtabit.*“ Eodem reſpicit c. 2 de poſito: „*Bona fides abeſſe præſumitur, ſi rebus tuis ſal- s exiſtentibus depoſitas amiſiſti.*“ *Unde colliges primo, dum diligentiæ æſtimari non tam ad eum modum, quem ſimili contractu alii contrahentes obſervant, ſed quem ho- es ſuis in rebus adhibent, uti definitum a nobis eſt* §. V. (d.) *Colliges ſecundo, quia par non eſt omnium ho- um circa res ſuas cura & attentio, neque par pruden-, dexteritas; idcirco dictæ leges indicant, ſatis eſſe, ut ſque ad ſuum modum diligens ſit. Qui cum negligente traxit, ſibimet ſæpe adſcribere debet, ſiquid damni pati-, aut iacturam aliis utilitatibus ex contractu provenien- us ſolari cogetur.* Addit Pontifex c. 2. de depoſito: „*De lpa quoque* (ſcilicet levi) *teneris, ſi te ipſum depoſito ob-*

„tuliſti, vel ſi aliquid pro cuſtodia recepiſſes.“ Nam qui ſ[e] offert, diligentiam ſolito maiorem cenſetur promittere; alte[r]o vero caſu contractus in utilitatem utriusque cedit.

(4) l. 18. D. commodati & c. unic. de commodato. Qua[re] non obeſt l. contractus. 23. D. de R. I., *in qua commo[-]datum accenſetur contractibus, qui culpam latam & leve[m] duntaxat præſtant. Aperte enim plus exigunt tum cita[]tæ leges*, tum l. 1. §. 4. D. de O. & A. *Precarium qui[]dem cum ad nutum domini ſit revocabile, & minus gra[]tiæ contineat, latam & levem duntaxat culpam præſtat* l. 8. §. 3. D. de Precario.

(5) Aperte id ſtatuitur l. a procuratore. 13. D. Mandati.

(6) Digeſt. Tit. IX. l. IV.

(7) c. 2. de depoſito ita ſtatuitur; *„pacto vero, & culp[a] „vel mora præcedentibus, caſus etiam fortuitus imputatur.“* Similiter deciditur c. unic. de commodato. & l. in rebus 18. D. commodati.

§. CXLVII.

Obligatio *primaria* reſtituendi, quæ ex vi ipſiu[s] contractus oritur, per ipſius etiam naturam defini[-]tur; quare de caſu conflictus, quo res aliena & propria periclitatur, duntaxat hic differendum: de in generales regulæ de æqualitate in contractibu[s] obſervanda indicandæ ſunt. Ex earum enim negle[-]ctu frequens oritur obligatio faciendæ reſtitutionis. Quærunt, ſi rem alienam ex contractu quis teneat, eamque una cum ſuis rebus in repentino incendii, naufragii, deprædationis periculo conſervare no[n] poſſit; iure an iniuria eam negligat, ſuisque con[-]ſervandis ſtudeat? Quidam ita diſputant: commo[-]datarius maiorem alienis, quam ſuis rebus cura[re]

tene

:netur impendere; ergo ſi res utraque conſervari ne-
uit, eandem præ ſua conſervare; præſertim quia
ona fides abeſſe præſumitur, ſi rebus tuis ſalvis
xiſtentibus depoſitas amiſiſti; uti deciditur c. ult.
e Depoſito. Id ergo potiore argumento de com-
odato ſentiri debet. At enim in conflictu officio-
um erga ſe & proximum (inquiunt alii) ordo ca-
tatis non poſcit, ut res aliena propriæ præfera-
ır, ſi paris valoris ſint. Nam quod res alienæ di-
gentiſſime cuſtodiri debeant, non eo pertinet, ut
l cum iactura rei propriæ fiat. Quis enim id agit
ontrahendo? aut quæ æquitas, quæve lex poſcit,
t aliena res expenſis extraordinariis conſervetur?
Ient vero extraordinariæ expenſæ, per quas res
ropria abſumeretur. Qui res ſuas retinet penitus
lvas, alienis amiſſis, utique præſumtionem & ſu-
icionem incurrit, ac ſi bona fide non egiſſet; ſed
ı præſumtio contrariam probationem admittit. Hæc
ita ſe habeant, certe excipiendus eſt caſus, quo
:s aliena propriam valore, uſu aut neceſſitate lon-
e ſuperat.

§. CLXVIII.

Lex de æqualitate contractuum ad permutatorios
:u oneroſos maxime pertinet. *Habent hoc commu-*
:, inquit Pufendorfius, (1) *omnes contractus onero-*
; *& in quibus nihil benefici admixtum, qui præſer-*
m ineuntur, ubi lege aut uſu fori definita rebus pre-
a ſunt conſtituta, ut in illis verſari debeat æqualitas,

 ſeu

ſeu ut uterque tantundem nanciſcatur ; & ubi inæqua litas intervenerit, alteri, qui minus accepit, ius naſca tur ad poſtulandum, ut ſuppleatur, quod ſibi deeſt. - Ideo enim iſti ineuntur, ut pro re vel opera mea aliqui æquipollens ab altero recipiam. - - Cum - - præſuppo natur, non velle aliquem gratis in me conferre, quo per contractum demum in me confert; nemo cenſetu per contractum in alium quidquam transferre velle quam quatenus pro re ſua æquipollens recipere ſe iudi cat; conſequenter ex contractu non poteſt quis ius naſ ciſci ad rem alterius, quam quantum illa ab ipſo iu dicatur, æquipollere rei, quam pro eadem accipit. Hi generatim poſitis animadvertenda ſunt ſequentia :

(*a*) Ut de æqualitate contractuum ferri iudicium poſſit res in commercium veniens non ſeorſim æſtimand eſt ſecundum ſe, ſed una cum variis adiunctis, ha bita ratione ſingularis induſtriæ, moleſtæ operæ, pe riculi, mercium raritatis &c.; hæc enim omnia preti digna ſunt. (2) Unde fit, ut eiusdem rei in diverſi locis diverſum ſit pretium tum ob raritatem aut fre quentiam, tum ob periculum, laborem, impenſas a uno in alium locum easdem transportandi. Ex qu occaſio exiſtit magni & iuſti lucri ex mercatura, at que una magni ac frequentis detrimenti ob pericul & impenſas tum res aptandi ad uſus, tum transfe rendi ad loca alia.

(*b*) *Pretium* dicitur, quanti res vel opera valet commu ni hominum, aut ſingulari peritorum æſtimatione aliquando ex ſingulari aliquo affectu, quod *pretiun affectionis* vocatur. Pretium *vulgare* eſt, quo re omnes inter ſe conferuntur, æſtimantur, ac mod quodam exæquantur. Sed præter id, provide factum ut introduceretur pretium, ut vocant, *eminens*, a quod omnia vulgaria pretia exiguntur, & in quo omni vi

virtualiter & æquivalenter continentur. Iſtuc pretium vocatur *nummus* ſeu *pecunia*, quæ communem menſuram præbet rebus omnibus in humanum commercium venientibus. Idque tum ad beneficos contractus, tum permutatorios tam commodum eſt, ut nil ſupra. Qui enim ſat nummorum dat egenti rerum plurium, dat omnia, quibus inopiæ ſuæ queat ſuccurrere. Cumque contractus oneroſi in permutatione conſiſtant; fieri poteſt, ut indigeam re quadam, qua alter abundat; at nullam rem habeam, qua ipſe nunc indiget. Neceſſaria igitur eſt quantitas, quæ rerum omnium temporali pretio æſtimabilium, in ſe pretium contineat. Ad hunc finem providentia Numinis nobiliora quædam metalla, non admodum frequentia ſuppeditavit, quæ tractari, cuſtodiri, in minutiores partes dividi facile poſſent; id quod auri & argenti maxime proprium eſt.

c) Ut contractui admiſceatur liberalitas, ac proinde ſcientibus ac volentibus iis, qui contrahunt, inæqualitas non iniuſta contingat, id quidem non repugnat; at cum id a communi contrahentium uſu abhorreat; niſi is animus liberalis indubitato manifeſtetur, ea inæqualitas titulo præſumtæ donationis excuſari non poteſt, præſertim ſi contractu utrinque oneroſo inito is, qui ſolutionem, pretium, rem quamvis in ſolutum accipit, nihil reipſa det, aut præſtet temporali pretio æſtimabile; uti fit in pretio ſimoniaco, uſurarario, meretricio, ſanguinario. Dubium non eſt, accipientem nullo iure, nulloque titulo id accipere, ac retinere, neque id omnino in *το* ſuum redigere. Idem tenendum de pretio accepto ob rem vel operam alio iure naturali vel poſitivo debitam, vel ob cauſam penitus fictam, ſimulatam, falſam. Ac leges quidem humanæ de pretio ob turpem cauſam ſoluto, vel promiſſo triplicem diſtinguunt caſum; *primo*, quando turpitudo *ex parte ſolius accipientis* ſe tenet, uti fit in uſura; tum ſolutum repeti poſſe volunt, tumque retineri acceptum certo vetat naturæ lex. (3) *Secundo*, cum turpitudo *penes dantem* eſt, non accipientem, uti fit, cum, qui dat, liberalitatem quidem præſefert, ſed id revera ſpectat, ut accipientem ad malum pertrahat; puto, tali caſu eum, qui accepit, cognita perverſa dantis voluntate retinere acceptum

haud poſſe, ſi liberalem dantis animum præſume nullo modo queat. Leges tamen danti ob turpe cauſam negant actionem repetendi. (4) *Tertio*, ſi tu pitudo verſatur *ex utraque parte*, leges Romanæ m liorem eſſe conditionem poſſidentis ſtatuunt, ut n quod promiſſum, nondum datum eſt, extorqueri po ſit, nec quod datum, repeti. Sed ſi ex contractu v re oneroſo & promiſſum, & datum eſt, non vide quo iure, aut quo titulo retineri queat, quod acc ptum eſt. (5)

(*d*) Cum Pretia rerum mathematice definiri nequeant, n ob infinitum contractuum numerum perpetuæ admi lites queant; neceſſarium eſt, ut quædam inæqualit rerum, in quas conſenſum eſt, ubi nec mendaciu interceſſit, nec eius, quod dictum oportuit, re centia, in actionibus exterioribus pro æqualitate h beatur; quemadmodum Grotius inquit (6)

(*e*) In contractibus beneficis æqualitas locum non hab niſi poſito iam eo, quod actum eſt, nequis ſcilic ex beneficio damnum ſentiat; unde e. g. mandatari indemnis præſtatur a ſumtibus factis. Si contract beneficus nomine præfertur, re tamen ipſa æqua operæ, induſtriæ, commoditati merces ſtatuatur, aliud negotii genus tranſitur. (7)

(1) Pufendorf. l. V. c. V. §. 1. *Hanc æqualitatem elega ter exprimit lex divina* Deuteron. XXV. 13. 14. „*Non hal „bis in ſacculo diverſa pondera, maius & minus; nec e „in domo tua modius maior & minor.*"

(2) *Inter adiuncta, quæ augere pretium rei poſſun cenſenda non eſt ſola utilitas ementis, ſingulari eius ſtud induſtria, & arte procuranda. Ingentia commoda mihi pr ſtat ſanitas corporis; ob id autem augeri non poteſt pretiu medicinæ, quæ ſanitatem conſervat. Si artem calleam ferro aurum conficiendi, ob id venditor pretium ferri iu non auget.*

(3) l. 1. & 2. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. ca ſam: „*Si turpis cauſa accipientis fuerit, etiamſi res ſec „ta ſit, repeti poteſt: ut puta, dedi tibi, ne ſacrilegiu „facias; ne hominem occidas - - Item ſi tibi dedero, ut re*

„*mi*

mihi reddas depoſitam apud te, vel ut inſtrumentum mihi reddas. Sed ſi dedi, ut ſecundum me in bona cauſa iudex pronunciaret, eſt quidem relatum, condictioni locum eſſe; ſed hic quoque crimen contrahit; iudicem enim corrumpere videtur." l. II. ibidem: „*Si tibi dedero, ne mihi iniuriam faceres.*" Huc pertinet c. debitores. 6. de iureiurando.

(4) l. 4. D. de condict. ob turp. vel iniuſt. cauſam: *Ubi autem & dantis & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus: veluti ſi pecunia detur, ut male iudicetur.*"

(5) l. 8. ibid. „*Si & dantis & accipientis turpis cauſa ſit, poſſeſſorem potiorem eſſe.*" Conſentit l. 2. & 5. C. de cond. ob turp. cauſ.

(6) de I. B. & P. l. II. c. XII. §. 26.

(7) conf. §. CXXXVI. nota 1.

§. CXLIX.

Quarta radix reſtitutionis in quaſi contractibus ta dicitur, ſive in his, in quibus leges conſenſum ontrahentium vel fingunt, vel ſupplent. Verum um hæ fictiones, ut indicatum eſt ſupra, alienæ nt a ſimplicitate naturæ, nec tamen obligationes e, quæ quaſi contractuum dicuntur propriæ, a lo iure poſitivo proveniant, illarum vera origo veſtiganda eſt; eaque duplex videtur:

(a) Facta quædam iure naturali iuſta & conceſſa non ſunt, niſi alia ſuſcipiatur eodem tempore obligatio cum iure illius facti connexa; ius non eſt tollendi res ab alio amiſſas, niſi una ſuſcipiatur obligatio inquirendi in dominum rei (1); neque extrema neceſſitate conſumendi res alienas ius a natura conceſſum eſt, niſi, ut transacta neceſſitate reſtitutio fiat; nec agnoſci poteſt communio poſitiva fortuito e. g. legato orta, niſi una agnitis obligationibus condominii, quod alteri competit: nec inſciente domino negotia

 aliena

aliena geri, niſi ſuſcepta obligatione adhibendi diligentiam negotiorum geſtioni utili accommodatam nec recipi ſolutio, niſi cum obligatione reſtituendi quod indebite ſolutum eſt: nec adiri hæreditas, niſi ſuſcepta obligatione creditoribus defuncti faciendi ſatis. Atque hoc modo intelligitur vis & effectus quaſi contractuum. (2)

(*b*) Altera eſt radix ſtatus adventitius, officium, munus, adminiſtratio ſuſcepta; qui enim talia capit eo ipſo obligationibus, quas annexas habent, affic intelligitur.

(*c*) Ut diligentiæ gradus eiusmodi factis, ſtatibus, muneribus &c. proprius, proindeque & gradus culpæ determinetur, ſpectanda eſt natura officii, muneris actus, eorumque momentum, periculum &c. arctiu obligatur, qui ſponte ſe offert, aut peritiam, diligentiam, fidem obtrudit. Dicunt etiam, ſpectari debere, quid, quantumque alii, qui eiusdem officii, & ſtatus vel conditionis ſunt, communiter ſentiant præſtentque; at enim argumentum peſſimi turba eſt nec raro accidit, ut tribus integra vitiis compu treſcat.

(1) *Huc pertinet, quod Ambroſio adſcribitur in pal* c. 5. XIV. q 5. *rapinam emere non licet, niſi ea intentione, ut, cui ablata eſt, reddatur.*

(2) *Ex his principiis explicatum habent quaſi contractu indicati* §. CXXIX. (a.)

§. CL.

De iis, quæ adiuncta vel circumſtantiæ reſtitutionis vocantur, primo quæritur, *quis* teneatur reſtituere, quo ordine, quatenus; pro rata, vel in *ſolidum*, non ut idem damnum ſæpius reparetur, hoc enim ſupra æqualitatem & contra ideam reſtitutionis eſt ſed ut ſinguli vel abſolute, vel in defectu aliorum

totum

tum, non modo partem reparare teneantur. Nam pe plures ſunt cauſæ eiusdem damni. Neceſſe eſt tem, ut memoria repetantur hoc loco, quæ de putandis actibus alienis ſupra dicta ſunt. (1) Geratim ſic ſtatuendum:

a) Si, quod ablatum iniuſte fuit, teneat quis re aut effectu quodam, quia locupletior factus eſt, aut rebus ſuis pepercit; is primo loco tenetur; res enim aliena ad dominum clamat, isque titulus rei acceptæ fortior eſt ac certior, quam titulus iniuſtæ acceptionis, qua plures ſe obſtrinxerunt.

b) Cum ſit ordo quidam cauſarum, aliaque præcipua ſit, alia ſubiecta, alia collateralis vel ſocia; ac in quavis claſſe plures ordinis eiusdem conſiſtere queant, videtur ipſius eſſe rationis præſcriptum, ut talis in reparando damno, vel definienda eius obligatione teneatur ordo, qualis fuit in damno inferendo. Hinc mandans, cuius nomine datum eſt damnum, primo loco tenetur; ac ſi plures ſint ordine quodam ſubiecti, uti dux belli, tum inferior quidam, dein tribunus &c. primo loco tenebitur mandans primus ac mediatus; qui ſuo nomine absque mandato nocuit, præ conſulente, aliisve cauſis acceſſoriis tenetur, niſi ille bona egiſſet fide. Si plures ſint cauſæ præcipuæ, ſingulæ tenentur in ſolidum; ſimiliter inter plures acceſſorias, quarum altera alteri ſubiecta non eſt, nulla eſt ratio conſtituendi ordinis; tenentur ergo æqualiter. Quando plures rei eiusdem curam habent, unus generalem, alter commiſſione & officio ſpeciali; priore loco tenebitur officialis inferior, cuius negligentia propius in damnum influit.

c) Dein prout quisque totius damni vel partis efficax cauſa eſt, ita tenetur vel in ſolidum, vel pro rata. Aliter autem de actu *individuo*, qui a pluribus pendet, uti fit in electione per ſuffragia, vel ſi plures ciſtam, tignum una auferant, aut ſinguli cauſam ad totum damnum ſufficientem ponant, aliter de *dividuo*, qui ex pluribus partialibus conſtat, differendum eſt;

priore

priore caſu ſinguli tenentur in ſolidum; non iter per ſeſe poſteriore. (1)

(1) C. VII. §. XXXV. & ſeq.

(2) l. vulgaris. 21. §. 9. D. de furtis: „ *Si duo plu„ resve unum tignum furati ſunt, quod ſinguli tollere no„ potuerint: dicendum eſt, omnes eos furti in ſolidum tener„ quamvis id contrectare, nec tollere ſolus poſſet. Et ita ut„ mur.* " Conf. ita l. vulneribus. 51. §. fin. D. ad L. Aqui l. ſi plures. 6. D. arborum furtim cæſar.

§. CLI.

Ad conſilium etiam interceſſiones pertinent, ce apud iudicem cauſæ; unde gravia ſæpe damna alte litiganti parti proveniunt. „ Si, qui conſilium e „ ſequutus, inquit Molina, (1) invincibiliter ign „ ret, damnum, quod dat, iniuſtum eſſe, ductu „ merito auctoritate conſulentis, conſulensque „ culpa non excuſetur, id conſilium dando: utiq „ qui conſilium ita fuerit executus, damnumque d „ derit, non tenebitur illud reſtituere; niſi quaten „ forte fuerit inde factus locupletior. Is vero, q „ conſilium illud culpabiliter dedit, tenebitur reſt „ tuere non ſolum id damnum, ſed etiam quodcu „ que aliud, quod inde fuerit ei ſecutum, qui ta „ conſilium executioni mandavit, executionive ma „ dari præcepit. Hoc modo cauſa damni iniuſti e „ poſſunt conſiliarii principum; atque ad illius r „ ſtitutionem tenentur, ſi conſilium dent, ut le „ iniuſta, ſtatutumve iniuſtum condatur, vel ſi co „ ſilium dent, ut tributum iniuſtum imponatur, v „ ut bellum iniuſtum inferatur, aut ut aliquid ali

„ ini

„iniuſtum fiat. Eodem modo eſſe poſſunt cauſa „damni iniuſti advocati, medici, doctores, quos „alii de rebus dubiis conſulunt, confeſſarii & alii „homines, ſi conſilium dent, ut alteri damnum iniu„ſtum ſequatur: idque non ſolum, quando ſcienter „conſilium iniuſtum dant, ſed etiam quando ex „culpabili ignorantia illud dant." Culpa, quam præſtare conſulens debet, ſi ob negligentiam in re examinanda atque expendenda noceat, ex perſona conſulentis æſtimari debet; ſi, qui conſulitur, non profitetur in eo genere peculiarem peritiam ac bona fide reſpondeat conſilium petenti, ſolum tenetur de dolo. At ſi, qui conſilium dat, eſt talis, qui attenta perſonæ aut etiam muneris qualitate, peritiam in re, circa quam conſilium dat, profitetur, neque tamen ex dato conſilio commodum vel lucrum habeat; de culpa lata tenebitur, uti ſi medicus gratis curet, advocatus gratis patrocinetur, doctor ex cathedra absque ullo ſtipendio aut mercede reſpondeat; ſi vero accepto ſtipendio conſilia præbeat, tanquam e contractu in utriusque commodum cedente, tenetur ex culpa levi. Ita Molina eod. loc. Quærunt præterea de obligatione reſtituendi, teneaturne is, qui volenti dare maius damnum ſuadeat minus? Quemadmodum Iudas fratribus Ioſephi necem cogitantibus, ut venderent potius, ſuggeſſit (2); ac videtur iſtiusmodi conſulens utilis rei geſtor relate ad eum, cui maius malum paratur; non tamen fas eſt, ut damnum avertatur in alium, cui nihil mali ſine con-

conſilio eiusmodi immineret. (3) Multo etian
minus cuiquam ius competit patrandi minoris ma
li, ut impediatur aliud quoddam maius. (4) Ce
terum quando leges civiles negant actione furt
teneri eum, qui conſilium tantum dedit, ſed nullan
opem ad furtum faciendum adhibuit; (5) id de certc
genere actionis, ut inſtitui queat, intelligendun
eſt, (6) non de obligatione naturali aut quavis ali
impetitione fori externi. Non enim quævis actio
præſertim ſubtilitate formularum ſpectata, ſtatim lo
cum habebat, niſi omnes facti determinationes api
cibus formulariis congruerent. Conſtat vero, lege
easdem prava conſilia non raro perſequi. (7)

(1) Molina de I. & I. diſput. 730.

(2) Geneſ. XXXVII. 26, 27.

(3) *Quando* Lot. Geneſ. XIX. 8. *filias ſuas ad ſtuprun obtulit, ut gravius ſodomiæ crimen impediret, excuſandu eſt ratione quadam perplexitatis, perturbatonis, aut hyper bolicæ dictionis.*

(4) c. ſuper eo. 4. *de uſuris, prohibentur uſuræ, etſ per eas vita captivi poſſet redimi. Similiter S. Auguſtinu de mendacio* c. IX. *negat, fas eſt mentiri ad graviora im pedienda aliorum mala.*

(5) §. 11. Inſt. de obligationibus, quæ ex delict naſc.

(6) l. ſiquis uxori. 52. §. 10. D. de furtis.

(7) l. penul. §. ult. D. ad. L. fabiam de plagiariis & l. 12. ac 14. D. ad L. Iuliam de adult.

§. CLII

§. CLII.

Conſentit iniuriæ ac damno inferendo, qui alteris actioni vel propoſito nocendi approbationem ſuum aut operam adiungit. Hoc æque pertinet ad cauſas præcipuas plures, & ſocias vel acceſſorias, ad omnem modum, quo alienæ actiones cuipiam imputantur; atque hoc ſenſu exponenda arbitror verba doctoris gentium enumerantis peccata naturali legi oppoſita: *Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum, qui ea faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus.* (1) Duo autem ſunt huic loco maxime propria: I. Siquis ita conſentit, ut nocentem in actione aut propoſito nocendi confirmet, fiatque efficax cauſa damni; vel poteſtatem & copiam nocendi faciat, etſi auctor & dux pravæ voluntatis non ſit. (2) II. Dum quis aliorum ſuffragiis ac votis, queis damnum iniuſtum datur, ſuum adiungit ſuffragium; quemadmodum fieri poteſt a ſenatoribus, capitularibus, electoribus, aſſeſſoribus, qui una iudices ſunt, conſiliariis Principum. Atque d hoc caſu animadverte:

a) Qui iniuſtum ſuffragium eo loco & ordine dat, quo per præcedentia ſuffragia nondum determinata eſt iniuſtitia, certa obligatione reparandi damni ſe obſtringit, etſi videat, ſubtracto ſuo ſuffragio non defutura deinceps alia ad damnum inferendum certo ſuffectura; vel ſic enim efficax cauſa damni eſt, nec permittit aliorum iniuſtitiam, ſed prævenit ac præripit, haud ſecus, ac ſiquis alios ad prædandum paratos præverteret.

(*b*)

(*b*) Qui prolata a ſe iuſta ſententia id efficere poteſt ut alii iniuſta ſuffragia, et ad damnum ſufficientia re vocent, mentemque mutent, certe tenetur proferr ſententiam, operamque dare, ut ea revocentur.

(*c*) Si præcedentium ſuffragia ita collata ſint, ut revo cari nequeant, eademque ſufficiant decernendæ iniuſti tiæ & inferendo damno; tum ſiquis ſpe, metu, alia que humana ratione ſuum non neget ſuffragium opinantur nonnulli, contra iuſtitiam peccari quidem non tamen obligationem reparandi damni contrahi quod per ſuffragia præcedentium iam confectum determinatum ſit; quaſi vero actus eiusmodi non eſſe individuus, nec decretum penderet ab omnibus ſuffra giis, quæ conſpirant. Si tres admovent manum furtiv ciſtæ, quando bini ſufficiunt; nonne tres tenentur i ſolidum? Idem æque negandum eſt, fieri iuſte poſſe ſi, qui ſuffragium dat, incertus eſt, an priora ſecret data ſufficiant decernendæ iniuſtitiæ, an ſuum quoqu exſpectent, ut damnum determinetur.

(1) Rom. I. 32.

(2) *Id contingit apud heros, ſuperiores, patresfamilias belli duces, qui ſervis, ſubditis, filiis & famulis, militibus poteſtatem nocendi faciunt, etſi auctores, ac duces deprædi tionis, aut furtorum, vel damnificationis non ſint; apud ei præterea, quibus confirmandorum actuum ius convenit, qu que id iniquæ ſententiæ, aut electioni indigni impendun ex qua poſtea non in ſingulos tantum, ſed univerſos ingent detrimenta erumpunt.*

§. CLIII.

Ex palpo & recurſu dato, ſi *efficax* damni cau ſint, obligationem eiusdem reparandi naſci, tum e notionibus (1), tum ex indicatis hoc loco princ piis manifeſtum eſt. (2)

(1) §. XXXIX. & XL.

(2) *Erant temporibus S. Auguſtini expilatores alien rum familiarum, qui dein ære alieno prægravati ad eccleſi co*

[con]fugiebant, ut a creditorum moleſtiis vindicarentur, imo [ut] creditores ſuos omnino fraudarent. De his S. Doctor [ep]iſt. 54. *ad Macedonium ea de re interrogantem ita reſcribit: [Q]uod autem in epiſtola tua ſequitur, uti dicis, verum nunc, [ut] mores noſtri ſunt, & ſceleris pœnam cupiunt ſibi homi[n]es relaxari, & id, propter quod ſcelus admiſſum eſt, poſſi[de]re, peſſimum hominum genus commemoras, cui pœnitendi [m]edicina omnino non prodeſt: ſi enim res aliena, propter [q]uam" -- cætera perſequitur Gratianus* c. *ſi res aliena.* [C.] XIV. q. 6. *adpoſite, qui illud etiam exſcripſit ex S. [Do]ctore: „Illud vero fidentiſſime dixerim, eum, qui pro [h]omine ad hoc intervenit, ne male ablata reſtituat, & qui [a]d ſe confugientem, quantum honeſte poteſt, ad reſtituendum [no]n compellit, ſocium eſſe fraudis & criminis. Nam miſe[ri]cordius opem noſtram talibus ſubtrahimus, quam impen[di]mus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuvat, [ſed] non potius ſubvertit, atque opprimit."*

§. CLIV.

Eorum, qui *Participes* delicti, ac dati damni di[cu]ntur, notio ſatis fixa non eſt.

a) Si ex condicto delinquunt ac nocent plures, omnes ut cauſæ principales, reſtitutioni æque obnoxiæ cenſentur, etſi non eundem ſinguli actum ponant, unus e. g. damnum exequatur, alius exploret, an tuta ſint omnia.

b) Qui patrato iam maleficio ſpolii partem capit, ſaltem obligatur ex re accepta.

c) Siquis cauſam principalem ad delinquendum ac nocendum iam paratam adiuvat, certe tenetur delicto, & ex damno dato; ac ſi actus individuus fuerit, totum imputari ipſi poteſt; quo pertinet theſis ab Eccleſia damnata: *famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adiuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandam virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo ianuam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.* (1) Lex quoque

de eo, qui in partem actus individui venit, mentic nem facit: *qui ferramenta ſciens commodaverit a effringendum oſtium, vel armarium; vel ſcalam ſcie commodaverit ad aſcendendum: licet nullum eius co ſilium principaliter ad furtum faciendum interveneri tamen furti actione tenetur.* (2) Unde colliges.

(*d*) Has deciſiones agere de eo, qui *ſcienter* adiuv maleficium. Si de iſto non conſtet, & actio natu ſua eſt indifferens, nec cum maleficio ex ſe connex unaque iuſta eam ponendi cauſa adſit; tum eiusmo indirecta cooperatio, damnumque proveniens nequ agenti imputari. Licite mutuum petitur, etſi absq uſuris obtineri nequeat (3)

(1) Prop. 51. inter damnatas ab Innocentio P. XI.

(2) l. ſi pignore. 54. §. qui ferramenta. 4. D. de furt

(3) Conf. §. XXXII. (e.) de voluntario indirecte dic

§. CLV.

Ut obligatio reſtituendi, quæ ex negativis imp tationum modis profluit, definiri queat, ſpectan eſt:

(*a*) Ratio officii ac muneris, vi cuius aliorum dam impediri verbis, cohiberi factis, aut præpediri ma feſtatione debent. Neceſſe eſt enim ad hanc oblig tionem, ut alterius ius perfectum fuerit læſum; co ſequenter, ut is, cui læſio adſcribitur, obligatio perfecta adſtrictus fuerit ad ea impedienda dam Id contingit in præfectis gabellarum, quæ gravi ipſ rum negligentia defraudantur, in cuſtodibus ſaltuu lacuum, vinearum: in ſatellitibus ad cuſtodiam co poris aut fortunarum adſcitis. Principes tributa ac piunt, ut ſubditis præſtetur ſecuritas in bonis, h nore, vita.

(*b*) Sæpe iſtiusmodi modi negativi, ob quos data dam imputantur iis, qui impedire tenebantur, alium p ſitivum cooperandi modum habent adiunctum; ut q in famulos, operarios &c. elegit homines leves, t mer

merarios, imperitos, perditi ingenii. Sic & leges iudicant: *Exercitor - - liberi quidem hominis nomine tenetur in ſolidum - - quod liberum hominem adhibens ſtatuere debuerit de eo, qualis eſſet.* (1) *Si fornicarius ſervus coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuerit exuſta; Neratius ſcribit ex locato conventum præſtare debere: ſi negligens in eligendis miniſteriis fuit.* (2)

(1) l. unic. §. 5. D. furti adverſus nautas.

(2) l. ſi ſervus. 27. §. 9. D. ad L. aquiliam.

§. CLVI.

In numero adiunctorum reſtitutionis recte faciendæ illa etiam quæſtio eſt, *quid & quantum* oporteat reſtitui? Nempe:

(*a*) Ad æqualitatem, ut reſtitutio ac ſolutio *integra* ſit, habeaturque ratio lucri ceſſantis & damni emergentis; cumque partiales ſolutiones incommoda habeant, eas creditor per ſe admittere non tenetur, niſi ob difficultatem e. g. nummorum æquitas poſcat, aut ita conventum, vel debitum diverſis ex cauſis ſit contractum.

(*b*) Aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt (1), ſi res in ſpecie debita ſit; ſi debita in genere, idem cenſetur reſtitui, ſi qualitas & quantitas eadem eſt.

(*c*) Si pretium reſtituitur loco rei, id tantum eſſe debet, ut tempore reſtitutionis ſufficiat comparandæ rei eiusdem qualitatis & quantitatis, qua erat tempore, quo res ablata eſt. Debitor pecuniæ eiusdem ſpeciei nummos, quales accepit, ut reſtituat, ex conventione teneri poteſt, non ex natura reſtitutionis; modo moneta ſoluta ſecundum valorem publica auctoritate impoſitum idem valeat tempore ſolutionis, quantum tempore valuit, quo ablata, vel contractus initus eſt.

(*d*) Si vitulus furtivus apud furem excrevit in bovem, non alius vitulus, ſed bos reſtituendus eſt, etſi do-

minus vitulum conſumſiſſet vel alienaſſet. Res enim domino ſuo melior ſit, uti & deterior. (2)

(1) l. 2. §. 1. D. de R. C.

(2) §. CXXXIX. (c)

§. CLVII.

Tempus faciendæ reſtitutionis aut ſolutionis, au promiſſi implendi ita obſervandum eſt, ut e neglecto debitor in mora conſtituatur, atque a compenſandum id, quod creditoris intereſt; im etiam ad caſum fortuitum præſtandum per ſe tenea tur. Porro id tempus determinatur variis modis:

(*a*) Ex *natura obligationis*, uti in decimis dandis, ſæp in voto, ac ſponſalibus.

(*b*) Quod *ex delicto* debetur, quamprimum fieri poteſt reſtitui oportet cum omni cauſa; uti enim acceptio ſic detentio alienæ rei iniuſta eſt, & præcepto ne gativo non faciendi iniuriam ac damnum continetur

(*c*) Si dies reſtitutionis aut ſolutionis *contractu* præfixu eſt, is interpellat pro homine & debitorem in mor conſtituit; neque excuſatio oblivionis locum habet. (1 Præveniri dies præfixus poteſt, ſi in gratiam debito ris, non item, ſi in creditoris gratiam eſt deſignatus A pacto præviæ denunciationis neuter contrahentium altero invito poteſt recedere.

(*d*) Si neque obligationis natura, neque delicti ratio neque contractus ſolutionis aut reſtitutionis tempu determinat, ea differri poſſe cenſetur, dum credito interpellet; (2) niſi abſterreri reverentia erga debi torem aliave ſimili cauſa non ſine detrimento ſuo credatur. certe operariis, ac tenuis fortunæ homi nibus citra piaculum ſolutio aut reſtitutio differri vix poteſt. (3) Univerſe penes dominum ac creditorem eſt iudicare, egeatne re ſibi debita, & quatenus ut ve

vel non uti velit. De liberali quoque promiſſo tritum eſt verbum: qui cito dat, bis dat.

(1) l. magnam. 12. C. de contrah. & committend. ſtipulat.

(2) Arg. l. ſi ex legato. 23. D. de V. O.

(3) Levit. XIX. 13. Tob. IV. 15.

§. CLVIII.

De mobilibus rebus, *quo loco* reſtituendæ ſint, aut ſolvendæ, & *cuius ſumtibus transportandæ* ſint, quæritur:

(*a*) Quod *ex delicto* debetur, in loco creditoris, aut ubi is poſſideret, ſi delictum abſuiſſet, reſtitui ac ſolvi neceſſe eſt.

(*b*) Quod ex re accepta nullo interpoſito contractu vel delicto debitum eſt, uti in legatis, rebus inventis, decimis, cenſibus realibus contingit, præſtatur in loco debitoris, aut ubi res frugifera vel cenſui obligata exiſtit, moneturque creditor, ut id tollat ſuis ſumtibus.

(*c*) Debitum ex contractu reſtituitur in loco, qui per conventioem, vel naturam contractus determinatur. Quod donatum eſt, datur ibi, ubi donationis tempore reperitur: commodatum, mutuum redditur in loco, ubi acceptum fuit. Depoſitum ſuis ſumtibus repetit ac tollit is, qui depoſuit. In contractu permutatorio, ſi aliud conventum non eſt, utrinque eodem loco ſit præſtatio.

(*d*) De impenſis & periculo rem transportandi ex pactis adiectitiis, ac natura contractus iudicandum. Si creditor deſignavit viam ac baiulum, quæcunque res ſit debita in genere vel ſpecie, transportatio ſit periculo eiusdem creditoris: (1) contrarium ſit, ſi debitor malæ fidei aut ex delicto transportari rem curet in genere aut ſpecie debitam; ſuo enim id periculo facit. Nam obligatur eousque, dum ad æqualitatem ſatisfece-

fecerit. Debitor bonæ fidei fert periculum eius, quod in genere debetur; id enim perire non cenſetur: non item, ſiquid in ſpecie debitum eſt, niſi culpam commiſerit. (2) Si ergo per fidelem nuncium remittis equum conductum & pecuniam mutuatam, equus perit domino, pecunia tibi.

(1) *Quod iuſſu alterius ſolvitur, pro eo eſt, quaſi ipſ ſolutum eſſet.* l. 180. D. de R. I.

(2) l. 11. & 20. D. commodati.

§. CLIX.

Deinceps quærendum, *cui* facienda ſit reſtitutio aut ſolutio; in quo genere multo occurrunt plura, nec ea ſatis expedita, ac primo apparet. Inprimis de hypotheſi agendum, qua ſatisfieri creditori uni vel pluribus plene poteſt: dein ſi maſſa debitoris minor eſt, quam nomina creditorum, quid, quantumve & quo ordine ſinguli exigere queant quantum ex principiis iuris naturæ definiri poteſt diſpici debet.

(*a*) Reſtitutio ac ſolutio facienda eſt *creditori*, aut qu eundem repræſentat, procuratori habenti mandatum recipiendi; ſi creditor per leges poſitivas adminiſtratione non gaudet, uti fit apud pupillos, minorennes prodigos declaratos, ſolutio fit tutoribus, curatoribus adminiſtratoribus. Defuncto creditore ſolutio fit ſucceſſori univerſali, qui in iura activa & paſſiva ſucceſſit. (1)

(*b*) Quia reſtitutio ad reddendam poſſeſſionem vel detentionem maxime ſpectat; idcirco creditoris nomin venit non modo dominus, ſed etiam iuſtus poſſeſſo vel detentor rei, ceu hypothecarius, commodatarius depoſitarius, quorum poſſeſſio vel detentio ſubverſ eſt re ablata. Spectato rigore iuris etiam prædo a iniuſtus poſſeſſor, qui ſpoliatus fuit, dicitur reſtituendus. (2)

(*c*

(*c*) Si titulo oneroſo ac bona fide comparavi rem furtivam, ac talem poſtea comperi, rectene furi, non domino reſtituam, ut pretium meum a fure recuperem? R. Non recte, ſiqua reſtat alia via recuperandi pretii; rem enim domini in novum periculum, ſtatumque deteriorem, ac meis in manibus habet, coniicerem: nec domino rem vindicanti a me, iuſte eam ſubtraho, aut pretium exigo, nec ſi fur non comparet poſtea, iuſte rem detineo, meosque in uſus converto. Hæc extra controverſiam ſunt. Ancipitem deciſionem facit duplex hypotheſis, in qua periclitari debeat dominus de amittenda re ſua, ſi ego reddam furi: & ego periclitari de amittendo pretio meo, ſi domino reddam, non furi. Lex quidem caritatis non poſcit, ut cum periculo meo alienis commodis conſulam. Sic non teneor, rem ab alio amiſſam, ac iacentem tollere cum animo eandem domino reſtituendi, ſi iuſte timeam, ne id mihi fraudi ſit, aut periculum vel ſuſpiciones creet. Obligationibus perfectis erga proximum, ſi alia non accedit hypotheſis, ſatisfacio per actiones negativas. At vero rem alienam furi reddere, priorem contractum reſcindere, pretium repetere, *ſimul vero, ut mihi conſulam, novo diſcrimini obiicere rem domini*; hæ quidem actiones negativæ non ſunt. Si negent, in *novum* diſcrimen rem coniici, ſed in priori relinqui; reſpondeo, non relinquitur in priori diſcrimine, ſed reducitur a me, ac revocatur in novum diſcrimen, idque per actionem meam poſitivam, quæ iuri perfecto domini contraria eſt. Repugnat enim iuri naturali, alienas res facere deteriores, aut deteriore ſtatu collocare. Si vero periculum alienæ rei iactura proprii pretii redimam, nonne æquitas poſcet, ut tranſactionem ineat dominus rei, partemque compenſet, præſertim cum ſpectata etiam doctorum auctoritate ius utrinque dubium ac controverſum ſit?

(*d*) Bona *incerta ex delicto* ſi communi quadam ratione certa ſint, uti ſi pertineant ad hunc vel illum ex certa familia, vel ad incolas certæ civitatis &c. in hanc ipſam diſtribuenda ſunt quovis meliore modo; ſecus ex præſumta dominorum voluntate convertenda in pios uſus; eadem præſumtio de bonis incertis ſine delicto forte rationi & communi ſenſui conformior

 eſt,

eſt, quam ſi præſumatur, dominum ea bona pro derelictis velle haberi. (3)

(1) *Non ſunt igitur in pauperes, alioſve pios uſus eroganda, quorum dominus inveniri poteſt; id quod etiam in iure ſacro deciditur, etſi id pauperibus, piiſque cauſis maxime faveat.* c. ſicut dignum 6. §. 5. de homicidio: „*Licet quædam ex his, quæ occupaverunt, fateantur ſe pauperibus erogaſſe; non tamen aliena, cum ipſa potuiſſent eis, quorum fuerunt, reſtituere, debuerunt pauperibus erogare*" *Si creditor meus* A *ſit debitor creditoris* B, *non recte ſolvo, vel reſtituo creditori* B, *niſi conſentiente creditore meo* A, *aut niſi ſolutioni a me creditori* A *faciendæ legitima poteſtate ſit impoſitum arreſtum ad debitum creditori* B *exſolvendum.*

(2) c. in literis. 5. de reſtitut. ſpoliator. l. bona fides 31. D. depoſiti: „*Latro ſpolia, quæ mihi abſtulit, poſui apud Seium inſcium de malitia deponentis, utrum latroni an mihi reſtituere Seius debet? ſi per ſe dantem accipientemque intuemur, hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem recipiat is, qui dedit: ſi totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis, quæ negotio iſto continguntur, impletur; mihi reddenda ſunt; quæ facto ſceleſtiſſimo ademta ſunt; & probo hanc iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ iuſtiore repetitione.*"

(3) §. CXXVI. (b)

§. CLX.

Altera eſt hypotheſis ad hanc pertinens quæſtionem de concurſu creditorum, quando debitoris minora ſunt bona, quam debitorum, quibus opprimitur, & ſuccumbit, maſſa. Variæ ſunt locis variis claſſificationes creditorum conſtitutæ legibus poſitivis; at ſunt in his non pauca ex principiis iuris naturalis depromta, eaque huiusmodi, ut ſequitur:

(a)

(*a*) Quorum creditorum res propria extat apud debitorem, in eiusve bonis, iidem non tam iure prælationis, quam ſeparationis & vindicationis gaudent, ut ſi apud debitorem depoſita fuerat, ſi ei commodata, ſi in dotem data, ac phyſice etiam tum exiſtat. Ex his tanquam alienis reſtitutio aut ſolutio aliis creditoribus invito domino fieri non poteſt. (1)

(*b*) Creditores hypothecarii præferendi ſunt perſonalibus ſeu Chirographariis; quia ex natura hypothecæ, quæ eſt ius reale, ac veluti ſervitus quædam ipſis rebus inhærens, ius in re habent, id quod fortius eſt quovis perſonali iure; ut adeo ex huiusmodi re in pignus, vel hypothecam data alteri facta ſolutio iuri perfecto reali creditoris hypothecarii repugnaret.

(*c*) Si plures ſint hypothecarii creditores, valet regula: *qui prior eſt tempore, potior eſt iure.* (3) Cum enim anteriore hypotheca res uni devincta iam ſit, alteri obligari non poteſt, niſi ſub conditione, ſiquid de re, eiusve pretio reliqui ſit, poſteaquam primo creditori eſt ſatisfactum; aliter poſterior hypotheca utpote repugnans iuri perfecto alterius obligari valide non poſſet. (4) Porro hypothecario cuique præ chirographario, uti & anteriori hypothecario præ poſteriore reſtituendum, ſolvendum, præſtandum eſt totum, quantumvis parum aut nihil relinquatur aliis creditoribus; in hoc enim ſitum eſt ius prælationis, iusque fortius & efficacius, quod rei impoſitum eſt pro ſecuritate debiti totius. Si plures ſint hypothecarii æquales, nulla temporis aut poſitivi privilegii prærogativa diſcreti, videtur præſtatio facienda ſingulis pro rata, ſecundum geometricam proportionem, cuius primus terminus eſt ſumma debitorum conflata ex credito omnium hypothecariorum: alter maſſa dividenda: tertius creditum cuiusque hypothecarii, quartus portio, quam ex maſſa dividenda quisque aufert.

(*d*) In toto hoc genere atque ordine nulla ſe offert ſufficiens ratio præferendi ſpecialem hypothecam generali, aut expreſſam tacitæ, quæ legibus, vel reipſa conſtituitur, e. g. venditori in re vendita, donec pretium ſolvatur; eſt alia tacita *legalis* ex diſpoſitione legis orta; quod quidem ad ius pertinet poſitivum,

 cer-

certe generalis hypotheca complectitur res univerſas & ſingulas, quibus ſpecialis affigi poteſt.

(e) Sequuntur prioribus expletis Chirographarii creditores, qui anteferendi ſunt, tum omnibus hæredibus & legatariis; hæreditas enim non intelligitur, niſi deducto alieno ære; (5) tum etiam creditoribus perſonalibus ex titulo gratuito. Nam gratiæ ſeu beneficio ineſt conditio: *ſi potero præſtare*: non cenſetur autem poſſe fieri, quod ſine violatione iuris perfecti nequit fieri.

(f) Inter creditores Chirographarios nullo iuris poſitivi privilegio munitos nulla temporis, alteriusve rei videtur prærogativa ſtatuenda; cum res nulla, ſed perſona ſit iisdem proxime obligata. Conſentit ius Romanum. (6)

(g) Ex his conficies corollaria. I. Maior unius creditoris indigentia nullum prælationis ius dat, niſi forte imperfectum ex lege caritatis, de qua non agitur hoc loco. II. Nulla apparet ratio, cur creditores ex delicto aliis præferantur, aut contra. III. Si plures creditores Chirographarii æquali iure gaudeant, atque unus eorum ſingulariter ſibi invigilarit, ac debitum aliis non petentibus exegerit, melior eius videtur eſſe conditio, ac reſtitutio vel ſolutio firma eſt, nec iniuria cenſetur illata reliquis, etſi poſtea fruſtrentur. (7) Non videtur autem poſſe debitor vocare quemquam præ aliis æquali iure gaudentibus. Nullo enim iure pollet, alios cum aliorum damno vocandi; qui autem petit, utitur iure ſuo, ac proinde non videtur aliis facere iniuriam.

(1) l. procuratoris. 5. §. ſed ſi dedi. 18. D. de tributoria actione.

(2) l. eos. 9. C. qui potiores in pignore.

(3) c. 54. de R. I. in VI.

(4) l. ſi fundum. 4. & l. qui generatim. 6. C. qui potior in pignore.

(5) l. non poſſunt. 11. D. de iure fiſci.

(6) l. privilegia 32. D. de rebus auct. Iud. poſſid. & l. pro debito. 6. C. de bonis auct. Iud. poſſid. *Hinc regulam*

54.

ı. iuris canonici ſupra citatam reſtringunt ad creditores hyıthecarios.

(7) l. 22. §. 4. C. de Iure delib. & l. 24. D. quæ in fraud. 'edit.

§. CLXI.

Obligationes poſitivæ, in quarum numero eſt obgatio reſtituendi, requirunt facultatem, tempus, pportunitatem. (1) Quia *nemo poteſt ad impoſſibile obgari.* (2) Hinc diſcutiendum reſtat, quæ ſit iuſta ıuſa differendi, aut omittendi reſtitutionem. Quo ɔco animadvertendum, reſtitui poſſe rem eandem ı ſpecie, eandem in genere, vel eandem æquivalen:r, ut qui pretium dat pro occiſo bove; nam pecua communis menſura rerum eſt, quæ ſunt in huıano commercio; at non item ea æquipollet mem:is, pudicitiæ, honori, vitæ. Porro cauſa, ob uam differri aut omitti reſtitutio poteſt, triplicis ge:ris intelligitur.

a) Spectata re, quæ vel natura ſua reparari non poteſt, aut ante interiit, quam reſtitueretur.

b) Spectato ſtatu debitoris, eiusque impotentia reſtituendi.

c) Spectato ſtatu creditoris, eiusque adiunctis.

(1) §. XIV. (a.)

(2) c. 6. de R. I. in VI.

§. CLXII.

Sunt bonorum quædam genera, quæ ſicui erepta ıt, nulla arte reparari, aut redintegrari poſſunt; uti ſit

ſit abſciſſo vel debilitato membro, læſa pudicitia, e
foſſo oculo, detecto vitio natalium, deformata faci
Quid ergo? ab omni onere, qui in talibus nocui
liber cenſendus erit? reſponſio ſequentibus capitib
continetur:

(*a*) Damna, quæ emergunt ex iſtiusmodi bonorum iact
ra, & lucra, quæ ceſſant, reparari poſſunt, ac debe
etſi ipſa bona non poſſint. Sic puella, quæ ſedu
eſt, duci aut dotari debet; & interfecto marito, ux
ri, liberis &c. damna compenſanda: dato vulnere i
penſæ in medicos, & æſtimatio operarum penſa
dæ ſunt. (1)

(*b*) Privata conventione vel transactione, legibus pub
cis, & ſententia iudicis fieri poteſt, ut damna & bo
diverſorum generum inter ſe comparentur, æqui
rentur, compenſentur. Sic ſtatus libertatis taxat
pro pretio: compenſatio læſi honoris æſtimatur p
mulctas: pro iniuria ſervo vel ancillæ illata conce
tur libertas. (2)

(*c*) Quod pro illata ignominia, dolore, triſtitia pendit
videtur potius ad ſatisfactionem & officia imperfe
caritatis, quam ad reſtitutionem, & ius perfectu
eiusve reparationem pertinere. Nam per reſtituti
nem læſa æqualitas redintegratur, & redditur id, q
ſublato aliquis minus habet, ac haberet non data i
iuria; nempe quoad fieri per naturam poteſt. Si
ſparis generis ſunt, id, quod ſublatum eſt, atque i
quod viciſſim datum; quæ poteſt intelligi æqualita
aut quomodo eo genere compenſationis læſus recu
rat id, quod ſuum eſt? (3)

(1) *Eiusmodi lex utique naturalis extat inter iudicia*
V. T. præcepta, ut adeo generatim ſtatui non queat, iudic
les leges V. T. nihil ad nos pertinere. Exod. XXI. 18. 19
„*Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuu*
„*lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacue*
„*in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulaverit foris ſuper bacul*
„*ſuum, innocens erit, qui percuſſerit, ita tamen, ut ope*
„*eius & impenſas in medicos reſtituat.*" Hebr. *ceſſation*
eis

s dabit, id eſt, noſtro loquendi more, lucrum ceſſans com-ſabit.

(2) Exod. XXI. 22. 24. 26. 27.

(3) *Ad ſatisfactionem & officia caritatis videtur pertinere,* od S. Thomas docet 2. 2. q. 62. a. 2. ad 1. „*Quando id, uod ablatum eſt, non eſt reſtituibile per aliquod æquale, de-t fieri recompenſatio, qualis poſſibilis eſt: puta, cum ali-uis alicui abſtulit membrum, debet ei recompenſare vel in cun a. vel in aliquo honore, conſiderata conditione utrius-e perſonæ, ſecundum arbitrium boni viri. -- Si non poſ-ſumam reſtituere, debet ei aliter recompenſare, ſicut & aliis dictum eſt.*" *Quis affirmarit, defuncto eo, qui læſus, iſtiusmodi recompenſationem,* ut ſcribit S. Doctor, *ipſius edibus debere præciſe ob membrum ablatum fieri? atqui de-et omnino, ſi deberetur iure perfecto.*

§. CLXIII.

Interitus rei, quæ per aliam generis eiusdem, pretium æquipollens compenſari poteſt, anne & ndo debitorem liberet a reſtituendo vel compen-do, non uno ex principio definiri poteſt. (1)

) Generatim cenſenda eſt res perire domino ſuo; aut ſi-qua determinata alteri promiſſa, donata, legata eſt, eaque intereat, iacturam fert promiſſarius, donata-rius, legatarius; ad hanc enim ſolam ius habuit: nec cenſetur aliud eſſe promiſſum, donatum, legatum. Si, quod debito tempore & loco creditori oblatum eſt, is noluit accipere, ſibimet interitum poſtea adſcribet. Si eiusmodi res obſignata coram teſtibus apud iudicem, vel iſtius auctoritate apud alium deponitur; ſecundum leges humanas hæc depoſitio vim habet plenæ libera-tionis in utroque foro. (2)

) Alterum eſt principium, ex quo propoſita quæſtio de-finienda eſt, ut diſcrimen fiat inter debitorem bonæ aut malæ fidei, inter debitum generis, aut ſpeciei; habeaturque ratio culpæ & moræ. Neque tamen continuo in mora eſt, a quo res petitur; quam enim rem bona fide quis habuit pro ſua, non tenetur inde-

fe-

ſenſam relinquere, nec mortalitatem ſervi aut pec dis præſtare. Etſi enim conteſtatio litis malam fide inducat relate ad fructus perceptos & percipiendo non idem de interitu quoque rei exiſtimandum eſt, m do ne culpa vel mora intercedat. (3)

(1) §. CXXV. (b) & nota. 1. §. CLVIII.

(2) l. acceptam. 19. C. de uſuris.

(4) Conf. cit. §. CXXV.

§. CLXIV.

Debitoris inopia atque impotentia reſtituendi, iuſta ſit cauſa differendi, vel omittendi reſtitutione tria præ oculis ſunt habenda:

(*a*) Ne iſta impotentia iam urgente obligatione reſtituen voluntaria ſit, & ex culpa continuetur; uti fit ſe per immoderatum luxum, impenſas voluptuarias, berales profuſiones, neglectum rei œconomicæ. H naturæ principio nititur Rubrica Digeſtorum: *quæ fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur.* (Quod edictum Prætoris tum contra eum, qui ſcie recepit, tum contra illum, qui quoquo modo alien vit quidquam in fraudem creditorum, locum habet. (

(*b*) At enim ſatisne faciet debitor, ſi non diminuat pat monium ſuum in fraudem creditorum, ſive cum e rum detrimento; niſi etiam augere ſtudeat, eum in nem, ut ſatisfacere poſſit creditoribus; certe, qui o ligatur ad finem, ad media adhibenda non poteſt n obligari. Secundum legem 6., quæ continetur in r brica citata, edicto Prætoris locum non facit, qui h reditatem repudiat, eoquod patrimonium ſuum ob e cauſam non diminuit. Unde de naturali æquitate gis, quæ tolerat repudiationem lucri, non immeri dubitat Brunnemannus. (3) Certe filius, qui gravi p rentum neceſſitati ſuccurrere tenetur, contra pietat peccaret non acceptando hæreditatem, donation &c.

;) Siquid in patrimonio debitoris eſt, ex quo reſtitutio fieri queat, & nihilominus impotentia reſtituendi allegetur, neceſſe eſt, ut obligatio reſtitutionis collidatur cum iure debitoris conſervandi ſeipſum, id eſt, vitam, famam, ſtatum, aliave bona eiusdem vel ſuperioris ordinis. Ac tum multa circumſpicienda ſunt, ut *vera* cenſeatur impotentia, non fictitia, aut ſimulata. Nam conſideranda eſt *primo*, qualitas bonorum, quæ periclitantur facta reſtitutione: *ſecundo*, ius debitoris eadem conſervandi: *tertio*, magnitudo periculi, vel detrimenti. quod crearet reſtitutio. *Quarto*: damnum, damnique periculum, quod ipſe creditor ſubiturus eſt dilata, vel omiſſa reſtitutione; quæ quidem a tot rerum ac perſonarum adiunctis pendent, ut certis regulis comprehendi vix queant. (4)

(1) L. XLII. Tit. VIII.

(2) *Unde patet iuſtitia canonum & pontificiarum conſti-onum, prohibentium ordinationem, vel ingreſſum in Reli-nem, ſiqui ad ratiocinia obligati, aut ære alieno gravati t.*

(3) In L. 6. D. quæ in fraudem creditor.

(4) Argumentum de omittenda vel differenda reſtitune peti poteſt ex c. officii. 9. de pœnitent. & remiſſ.

§. CLXV.

Ex parte etiam creditoris, cui facienda eſt reſti-io, elucere poteſt ſufficiens ratio, eandem aut ferendi, aut prætermittendi. Cuiusmodi contin-re poteſt:

1) Si is recuperata re ſua in ſuam vel aliorum perniciem uteretur; exemplum profert Tullius: „Ac ne illa quidem promiſſa ſervanda ſunt, quæ non ſunt iis ipſis „utilia, quibus promiſeris. - - Si gladium quis apud „te ſanæ mentis depoſuerit, repetat inſaniens: red„dere, peccatum ſit: non reddere, officium. Quid? „ſi is, qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum in„ferat patriæ; reddesne depoſitum? non credo. Facies

„cies enim contra rempublicam, quæ debet eſſe riſſima. (1) Idem contingere poteſt, cum quis brum pernicioſum depoſuit, vel commodato dedi..

(*d*) Si abſens eſt creditor, ut eius nomen, aut habitat innoteſcere non poſſit: aut cum publica ſentent privatus eſt bonis, aut vita & fortunis una exut eſt; tum vero in ſucceſſores bonorum inquiri nece ſe eſt. Exemplum extat in Iure Romano: „Re „capitalis iudicii depoſuit apud te centum: is d „portatus eſt: bona eius publicata ſunt; utrumne i „hæc reddenda, an in publicum deferenda? ſi tantu „naturale ius & gentium intuemur, ei, qui dedi „reſtituenda ſunt: ſi civile ius & legum ordinem „magis in publicum deferenda ſunt. Nam male m „ritus publice, ut exemplo aliis ad deterrenda mal „ficia ſit, etiam egeſtate laborare debet. (2)

(1) L. III. Officior.

(2) l. bona fides. 31. D. Depoſiti.



INSTITUTIONUM

IURIS NATURÆ

LIBER II.

IUS NATURÆ SOCIALE.

INSTITUTIONUM IURIS NATURÆ
LIBER II.
IUS NATURÆ SOCIALE.

CAPUT I.
Notiones Societatis & Iuris ſocialis.

ARGUMENTUM.

§ *CLXVI. Finis, unio, politia, ſalus ſocietatis. CLXVII. Societatum varietas. CLXVIII. Sunt æquales vel inæquales. CLXIX. Collegium. ius ſuffragii. CLXX. Differt ab inæquali. CLXXI. Imperium Societatis inæqualis.*

§. CLXVI.

ocietas eſt coniunctio plurium ad communem finem permanentem communibus viribus obtinendum ta. Provido naturæ conſilio factum oſtendimus, (1) primæva rerum communio introducta diviſione, ac oprietate, ſublata ſit, utpote quæ rixarum, diſcorde, ſocordiæque mater eſt. Cogit tamen homines n imbecillitas virium cuiusque, tum amor mutuus, n animus res præclaras gerendi, ut alter alteri vas ob fines ſe aſſocient, viresque mentis, corporis, facultatum coniungant; unde ſocietates exiſtunt;

 in

in quarum notione plura inſunt, adcurate expenden-
da:

(*a*) Societas ex uno non fit, ſed duos minimum requirit, (2) qui voluntatem, viresque ad communem finem coniungant. Hæc coniunctio vel ipſum actum aſſo ciationis denotat, eumque tranſeuntem, vel indica nexum, vinculum, aut ſtatum permanentem, ex pri ma aſſociatione ortum. (3)

(*b*) Finis communis ſocietati, eiusque membris propoſi tus eſt, utique honeſtus, ac naturæ humanæ conſen taneus. Nam *ſi maleficii ſocietas coita ſit, conſtat nul lam eſſe ſocietatem; (4) quia delictorum turpis atque fa da communio eſt.* (5) Porro uti ſinguli homines felic tati ac perfectioni ſuæ maxime conſulunt; ita ad hun maxime finem ſocietates ineunt, ut bono potiantur quo extra ſocietatem vel carerent penitus, vel pa cius aut maiore ſuo periculo fruerentur. Finis com munis ſocietatum, aut commune bonum, felicitas publ ca, aliaque iſtius generis non inſtar ideæ Platonicæ al ſtracte concipienda, ſed tanquam ſita in ipſis membr ſocietatis, atque eisdem concreta intelligi debent. A ſi non proprii commodi cauſa inita ſit ſocietas; tam neque tum proprium commodum, aut perfectio v beatitas propria everti vel impediri, aut alia perf ctio vel beatitas ſocietatis cogitari poteſt, quam qu in perfectione vel beatitate membrorum hæret. Ha quidem in ſocietate quavis ſacra, in literaria, in civ li, in ſocietate mercatorum &c. perſpicua ſunt. (Ut tamen finis ſocietatum diſtincte perſpiciatur, ab h genere ſocietatum, quo ſuæ perfectioni ſocii conſ lunt, disiungendæ ſunt aliæ, quæ alium velut extri ſecus propoſitum finem habent; neque enim ſociet militum, ſenatorum vel operarum ad ædificandu conductarum eum finem ſpectat proxime, ut ſ ſuæque beatitati laborent; quamquam, ut dixi, ne quidem iſtiusmodi finis præfigi poſſit, vel debeat, q ſua cuiusque perfectio vel beatitas evertatur, aut ipſa impediatur.

(*c*) Ad finem ſocietati & ſociis præfixum obtinendum coniunctio ſeu unio virium mentis, aut corporis,
f-

fortunarum, vel plurium vel omnium ex his coniunctim; non quod omnes ſocii eundem actum agant, ſed alius quidem ſic, alius vero ſic; ſinguli tamen & univerſi in idem tendant. Non idem eſt motus, non eadem directio & celeritas partium machinæ, ceu horologii; nec membra humani corporis eundem actum habent; tamen & ipſa & motus eorum eundem finem petunt, conſervationi totius & partium accommodatum.

d) Coniunctio plurium, qui opinione, voluntate, actione diſcrepare poſſunt: finis tamen communis, quem omnes petunt, & quidem per actiones a ſingulis poſitas, ac ſæpe diverſas, neceſſario requirit ordinem & agentium & actionum, quo determinetur, quid, quantum, quo modo agat quisque, aut non agat, ne alii impediantur, aut deſtituantur; hic ordo atque hæc interna conſtitutio appellatur *Politia ſocietatis*: actiones, quas ſocii edunt, tanquam media ad finem, ſunt *negotia ſocialia*: progreſſus non impeditus ad finem per eiusmodi actiones obtinendum, *ſocietatis ſalus* nuncupatur: id vero, quod per actiones obtinetur tanquam finis, eſt *bonum commune, ſeu publicum*, non privatum uniuscuiusque excluſis aliis.

e) Dum plures ita conſociantur, ut eundem finem petant, & vires atque actiones in eundem finem coniungant, intelligitur una mens ſeu ſententia, una voluntas, una actio, adeoque una *perſona moralis*; ſocii ergo efficiunt unam perſonam; iidem tamen non ceſſant eſſe homines; ſed cum natura humana etiam iura & obligationes inde promanantes retinent, ſimulque novum ſtatum ſocialem naturæ conſentaneum adſciſcunt, novoque ſociali iure gaudent, nempe ex ſtatu ſociali proveniente. Iſtuc ius ſociale tum ex ſocietatis fine, tum ex gradu & ordine, quo finis petitur, determinari debet; idque eſt principium cognoſcendi iura & obligationes ſociales: lex generalis practica ea eſt, ut quis convenienter fini ſocietatis vivat. Fieri etiam poteſt, ut quis pluribus iſtiusmodi ſocietatibus ſit adſcitus; quo caſu plures ſocietates in iisdem ſociis coexiſtunt, atque una quodam modo pervadit alteram; quin exiſtat una ſocietas compoſita. Quodſi officia ſocialia inter ſe, aut offi-

cia ſocialia cum officiis ſolitariis ſive erga ſeipſum pu gnent, ſecundum generales colliſionum leges dec dendum eſt, unaque videndum, *quatenus* finis inte di debeat, & *quatenus* leges ſocietatis pertingan non enim finis præſtantior cedere ignobiliori debe præſertim ſi ſocietas ipſum ſociorum bonum prox me reſpiciat. Tritum eſt quidem: *bonum privatu communi & publico cedere debet;* ſed hoc non ita a ſtracte concipiendum eſt, ut ſinguli, in quorum con modum ſocietas coaluit, aut maxima eorum pars pr pterea affligatur, ac miſera evadat; ſed ſi corrue te communi ac publico bono etiam privatum corru ret; uti cum ſi tota navis interit, etiam ſingulor merces navi impoſitæ amittuntur. Quodſi ergo un alterve ſocius pro communi conſervando bono re ſuam iactet, neceſſe eſt, ut iacturam ſarciant & r liqui; quia & commoda & incommoda communia e debent. (7)

(1) §. CX.

(2) *Pluralis locutio duorum numero eſt contenta*, ait reg la 40. iuris canonici in VI., *ceu contingit in ſocietate con gali.*

(3) *Sic matrimonium ſumitur tum pro actuali conventi aut contractu, diciturque connubium. vel nuptiæ; tum pro ſta aut vinculo permanente; quo refertur vox coniugium, conſortium.*

(4) l. nec prætermittendum. 57. D. Pro ſocio.

(5) l. quod autem. 53. ibid. *Coniunctio plurium ob n lum finem inita, vel contra leges, appellatur* turba, col gium illicitum, conventiculum &c. *qualia ſunt Sectar rum, omniumque alienorum a vera religione.*

(6) *Auctor tractatus inſcripti;* Demonſtratio iurium ſ tus eccleſiaſtici circa temporalia P. I. n. 11. non perfunct rie hanc rem pertractat: „*Profecto*, inquit, *ſi alius fo „finis ſocietatis humanæ, alius hominis, fruſtraretur ho „eo ipſo fine, ob quem ſocietati ſe aliorum adiungeret, ha „aliter facturus, ac ille, qui ſcholam adiret, ut famem ſec „ret, aut forum, ut ſomnum caperet. Homines in unum co „veniunt, ut quoniam ſinguli beati eſſe non poſſunt, poſſ „omnes: & alter alteri præbeat ſecuritatem atque ſubſidi „vivendi. - - Quid prodeſt cuiquam aliena felicitas, ſi ſ*

„

*on potitur? - - Ecquid enim iuvabit, civitatem eſſe feli-
m, dum infelices ſunt cives? niſi forte cum Machiavello,
Hobbio, aliisque huius furfuris pſeudopoliticis omnem bono-
um cumulum in ſolum regentem conferri debere ſtatuas.
Nos Catholici inter flagitia numeramus huius generis ſen-
a, & plerique Acatholicorum nobiſcum."*

(7) „*Cuncta hæc*" (inquit cit. auctor. n. 12.) „*probe pon-
eranda ſunt, ne principium civibus æque pernicioſum in fa-
orem reipublicæ ſtatuatur, ac illud eſt, quod Machiavellus
n favorem ſui principis malo ſidere parturivit. Quid enim
ntereſt, principis, an reipublicæ gratia miſer ſit civis, &
uas per civitatem perdat facultates, quas illius præſidio
ervare ſe poſſe crediderat?*"

§. CLXVII.

Si notæ, quas in ſocietatis notione ineſſe diximus, ropius determinentur, variæ formæ ſocietatum ſeu ecies exiitunt:

(*a*) Societas eſt coniunctio plurium. Porro ipſa natura homines inter ſe non uno vinculo coniunxit, ſpectato etiam ſtatu eorum primigenio (1); atque hæc eſt ſocietas hominum inter homines latiſſime patens, abſoluta, & *univerſalis*; quæ vi naturæ conſtituta ius tantum imperfectum in actiones ſociorum aliis ſociis tribuit; eo quod ob æqualitatem naturæ, & libertatem cuique permittendum ſit, ut ſuo ipſe arbitrio actiones in eo ſtatu determinet. Multiplices tamen ſtimulos, rationesque hominibus natura dedit, quibus alii aliis arctius ſeſe adſtringerent; hinc exiſtunt ſocietates *particulares*, & *hypotheticæ*, quæ hypotheſin præcedentis pacti vel legis divinæ aut humanæ continent; quamquam non omnis hypothetica etiam particularis eſt. Eccleſia enim catholica, ex inſtitutione ac lege Domini Noſtri Ieſu Chriſti in mundum univerſum introducta, propagata, conſervata, & *usque ad conſummationem ſæculi* conſervanda certe legalis, ſed tamen univerſalis, eoipſo quod catholica, eſt. (2) Igitur in hypotheticis ſocietatibus ſpectato ipſarum ortu, aliæ *pactitiæ* ſunt, aliæ *legales* ſeu *neceſſariæ*. Neque vero origo tantum ſocietatis ipſius ſpecta-

ctari ſolet, ſed & modus, quo quisque eiusdem mem-
brum evadit vel una cum ſocietate recens conſtituta
vel dum in conſtitutam recipitur; dein & modus, qu
eſſe membrum ceſſat, dum vel ipſa diſſolvitur ſocieta
vel ea permanente legitime recedit quisquam, aut le-
gitime excluditur. (3)

(b) Quia ſocietas ex uno non fit, ſed ex pluribus; ſi plur
ponuntur perſonæ phyſicæ, ex quibus illa coaleſcit
vocatur *ſimplex*: ſi perſonæ morales, ſeu minores ſo-
cietates in maiorem coeunt; *compoſita*, cuius compo-
ſitionis uti gradus ſunt, ita minores & maiores pro-
veniunt ſocietates compoſitæ. Simplices cenſentu
ſocietates coniugum, dein parentum ac liberorum
demum dominorum ac ſervorum; quamquam, ſi bi-
næ conveniant, aut tres omnes, fit ſocietas compo-
ſita familiæ. Ex familiis exiſtunt pagi & urbes: e
pagis & urbibus provinciæ, ex provinciis regna con-
flantur. Maximas vocant, quando plures respubli-
cæ in ſyſtema civitatum coeunt.

(c) Conſiderato ſocietatum fine alia eſt ſacra, alia profana
literaria &c.

(1) §. III. (a.) & §. IV. (f.)

(2) Matth. XXIV. 14. *Prædicabitur hoc evangelium re-
gni in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus.* -
Marc. XVI. 15. *euntes in mundum univerſum prædicate evan-
gelium omni creaturæ. Non diffitetur Pufendorfius de I. N. &
G. L. I. C. I. §. 13. eccleſiam catholicam nempe Romanam, e
ſe generalem.* Inter ſacras *ſocietates*, inquit, alias poſſumu
vocare generales, ut eſt eccleſia catholica. *Atqui hoc ipſum*
catholicum *quovis tempore habebatur pro nota veræ Chriſti ec-
cleſiæ*: „*Quærenti peregrino alicui*, inquit S. Auguſtinus con-
„tra epiſt fundament., *ubi ad catholicam eccleſiam convenia-
„tur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum au-
„det oſtendere.*"

(3) *Etſi iura ſocietatis vel collegii per unum acquiri no
poſſint, tamen, ut paſſim animadvertunt Doctores, ſi unu
ſolus remanet, ius & nomen Collegii ſeu Univerſitatis conſer
vatur in illo.* arg. l. ſicut 7. §. in Decurionibus D. *quod cu
iusque Univerſitatis: ſi Univerſi as ad unum redit: magis ad
mittitur, poſſe eum convenire, & conveniri: cum ius omnium*

i

unum reciderit, & ſtet nomen Univerſitatis. Conf. Laymann in c. gratum. 2. de poſtulatione. n. 2. & ſeq.

§. CLXVIII.

In quavis ſocietate pacto vel lege conſtituta, conſideratur, aut ſimplex ſociorum in ſe unio ſine relatione ſubiectionis & imperii, eritque ſocietas *æqualis*; ſive ea unio conſtringitur imperio ac ſubiectione, eritque *inæqualis*. Igitur & ius ſociale vel *æquatorium* eſt, vel *rectorium*. Uti vero *imperium* generatim eſt ius aliorum actiones determinandi ad certum finem; ita *imperium ſociale* eſt ius actiones ſociorum determinandi ad finem ſocietati præfixum. Hoc imperium ſocietatis, atque adeo complexio omnium iurium ſocialium, dicitur *poteſtas ſocialis*. Executio & uſus imperii ac poteſtatis eſt id, quod *regimen ſocietatis* nuncupatur, quod etiam alteri, penes quem poteſtas non eſt, committi poteſt. Ea poteſtas aut *ſumma*, *aut ſubordinata* dicitur, uti ab alia in eodem genere non pendet, aut e contrario pendet. Poteſtatis tres veluti partes ſunt. I. *inſpectoria*, qua invigilatur, quid fiat, aut non fiat, relate ad finem ſocietatis. II. *rectoria* vel *legislativa*, qua decernitur, quid a ſociis fieri, non fieri poſſit, vel debeat; III. *Executoria*, comprehendens ea, quæ vi aut nomine eius, qui poteſtatem vel imperium tenet, proxime fiunt, & executioni dantur. Atque hæc tria in quovis genere ſocietatis præcipua ſunt, & neceſſaria; *inſpici* enim, & cognoſci debet rerum ſtatus ad eam pertinentium: dein *decerni*, quid ſociis

faciendum, non faciendum ſit: denique expediri, & *executioni dari* ab eo, penes quem poteſtas ſocialis reſidet. In ſocietate inæquali poteſtati, eiusque partibus modo enumeratis adiuncta eſt vis coactiva, qua membra cogi poſſunt ad inſpectionem admittendam, reddendas rationes, ad exhibendum, edendum &c., dein cogi, ut iuſſis pareant, denique & cogi, ut admittant, vel patiantur, quæ ab executoria poteſtate fiunt.

§. CLXIX.

Societas æqualis vocatur *collegium*, eiusque iura *collegialia*; coniunctio plurium collegiorum, *corpus*. (1) Æqualitati non obſtat *directorium*, ſeu ius conſervandi ordinem inter æquales, quorum nec alter alteri, nec uterque eidem tertio imperium habenti ſubiacet: quare neceſſe eſt, ut inter plures ſit, qui convocet collegas, negotia proponat, concluſa executioni det, vel dari curet, aliaque iſtiusmodi expediat, quæ imperio non egent. Concluſa in ſocietate æquali fiunt conſenſu collegarum: quare neceſſarii ſunt conventus, in quibus alii *ſtati* ſunt, alii *extraordinarii*, vel imperati: alii itidem *veri*, quando ſocii ipſi conveniunt ſinguli, alii *repræſentativi*, in quibus a paucis alii abſentes repræſentantur. In his conventibus negotium deciditur per vota vel ſuffragia. Eſt autem *votum* declaratio voluntatis a ſocio facta ſocietati de eo, quid ſecundum opinionem ſuam definiri conſenſu communi velit. Vota *virilia* ſunt, quæ a ſingulis feruntur, *curiata*, quæ a ſocietatibus, vel pluribus coniunctim

Re-

elate ad eventum ſuffragationis factæ ſunt alia vota *nanimia*, alia *diverſa*, atque *paria*, vel *imparia*, ac m *minora*, vel *maiora*, abſolute relate ad numerum nnium votorum, vel reſpective relate ad vota, quæ idem concurrunt. Præterea nominantur vota *ſa- ora*, *deciſiva*, *conſultiva*, *affirmativa*, *negativa*. *onclusum* fit per vota, ſi iis collatis ſecundum leges cietatis determinetur, quid fieri, aut non fieri de- eat. De concluſo facto per vota in hunc modum lgo ſtatuitur:

(*a*) *Unanimia* ſemper concludunt: nunquam *paria*, niſi pro eo caſu ante definitum fuerit, ut unius votum vincat, ſive ut *calculus Minervæ* valeat.

(*b*) Quando ſocietas Superiori ſubiecta non eſt, vota numeranda ſunt, non ponderanda. Unusquisque enim ſuum iudicium pro ſaniore & meliore habet.

(*c*) Si non omnes æqualiter participant rem, in qua fundatur ſocietas, fieri poteſt, ut unus ſocius computetur pro pluribus, ac pluribus votis gaudeat.

(*d*) Si leges non obſtant, renunciatio voti locum habet tum *expreſſa*, tum *tacita* per abſentiam, ſi quis ſuffragium ſuum alteri committere per leges poſſit, nec tamen committat.

(*e*) Spectata varietate humanarum opinionum, rerumque & conſiliorum ancipiti alea vix, ac ne vix quidem contingit, ut omnes idem ſentiant. Quare neceſſe eſt, ut pars aliqua ſuffragiorum ad concludendum ſufficiat. Talis cenſetur illa, quæ numero ſuffragiorum relate ad totum ſuffragantium numerum prævalet. Quapropter rationi congruit, ut vota *abſolute maiora* vincant, atque ad ſe partem minorem trahant, ut adeo aſſenſus maioris partis pro facto omnium haberi debeat, ne cum detrimento ſocietatis reique communis, aut nihil decidatur in plerisque negotiis, aut pauciorum placita prævaleant. (2) Etſi igitur Doctores exiſtiment,

ment, nullo ſtatuto prohiberi poſſe, quo minus e maiore ſuffragiorum numero concludatur; tamen ce to valet ſtatutum aut lex, quo ſimpliciter maiora nc cenſeantur ſufficere, niſi e. g. duæ tertiæ ſuffragioru partes conſpirent. (3)

(*f*) Duos vulgo caſus recenſent a *iure maiorum* (ſuffragio rum) *exceptos*; 1. ſiquando de ſingulorum ſocioru iure detrahendum eſt, putant, vota unanimia requir & conſenſum ſingulorum, ſecundum regulam: *quo omnes tangit, debet ab omnibus approbari.* (4). 2. C veri poteſt lege ſocietatis, ut in certis negotiis, in qu bus omnia membra unius generis e. g. religionis diſſe tiunt ab omnibus membris alterius generis e. g. rel gionis, ex maiori numero nihil concludi poſſit, ſed *it vel ſeceſſus in partes* fiat.

(g) Quando ſocii in diverſas abeunt ſententias, nec vo abſolute maiora obtineri poſſunt, videtur æquum, *reſpective maiora* cenſeantur ſufficere. Dum enim ſ qui non licet, quod pluribus placet, erit ſequendu illud, quod paucioribus diſplicet.

(*h*) Concluſum ſociorum tamdiu mutari poteſt, quamd alterius iuri perfecto aut legi nihil detrahitur.

(1) *Collegium, Corpus, Univerſitas paſſim pro eodem ſ muntur.* Bodinus tamen L. III. de Republica c. 7. aſſignat *quid differant. Collegium*, inquit, *eſt legitima trium pl riumve perſonarum eiusdem conditionis conſociatio: corp vero plurium collegiorum coniunctio. Univerſitas eſt omniu familiarum, collegiorum & corporum eiusdem oppidi, i ris communione ſociata multitudo.*

(2) Arg. c. 1. & c. fin. de his, quæ fiunt a maiore. aliud, 160. §. 1. D. de R. I. „*Refertur ad univerſos, quo publice fit per maiorem partem.*" conſentit l. 19. D. ad mu nicipalem. „*Quod maior pars curiæ effecit, pro eo habetu ac ſi omnes egerint.*"

(3) l. nulli 3. D. quod cuiuscunque Univerſitatis. *Simil ter ſi electio ſummi Pontificis fit per ſcrutinium, requiruntur ſ creta ſchedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Ca dinalium in Conclavi clauſo præſentium.* Idem ſtatuitur

el

electione Abbatiſſæ vel Prioriſſæ. c. indemnitatibus. 43. §. 1. de lectione in VI.

(4) c. 29. de R. I.

§. CLXX.

Ad diſtinctiorem comparandam cognitionem comparatio fieri poteſt inter ſocietates æquales, & inæquales. Eius comparationis præcipua hæc ſunt capita:

a) Societas æqualis inter pares conſiſtit, quatenus ſpectantur, ut ſocii. Hi communi conſilio & directione tum certum gradum præfixi finis, tum media ei obtinendo neceſſaria decernunt. At inæqualis ſocietas, quæ & rectoria vocatur, uni vel pluribus committit, ut de fine ſive eius gradu, ac mediis decernant. Fieri tamen etiam in ſocietate æquali poteſt, quale eſt collegium, ut uſus iurium collegialium certis membris committatur: aut quædam iura collegialia uni ſociorum numero, alia alii adminiſtranda tradantur; quæ vocantur *deputationes*, quarum ſingulæ ſuum habere peculiarem directorem queunt. Eiusmodi collegia cenſentur *irregularia*, ac deputationes, vel ii, qui uſum iurium collegialium exercent, ſemper toti collegio ſubiecti manent.

b) In ſocietate æquali nullus ſociorum plus iuris ſibi arrogare poteſt, ac alius tum in eligendis, tum in adhibendis mediis: nec prærogativa doctrinæ, prudentiæ, ætatis, experientiæ &c.: verum ius cuiquam præ aliis tribuit. Omnia ergo vel amicabili compoſitione vel conſenſu maiorum ſuffragiorum definienda ſunt. At in ſocietate inæquali unus vel pauci præſunt ſummæ rerum, ac ſine placito vel etiam conſilio ſociorum de mediis, & interna politia decernunt, neque aliis rationem tenentur per ſe reddere.

c) Societas *per ſe ac natura ſua* non continet imperium, vel iurisdictionem totius collectionis in membra ſingula, niſi id ſocii expreſſe, vel tacite ex natura ipſius ſocie-

ſocietatis collectioni detulerint, aut obſervantia ſt biliverit. Collectio enim tota non plus iuris hab in ſingulos, ac iſti contulerint: porro nemo liberta tem ſuam iactare vel abdicare præſumitur. Siquis e go vires ſuas ac media conferre ceſſat ad commune finem, cenſetur diſcedere velle, aut ſociis ius d ipſum expellendi, & communia auxilia vel comm da negandi. Siquis damnum inferre toti ſocietati te taret, ea ius defenſionis habet, cum ſit perſona m ralis, quæ iuribus connatis & univerſalibus gaud ceu conſervationis, defenſionis &c., ac relate ad *e traneos*, id eſt, eos, qui de ſocietate non ſunt, iu æqualitatis, libertatis, independentiæ. Contraria o tinent in ſocietate inæquali.

(*d*) Inter ius æquatorium ſocietatis æqualis, & rectoriu ſocietatis inæqualis non una, nec modica eſt differe tia. Ius æquatorium exigit præſtationes reciproca e. g. uterque fœderatus alteri debet auxilium. ius rectorium, inquit Schrodt, (1) non habet m tuas præſtationes, e. g., Princeps iure exigit tributa ſubditis, ſed non ſubditi a Principe. Pater iure caſt gat liberos, ſed non liberi patrem. Sed hoc inte ligendum eſt de præſtatione mutua generis eiusde iure enim ſubditus exigit, ut a Principe defendatu & iuribus communitatis ſinatur frui. *Ideo enim tributa præſtatis*; inquit Apoſtolus, (2) nempe ob aſ duam curam, quam Principes rei publicæ impendu Et quemadmodum liberis præceptum eſt: *Filii ob dite parentibus veſtris in Domino*; ſic viciſſim pare tibus: *& vos patres nolite ad iracundiam provoca filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & corr ptione domini.* (3) Dein ex iure æquatorio aliqua do oritur ius cogendi inter ſocios reciprocum; in i re autem rectorio ceſſat ius coactivum ex parte ſu iecti adverſus ſuperiorem.

(1) Syſtem. Iuris Publ. univerſ. C. I. §. V.

(2) Rom. XIII. 6.

(3) Epheſ. VI. 1. 4.

§. CLXX

§. CLXXI.

In ſocietate inæquali variæ eiusdem formæ ſpe-
ndæ ſunt tum pro fine ſocietati præfixo, tum pro
ndamentalibus legibus, ſecundum quas ſocietas
nſtituta eſt. Iura ſuperioris vel imperantis ex
dem fine, atque iisdem legibus menſuram capiunt.
eque hæ leges obtentu boni publici conculcari
bent; nihil eſt enim, quod magis exigat com-
une ac publicum bonum, quam ut pactorum fun-
mentalium, quibus & voluntas ſociorum, & ſo-
tas nititur, ſancta ſit fides & inviolabilis. Iis iu-
bus imperantis obligationem ſubditorum reſpon-
re perſpicuum eſt; ipſo enim ingreſſu in eiusmo-
ſocietatem abdicarunt partem libertatis, in ſuum
ique, non imperantis commodum; ac ſi ad tem-
us quoddam imperio ſeſe ſubiiciunt, libertatem
am *ſuſpendere*, ſi pro omni tempore, eam *aliena-*
cenſentur. Quemadmodum leges fundamentales,
ı iura imperantis, quæ plures veluti partes conti-
nt, magnopere variari poſſunt; unde multiplex
nperii diviſio enaſcitur.

(*a*) Imperium *plenum* dicitur, quod nulla parte iurium vel poteſtatis diminutum eſt; ſecus minus plenum.

(*b*) *Limitatum*, quod iura quidem continet, ſed quoad exercitium & uſum iurium ex pactis adiectitiis reſtrictum eſt; ſecus *abſolutum*, quando ex ſolo fine & natura ſocietatis pendet. Pacta eiusmodi adiectitia nuncupantur *limites pactitii*; quorum poſſibilitas moralis in dubium vocari non poteſt; quia paciſcens vel promittens non plus iuris in acceptantem transfert, quam

quam transferre ſe velle declaravit. Quapropter imperans non plus iuris acquirit, quam in ipſum translatum eſt. Neque vero neceſſitas boni communis obtendi poteſt; quia id non quovis gradu, ſed eo duntaxat quem leges fundamentales determinant, vel permittunt, procurandum vel obtinendum eſt. Siquis recte expendit, quæ a quibusdam Scriptoribus de bono publico, de neceſſitate mediorum ad finem, de natura ſocietatis inæqualis ac imperii civili diſſeruntur cito intelliget, ea ad ſubvertendas omnes leges fundamentales, & turbandos omnes limites pactitios, hoc eſt, ad tollendam omnem fidem tendere. (1)

(*c*) Admiſſa vi legum fundamentalium & poſſibilitate limitis pactitii intelligitur fieri poſſe, ut præter imperium plenum & abſolutum detur aliud neque plenum neque abſolutum, vel plenum, non item abſolutum aut abſolutum, non item plenum.

(*d*) Imperium *deſpoticum* eſt, quod in omnes actiones permiſſas, ac res ſubditorum competit; ſecus temperatum. Nihilominus etiam deſpoticum imperium, ius non præbet de vita & ſubſtantia ſubditorum pro arbitrio diſponendi. Differt igitur a dominio. Ius illud, quod in temperato imperio ſuperiori vel imperanti competit, cum detrimento ſociorum particularium procurandi ſalutem publicam, vel bonum maioris partis, *imperium, vel dominium eminens* vocari ſolet. (2)

(*e*) Siqua ſocietas nulli alteri eiusdem generis ſubordinatur, ac ſibimet ſufficit conſequendo fini, *perfecta* dicitur; ſecus imperfecta. Societas eiusmodi perfecta ſummo imperio prædita per excellentiam *ſtatus* nuncupatur.

(1) *Fere fit, ut nimis generatim de fine imperii eiusque iuribus, non conſiderato gradu, nec ordine finium, nec limitibus pactitiis diſſeratur.* Philibertus Obernetter in Inſt. P. L. C. II. §. 66. ait: „*Iuribus imperii cuiuscunque duo attributa conveniunt, quæ præcipuam conſiderationem merentur. Inprimis enim iura illa, cum notione ipſius imperii „continentur, nullo modo ſeparari ab eo poſſunt. - - Dein „de eadem iura ex fine ſocietatis, utpote propter quam imperium eſt, menſuram capiunt, hoc eſt, tanta ſunt, qua*

„exigit finis ſocietatis, cuius eſt imperium." Cum generali *„c theſi certe non cohærent, quæ deinceps* §. 68 *in hac ſententiam ſcribit: „Imperium ſocietatis dividitur „abſolutum, quod a ſolo fine ſocietatis: & limitatum, „quod ab aliis præterea conditionibus iurium ſuorum menſu- „ram capit: in plenum, quod omnia: & minus plenum, quod „qua tantum imperii iura complectitur."*

(2) Cel. Riegger *in Syſtemate Iurisprudentiæ natural. ſeu univerſalis* C. III. §. 6. *diſſenſionem Auctorum de vocibus dominii alti, & imperii eminentis commemorat, atque ita ſubdit: „Per me appellare licet hoc civitatum ius imperium vel dominium altum & eminens. Verborum ſonus me non terret, modo illi, qui vel imperio vel dominio eminente uti ſunt, ſibi perſuaſum habeant, uti habere debent, nec uni nec alteri locum eſſe, niſi boni communis cauſa, id eſt, in caſu neceſſitatis (non tamen extremæ tantum; quo caſu respublica uteretur iure privatorum) vel evidentis utilitatis. „in hoc ſenſu veriſſimum eſt, quod apud Senecam* de Be- *„nef.* l. VII. c. 4. *legitur: ad reges poteſtatem omnium „pertinere, ad ſingulos proprietatem. Poteſtas autem illa „eminens porrigitur ad perſonas & bona ſubditorum; qua „ſublata civitatem ſalvam eſſe non poſſe, nemo eſt, qui non „intelligat."*

CAPUT II.

Societas coniugalis.

ARGUMENTUM.

§. *CLXXII. Matrimonii notio. CLXXIII. Neceſſitas. CLXXIV. indiſſolubilitas. CLXXV. eſt ſocietas ſuo modo inæqualis. CLXXVI. unius cum una, de Polygamia. CLXXVII. Societas ducti tia. CLXXVIII. Subſtantialia contractus matrimonialis. quid natura dirimat matrimonium? CLXXIX. an conſanguinitas & affinitas. CLXXX. Iura & obligationes coniugum. CLXXXI. Luxuria repugnat iuri naturæ. CLXXXII. via ad matrimonium ſunt ſponſalia.*

§. CLXXII.

Matrimonium eſt coniunctio perſonarum habiliu[m] diverſi ſexus procreandæ & educandæ ſobolis cau[ſa] inita. Ea coniunctio tum pro *actu* ſumi poteſt, qu[o] ſponſi ſibi fidem dant mutuo, quam poſcit hæc ſo[-] cietas, & quo ſibi mutuo tradunt ius in corpo[ra] ad actus ex ſe aptos ad generationem prolis, v[el] pro vinculo, aut *ſtatu* permanente. (1) Quæ de n[a-] tura & proprietatibus huius coniunctionis, atq[ue] officiis coniugum tractantur, maxime ex fine eiu[ſ-] dem pendent:

(*a*) Finis, quem natura per ipſam hominis eſſentia[m] atque inſitos ſtimulos declarat, eſt conſervatio [&] propagatio humani generis; quod proxime obtin[e-] tur procreatione atque educatione prolis. Neque eni[m] ſatis eſt, ſi humani fœtus effundantur, niſi iidem conſerventur, alantur, informentur, ne miſera [&] inutilia ſint terræ pondera, aut humanæ ſocietati pla[ne] noxia. Educationis neceſſitatem, ac laborem pat[ri] facit ipſa procreatio humani fœtus & longa imbecill[i-] tas teneræ ætatis, atque indigentia alienæ opis, [&] tenerrimus parentum amor in liberos, & liberorum [in] parentes.

(*b*) Alter eſt finis communicatio mutui ſolatii, ſubſid[ii-] que; ex quo etiam concupiſcentiæ remedium prov[e-] nit; remedium, inquam, non incitamentum. quaſi [non] ſpectaſſet natura, aut ratio permitteret, ut homin[es] pecudum more proruant potius ad concubitum, qua[m] connubium ineant; quod *honorabile in omnibus*, [&] in quo *thorus immaculatus* eſſe debet. (2)

(1) §. CLXVI. nota 3.

(2) Hebr. XIII. 4. *Propter fornicationem, inquit ap[o-] ſtolus* I. Cor. VII. 2. ſeq. *unusquisque ſuam uxorem habea[t,] & unaquæque ſuum virum habeat. Nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi:* [&] *iteru[m]*

rum revertimini in id ipſum, ne tentet vos ſatanas propter ontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundum indulgenm, non ſecundum imperium. Dico autem, non nuptis & luis: bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego. odſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, am uri. Hanc doctrinam præ oculis habuit S. Thomas in diſt. 26. q. 2. a. 2. & 3. *Sic enim ait: „Matrimonium ſtitutum fuit in officium naturæ in ſtatu innocentiæ: deinde li in ſtatu naturæ corruptæ additum fuit, ut eſſet in remedium: & tandem in lege nova a Chriſto inſtitutum fuit ſacramentum." De pravo animo contrahentium matrimoum, memorabile extat exemplum* Tob. VI. a v. 14. *ubi gelus ita inquit: „Qui coniugium ita ſuſcipiunt, ut Deum ſe & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, cut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: habet poſtatem dæmonium ſuper eos." De mutuo coniugum ſola-, ſubſidioque vid.* Gen. II. 7. Tob. VII. 8. 9. Prov. VIII. 22. & XXXI. 11. ſeq. Eccli. VII. 21. XXVI. 1. 2. 16. ſeq. XXXVI. 26. 27.

§. CLXXIII.

Neceſſitas matrimonii pro conſervando huma- genere univerſos afficit, non ſingulos; eſt enim præceptum affirmativum, quod non corporis ntaxat, ſed etiam animi vires perfectionesque, in facultates pro educanda ſobole poſcit, itemque iis finibus præſtantioribus a natura propoſitis, & mano generi æque, imo magis utilibus ſuppleri teſt a multis, quin in tanto libidinum æſtu, quo itur pars maxima, ſolitudinis periculum ſit, aut neri debeat, ne deficiat humanum genus.

(*a*) Obiectant illud Gen. I. 28. *creſcite & multiplicamini*; atque ita obiectant, quaſi nullum aliud noſſent Dei mandatum; certe quidem perinde, ac ſi penitus ignorarent divini magiſtri conſilia de iis, qui caſtraverunt ſe ipſos propter regnum Dei (1), aut quæ in laudem virginitatis a doctore Gentium promulgata

 ſunt.

ſunt. (2) Verba quidem geneſeos non mandatum, ſed benedictionis donum exprimunt. Nam quinto creationis die etiam de piſcibus & avibus v. 22. prolata ſunt; aut certe quidem, ſi illis tum temporibus vim præcepti habuere, id exſpiraſſe cenſendum eſt, ſatis iam impleta conditione: multiplicamini, & replete terram.

(*b*) Addunt: neminem ſe debere communi oneri ſubtrahere, quod in eo eſt, ut deficiens identidem mortalium genus reparetur: quaſi ab omnibus etiam agriculturæ & officiis danda ſit opera, nec diverſi hominibus fines, diverſaque media, queis alter alteri prodeſſet, a natura propoſiti ſint; uti in exercitu contingit; non enim omnes gladiis decertant; alii certantibus imperant, alii ſigna deferunt, alii caſtra cuſtodiunt. *Unusquisque*, inquit Paulus, & experientia manifeſta oſtendit, *proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius vero ſic.* (3) Conſervationi humani generis, uti per alternatam quodammodo maſculi & fœminæ procreationem, ſic per diverſitatem indolis, ingenii, facultatum, aliorumque adiunctorum conſuluit providentia ſummi Dei.

(1) Matth. XIX. 12.

(2) I. Cor. VII.

(3) ibid. v. 7.

§. CLXXIV.

Matrimonium an natura ſua *indiſſolubile* ſit, non levis eſt diſputatio; de qua ſic videtur pronunciandum:

(*a*) In ſtatu adventitio religionis fit diſcrimen inter matrimonium *legitimum*, quod ſecundum leges naturales ac forte civiles contrahitur ab iis, qui ſacramento fidei ſeu baptiſmo carent: inter *ratum*, quod nunc[...] patur inter fideles, id eſt, baptizatos, antequam pe[r] actum ad generationem prolis habilem conſummetur denique inter hoc ipſum *conſummatum*. Legitimum etiam conſummatum caſu quodam ſolvi poſſe, conſta[t] iur

iure divino poſitivo (1); ſimiliter & ratum. (2) Conſummatum inter fideles nulla humana poteſtate, nulla coniugum voluntate, derelictione, perfidia &c. ſolvi poſſe ſecundum ius divinum, pariter exploratum eſt. (3)

(*a*) Ius iſtuc divinum, quo univerſum obſtringitur hominum genus, etſi poſitivum dicatur, perquam conforme eſſe naturæ matrimonii, eiusque fini, itidem perſpicuum eſt. Liquet enim, id ordinatum eſſe non modo ad gignendam, ſed etiam alendam atque educandam prolem; id obtineri non poteſt per temporariam corporum & animorum coniunctionem, ſed poſcit longiorem durationem ſocietatis coniugalis ex obligatione naturali continuandæ, ne res tanti momenti arbitrio & mutabilitati voluntatis humanæ relinquatur. Dein cum iſta ſocietas accedente præſertim educationis longo & ancipiti labore maximis moleſtiis ac tædiis ſubiecta ſit; cito langueſceret mutuus amor, pacis & concordiæ ſtudium, atque educationis ſolertia, niſi eandem ſocietatem fore perpetuam noſſent coniuges. Etſi aliæ ſocietates, quæ arbitrariæ atque ab hominibus adinventæ ſunt, mutuo ſociorum conſenſu diſſolvi queant; at coniugii ſocietas ab ipſa natura eſt inſtituta, quæ non hominum voluntate, ſed naturali pariter cauſa ceu per mortem unius coniugis diſſolvi debet; quemadmodum nec relatio ac nexus inter parentes ac liberos ullo iſtorum conſenſu diſſolvi poteſt. Si vinculum matrimonii ſolvi hominum voluntate poteſt, nihil a vaga libidine differet matrimonium; quod enim ſemel licuit, iterum licebit, ac etiam lubebit; cum ipſo tempore amor tepeſcat, novarumque nuptiarum cupiditas ſuccedat. Siquo caſu ſingulari ipſis coniugibus, aut etiam publicæ rei commoda accideret ſolutio, aut potius ſolubilitas vinculi coniugalis, id cogitari neceſſe eſt, non quid extra ordinem aut deſperatis rebus prodeſſe poteſt, ſed quod communi rerum hominumque conditioni ac ſtatui conſentaneum eſt, a natura præſcribi, ordinarique. Hæ rationes, quantæcunque ſint, quæ certe leves minime ſunt, pluribus verbis explicari ac defendi non debent; cum in præſenti ſtatu omnem diſſolutionem matrimonii inter coniuges fideles conſummati prohibeat divinum ius, cui ſubtrahere ſe nemo hominum poteſt.

 (1)

(1) c. quanto. 7. de divortiis. I. Cor. VII. 15.

(2) Concil. Trid. Seſſ. 24. can. 6. *de eiusdem matrimonii rati diſſolutione per pontificiam diſpenſationem conſtans plurium ſæculorum praxis abunde teſtatur; cum ius divinum prohibens diſſolutionem aperte reſpiciat matrimonium conſummatum: „Iam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo „Deus coniunxit, homo non ſeparet.“* Matth. XIX. 6.

(3) Conc. Trid. loc. cit. can. 5. & 7. vid. Tournely q. 5 de matrim. a. 2. contra Launoium, qui aſſerere auſus eſt, canonem 7. cit. *non doctrinam ſpectare, ſed diſciplinam* Conferatur Pallavicin. Hiſt. Conc. Trid. l. XXII. C IV. n. 27. ſeq. adde I. Cor. VII. 10. & 27.

§. CLXXV.

Ad naturam ſocietatis coniugalis perveſtigandam atque explicandam pertinet quæſtio, æqualis ea ſocietas, an inæqualis ſit? ita, ut ſpectato naturali iure marito imperium quoddam competat in uxorem de qua re ſic videtur ſtatuendum:

(*a*) Pactum, quo coniugium initur, utrinque eſt oneroſum, & translativum iuris in corpus ad actus generationi aptos. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet ſed vir; ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* (1) *Uxori vir debitum reddat ſimiliter autem & uxor viro.* (2) Hactenus igitur iura & obligationes utrinque æquales ſunt.

(*b*) In ſocietate inæquali dyarchia, ſive imperium duorum repugnat, & in ſocietate duorum æquali negotia per ſuffragia definiri non poſſunt; quando igitur communia negotia dirigenda, graviſſimaque officia ceu in educatione liberorum explenda ſunt, neceſſarium eſt, ut uni competat imperium, vel certe prærogativa determinandi media ac vias, ad regendam familiam neceſſarias.

(*c*) Inde facile patet, id imperium vel hanc prærogativam eſſe penes virum, utpote vi naturæ firmiorem prudentiorem, & cui plus oneris in alenda familia ip

ipſa natura cenſetur impoſitum. *Caput mulieris vir* (3); *non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum.* (4) Quæ quidem ratio ex creatione hominis eiusque fine petita certe naturalis, non ſolius poſitivi iuris propria eſt. (5) Eadem doctrina pluribus locis ſacri codicis extat; (6) ſed nihil memorabilius edicto Aſſueri, quod diverſis linguis & literis in omne provinciarum imperium promulgatum, eumque in finem divulgatum eſt, ut cunctæ uxores tam maiorum, quam minorum honorem deferre maritis ſuis diſcerent. Summa edicti hæc fuit: *eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis.* (7) Ex quo etiam ſenſus populorum palam fit. Sed ultra, quam oportet, progreſſi ſunt mores, ac leges quarundam gentium, ius adeo vitæ ac necis in uxores concedentium maritis. (8)

(*d*) Imperium iſtuc mariti minime *deſpoticum* eſt, quo is ſuum præciſe in commodum diſponat: neque *ſervile*, quod herus in ſervum exerit: neque *politicum*, quale eſt principis in ſubditos, ſed temperatius, ac familiæ proprium, fundatum in amore mutuo, mutuisque ſtudiis rei communi domeſticæ conſulendi. Non enim ſervam ſeu ancillam, ſed vitæ ſociam, & *adiutorium* habet maritus, cui *quaſi infirmiori vaſculo impartiri honorem* debeat, quemadmodum Princeps apoſtolorum docuit. (9)

(1) I. Cor. VII. 4.

(2) ibid. v. 3.

(3) I. Cor. XI. 3.

(4) ibid. v. 9. 10.

(5) *Quando* Gen. III. 16. *mulier in pœnam peccati ſui ſubiicitur viro, inferri nequit, eam ſubiectionem ſolo iure poſitivo inductam fuiſſe. Nam eodem loco in numero pœnarum recenſentur non nulla, quæ ſpectata ſolius naturæ conditione nulla præcedente culpa erant eventura. Enimvero ſerpens, cui Deus dixit: ſuper pectus tuum gradieris & terram comedes, etſi illa tentatio abfuiſſet, pedibus ad ingreſſum cariturus erat, & eodem, quo nunc, alimento victurus. Spinæ quoque ac tribuli non defuiſſent. Nempe fieri poteſt, ut*

ut quod naturale eſt, pœna & probrum fiat, quando ſententia iudicis & culpa peccantis præceſſit. Camelus ferendo oneri, bos arationi natura ſua idonei ſunt: at ſi Conditor ſimilem ob cauſam decreviſſet: camele, tu onerarius eris; bos, tu arabis; illi ſuum onus, huic aratrum probro foret. Ligna cædere, & aquam comportare ad uſum domus domini, opus eſt religioſum; idem tamen Gabaonitis ob admiſſam fraudem a Ioſua iniunctum eſt.

(6) Epheſ. V. 22. ſeq. Col. III. 18. I. Timoth. II. 9. ſeq. I. Cor. XIV. 34. 35. III. Reg. I. 17. Gen. XVIII. 12. Eccli. XXV. 30. ad quem locum maxime pertinet doctrina apoſtoli I. Tim. II. 12.

(7) Eſth. I. a. v. 10. ad fin. cap.

(8) Iulius Cæſar de bello Gall. l. VI. Gellius L. X. c. 23. Tacit. Annal. l. XIII. c. 32.

(9) I. Petr. III. 7.

§. CLXXVI.

Societas coniugalis, ſi inter duas duntaxat perſonas diverſi ſexus initur, *Monogamia* vocatur, ſi inter plures eodem tempore, *Polygamia*: ſi progreſſu temporis vir aliam atque aliam uxorem priore extincta, vel uxor alium atque alium virum defuncto priore ducit, *bigamia* voce hybrida nuncupatur, quæ proin aliud non eſt, niſi ſucceſſiva iteratio matrimonii. Polygamia, de qua in præſenti agitur, aut eſt *Polygynia*, ſeu Polygynœcia, ſi vir plures ſimul uxores habet: aut *Polyandria* ſeu Polyviria, ſi una mulier plures viros ſimul. De his, quid natura ſtatuat, his comprehendi capitibus poteſt:

(*a*) *Polyandria* indubitato repugnat naturali iuri; nam & primario fini matrimonii obeſt, qui eſt procreatio atque

atque educatio prolis. Mulier enim pluribus iuncta rarius ſuſcipit prolem, nec niſi ex uno ſuſcipere poteſt; reliquæ igitur coniunctiones nullo fine honeſtæ fiunt: accedit, quod incertus reddatur pater, & naturalis ad prolem alendam atque educandum amor ac ſtimulus hebetetur, vel tollatur; prout in ſcortatione ac vaga libidine contingit. Secundarius matrimonii finis in mutuis ſolatiis ac ſubſidiis, rectaque familiæ gubernatione conſiſtit; hæc vero plura capita in eadem ſocietate non admittit, nec ſalvo ordine, amore, ac pace admittere poteſt.

(*b*) *Polygynia* primævæ inſtitutioni matrimonii, & præſenti divino iuri, per quod ea reducta eſt, pariter repugnat. (1) Quid igitur in tanta rerum tractandarum mole ac varietate diſputare attinet de eo, quid, ſi Conditor naturæ nihil præſcripſiſſet, natura ipſa concederet; cum effici non poſſit, ut nihil ſtatuerit, aut non ligetur quisquam hominum ea lege, quam ſtatuit? Illud extra controverſiam eſt, divinam legem, quæ polygyniam vetat, & rectæ rationi & finibus matrimonii perquam conſentaneam eſſe; cuius theſeos deductionem paucis verbis indicabimus.

(*c*) Naturæ mentis humanæ repugnat, ſolius voluptatis carnalis cauſa vel inire matrimonium, vel inito uti. Si ſpectata hominum conditione, uti ea communiter ac vulgo eſt, polygynia alium finem non habet, niſi ſenſuum ac carnis voluptatem, ea communiter ac generatim lege naturali prohibita cenſeri debet. At vero alium finem non habet; aut quem illum? dico: non *generationem prolis*; qui enim pluribus uxoribus ſe præbent, viri naturæ vires ac vigorem ita fere atterunt, ut aut nullas ſuſcipiant, aut debiles proles; ex quo generatim unam uni ſufficere exiſtimandum eſt; cum ex ſingularibus caſibus univerſe decidi nihil queat, & aliquando unus nec uni ſatisfacere queat. (2) *Non mutuum ſolatium* ſocietatis coniugalis; id enim diminui, ac ſæpe tolli ob invidiam & malitiam uxorum, & ratio palam facit, & experientia. Polygami ſingulari Dei conceſſu fuere Abrahamus, Iacobus, Elcana; at quis æmulationes, diſſidia & rixas Saræ & Agaris, Liæ & Rachelis, Annæ & Phenennæ ignorat? nec iſta fortuita ſunt, ſed ſpectata

 ta

— ta mulierum, ac virorum conditione ſtatuque vere propria & quaſi intrinſeca polygyniæ cenſeri debent. (3) Denique nec *remedium concupiſcentiæ*; cui blandimenta æmulantium mulierum non remedium, ſed fomitem miniſtrant. Unde factum, ut Conditor rerum eo etiam tempore, quo propagatio humani generis maxime neceſſaria erat, tamen unam duntaxat coniugem primo parenti, eique *adiutorium*, non adiutoria ſe præbiturum dixerit; eoquod plures oneri potius, quam ſubſidio futuræ erant. Addit ſacer codex utriusque teſtamenti ſingulari locutione: *adhærebit uxori ſuæ*, non uxoribus: *erunt duo* (non plures) *in carne una*. (4) Auctores quidam polygyniam ex alio præterea capite impugnant, nempe ex inæqualitate contractus coniugalis, quam eadem induceret. Uxor enim ſe viro totam obſtringeret, ut ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed vir; contra vir aut nullo modo, aut tantum parte quadam; atqui natura contractus matrimonialis poſcit, ut nec vir ſui corporis poteſtatem habeat, ſed uxor; quemadmodum Doctor gentium tradit. (5) Nec vitium ſanare videtur conſenſus mulierum, uti nec conſenſus mutuatarii iniquitatem uſurarum purgat. Hæ quidem rationes eiusmodi ſunt, ut absque ſingulari Conditoris conceſſu, in cuius dominio ſunt iura omnia, nullo caſu polygynia licita videatur. (6) Quodſi res ipſa extra controverſiam non videatur poſita, id infirmitati mentis noſtræ adſcribendum puto. Sæpe enim contingit, ut ſi naturam rerum, rationisque dictata intueamur collecto animo, atque intenta mentis acie; quid iisdem conveniat, quid repugnet, non obſcure, nec dubitanter cognoſcamus; in explicandis tamen apteque connectendis notionibus noſtris magnopere laboremus, hæreamusque.

(1) Conc. Trid. Seſſ. XXIV. de Matrim. can. 2.

(2) *Exemplo eſt Salomon, qui cum ſeptingentas uxores, & trecentas pellices aleret, unum ex illis filium, duasque filias ſuſcepit.* III. Reg. XI. 3.

(3) *Divinus quidem Magiſter de ſtatu coniugali ita diſſeruit, ut diſcipuli dicerent: „Si ita eſt cauſa hominis cum „uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: non omnes ca-*

„piun

iunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Matth. XIX. 10. 1. *Quodſi nec unam ducere expedit; quomodo plures? quotquæque non iracunda, non rixoſa, & ſi pulchra, non im fatua? atqui hæc ſunt effata divini ſpiritus: „Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulcra & fatua.* Prov. XI. 2. *Tecta igitur perſtillantia, litigioſa mulier* ibid XIX. 3. *Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi.* ibid. XXI. 9. Idemque isdem verbis repetitur, & inculcatur, Prov. XXV. 24. *Melius eſt habitare in terra deſerta, quam cum muliere rixoſa & iracunda.* ibid. v. 19. *Non eſt caput nequius ſuper caput colubri; & non eſt ira ſuper iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. -- Ingemuit vir eius, & ſuſpiravit modicum. Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris.*" Eccli. XXV. v. 23. 25. 26.

(4) Gen. II. 24. Matth. XIX. 5.

(5) I. Cor. VII. 4.

(6) „*Nulli unquam licuit,* inquit Innocentius III. c. gaudemus. 8. de divortiis) *plures ſimul uxores habere, niſi cui fuit divina revelatione conceſſum. Unde ſicut Iacob a mendacio, Iſraelitæ a furto; ſic Patriarchæ, aliique viri iuſti, qui plures leguntur ſimul habuiſſe uxores, ab adulterio excuſantur.*"

§. CLXXVII.

Etſi in officium naturæ ſit inſtitutum matrimonium; tamen proxime oritur a pacto, quod binæ perſonæ diverſi ſexus ineunt ad fines ſupra expoſitos. Eſt igitur ſocietas coniugalis *pactitia*, eaque omnia continet, quæ pactis generatim & communiter conveniunt. Si pactum quodvis, quod ſpeciale nomen ſortitur, *contractus* nomine veniat, ſequitur, ut matrimonium contractibus annumerari debeat; quo modo nominatim denotatur in Iure ſacro.

cro. (1) Cum alii quidam aliter ſentiant, eorun rationes breviter indicandæ ſunt:

(*a*) Contractus, inquiunt, circa ea duntaxat verſantur quæ in commercio hominum ſunt, atque ad patri monium ſpectant; idque ex legibus Romanis com probant; (2) atqui corpora & officia coniugum i commercio hominum non ſunt, nec pecuniis æſti mantur; ſed ſolas perſonas afficiunt. R. Duplici mo do in commercio hominum eſſe quidpiam poteſt *Primo*, quando id æſtimatur pecunia vel alia re ge neris diverſi; *ſecundo*, quando facta comparation unius iuris vel officii cum alio generis eiusdem d mutua præſtatione vel iuris translatione convenitur ac tum iura invicem translata ſibi mutuo merces ſunt idque contingit in contractu matrimonii. Provocant a §. 19. I. de inut. ſtip. ubi negatur, unum alteri ſtipu lari poſſe, cum illius non interſit; at quid inde conficie Imo vero noſtra intereſſe poteſt iis etiam in rebus, qu in patrimonio non ſunt. Sic & iura ſacra & ſpir tualia, quæ pecuniis æſtimari nequaquam poſſunt multis caſibus transferuntur mutuo, ac permutantu Stipulationes non ea tantum attingunt, quæ locuple tiores nos reddunt; nam a priſcis etiam ſponſalia pe ſtipulationes fuere inita. (3)

(*b*) Dicitur quidem vulgo matrimonium *contrahi*; ſed o id contractus vocari nequit; quia & delictum, mo bus, macula, amicitia &c. contrahuntur, quin pro pterea in numero contractuum ſint. R. Non ex ve bo *contraho*, quod latius ſumitur, ſed ex notion contractus, quæ eſt conventio ſpeciali nomine inſ gnita, matrimonium eſſe verum contractum efficimu

(*c*) Quam ergo, quærunt, actionem ſui nominis produ cat matrimonium? vocetur per me de ſponſalibus, acti ex ſponſo, de matrimonio, actio ex nuptiis. Cauſ matrimoniales in foro ſacro agitari ſolent, in qu ſubtilitates actionum parum attenduntur. (4). Si in co dice Romano non extat actionis nomen; ideone nul la erit? atqui communi Doctorum conſenſu eſt quæ dam actio perſonalis emphyteuticaria; quæ tamen i illo codice non extat.

(1

(1) c. tua nos. 26. de ſponſal.
(2) §. alteri. 19. Inſt. de inutil. ſtipulat.
(3) Gellius l. IV. c. 4. l. 2. D. de ſponſal.
(4) c. dilecti. 6. de Iudic.

§. CLXXVIII.

Cum matrimonium ſit ſocietas pactitia, eaque ...nia contineat, quæ pactis generatim & communi... conveniunt, cumque etiam contractibus annu...rari queat; facile intelligitur, in eodem quædam ...ſſe ſubſtantialia, ad eius vim ac valorem neceſſa..., tum ſpectata generica ratione pacti, tum ſpeci... eius natura. (1) Igitur, ut validum contraha... matrimonium, requiritur conſenſus, ac ne quid ...it, quod conſenſum tollit, qualis eſt error; dein ... contrahentium, apta materia. Ex his deducun... ea, quæ vocantur impedimenta dirimentia iuris ...uræ; quæque ſpeciatim evolvenda ſunt.

(1) Conſenſus perſonalis ad matrimonii valorem tam neceſſarius eſt, ut nullo dominio eminente hominum ſuppleri poſſit, quod circa alia contractuum genera aliquando contingit. (2) Neque enim in inviti & reluctantis corpus iura matrimonialia cuiquam concedi poſſunt, neque corpora humana eodem, quo cetera civium bona, modo reipublicæ ſubiecta ſunt. Unde illud etiam extra dubium eſt, conſenſum internum dato ſpeciali mandato, nec revocato per procuratorem alteri contrahenti parti exhiberi, adeoque uti alia pacta, fœdera, contractus; ſic & matrimonium per procuratorem iniri poſſe.

(2) Conſenſus locum non habet, quando *ratio deficit*, uti cum ea furore, ebrietate, ſomno ſopita eſt, aut per ætatem nondum illuxit. Igitur defectus rationis iure naturæ matrimonium dirimit.

(c)

(*c*) Error in contractu matrimonii contingit, quando contrahenti alia *numero*, vel quoad individuum perſona obtruditur, ac is in animo vel intentione ſua habet; aut ſi reipſa non ſubſiſtit *qualitas* perſonæ cui contrahens intentionem & conſenſum ſuum expreſſe alligat, & a qua nec in ipſo actuali contractu recedit.

(*d*) *Metus ac vis* nulli alteri contractui æque repugnat, ac matrimoniali, qui in amore, ac propenſione voluntatis maxime fundatur. Huc igitur inprimis ſpectant quæ de nullitate actus vi ac metu extorti diſputata ſunt. (3) Ad vim pertinet *raptus*, quando perſona, quæ rapta fuit, iſtiusmodi vim, qua actus dirimitur, paſſa eſt, neque ea ceſſante libere poſtmodum conſenſit.

(*e*) Ex defectu aptæ materiæ matrimonium naturaliter dirimit *impotentia* ad actus coniugales generationi prolis inſervientes, ſi ea ſit antecedens ac perpetua, ut ordinariis mediis tolli non poſſit, quacunque ex cauſa provenerit; nec intereſt, ea impotentia abſoluta ſit, an reſpectiva.

(*f*) Si matrimonium vel natura ſua eſt ſocietas unius cum una tantum, vel ſi eam formam ex divina lege accepit, intelligitur, ligamen, ut vocant, eſſe impedimentum dirimens, quod nulla humana poteſtate relaxari poſſit.

(*g*) Subſtantiæ matrimonii conſiderata eius ſpecifica ratione obeſſe poſſunt conditiones adiectæ, quæ repugnant generationi atque educationi prolis, aut fidei coniugali, aut vinculi inſolubilitati; per quas conditiones nullus & irritus fit hic contractus. Matrimonium ſub expreſſa conditione perpetuæ caſtitatis virginalis initum non habere rationem veri matrimonii ex eadem cauſa opinantur multi.

(*h*) Inter perſonas conſanguineas, ſi contrahere velint, locum habere conſenſum liberum, aptamque contractus materiam, dubium non eſt; utrum vero & quatenus natura dederit ius & facultatem moralem, deinceps diſpiciendum eſt.

(1

(1) §. CXXIX. & §. CXXXVI.

(2) *Contigit, ut per vim nonnemo puellam ſtupraret, i ata dein fuga dilapſus: iniuriam paſſa declaravit, ſe ad trimonium cum ſtupratore ineundum paratam eſſe, diſſen- tibus præfracte eius parentibus, ipſoque reo, ut dixi, f a dilapſo. In iudicio dein quodam pronunciatum eſt, llam coniugem fugitivi ex officio declarandam, atque in us bona immittendam eſſe. Quod quidem ad immiſſionem in a ſpectat, potuit ea etiam invito reo fieri, ac debuit ad randam graviſſimam iniuriam; at quod nullo acce- te ſtupratoris conſenſu, imo ipſo etiam repugnante puel- x officio uxor declarari potuerit; quis iſtuc intelliget, aut uando admittet?*

(3) §. LVIII.

§. CLXXIX.

De coniugiis conſanguineorum & affinium, u- m naturali iure conceſſa, valideque inita, an con- , cenſeri debeant, quadruplex videtur gradus con- erandus; gradus primus in linea recta aſcenden- m & deſcendentium: dein gradus remotiores in lem recta linea; poſtmodum gradus collateralis pri- s, denique primus affinitatis gradus.

1) De primo conſanguinitatis gradu lineæ rectæ perquam conſentiens Eruditorum, gentiumque cultarum & opinio & uſus habetur, iſtiusmodi coniunctiones inter patrem & filiam, matrem & filium omnino nefandas, & ab honeſtate ac lege naturali alieniſſimas eſſe; repugnant enim reverentiæ & honoris ſenſui, quem inter haſce perſonas ipſa natura ingeneravit; neque cum officiis educationis prolium, domeſticæ gubernationis, & familiaris ſocietatis conciliari poſſunt ob ipſam iurium & obligationum naturalium perturbationem, quæ inter parentes ac liberos, dein coniuges inter, demum inter fratres ac ſorores aliæ atque aliæ ab ipſa natura conſtitutæ ſunt. Quid enim? ſi pater filiam ducat, atque ex illa ſuſcipiat filium? erit hic matris ſuæ

ſuæ & frater, utpote ab eodem patre genitus, & f-lius utpote ſuſceptus ex ſorore. Quid? ſi defuncto p-tre, eodem hic iure uſus ducat matrem; erit hæc eade ſoror, mater, uxor. (1) Similiter ratiocinare de co-iugio inter matrem & filium, ſuſceptamque filiam. E-nimvero relationes, nexus, aut reſpectus, qui ab ip natura proveniunt, non modo diverſi inter ſe, ſed p-ne adverſi, ac pugnantes ſunt. Familiaritas enim co-iugalis elidit auctoritatem patris, ac reverentiam ſu-iectionemque filiæ in primo: elideret eminentiam m-tris, ac ſubiectionem filii in altero caſu. Poteſ Patris ac matris in liberos non poteſt non en-vari, quando eadem exercenda eſt a fratribus ac ſ-roribus. Quæ quidem ita abhorrent a ſana ratione honeſtate naturæ, ut ex iſtiusmodi coniunctionib nihil progigni poſſe, niſi monſtra, videantur. (2)

(*b*) Similiter videtur de gradu quovis remotiore eiusd lineæ rectæ differendum; quantum enim per contin-tam generationum ſeriem de propinquitate & comm-nione ſanguinis videtur diminui, aut detrahi, t-tumdem reverentiæ ac honoris aſcendentibus deb ex auctoritate & honore propagatæ ſtirpis videtur -creſcere, ut iura ac officia naturæ magis etiam abn-mi confuſioni ac perturbationi ſubiicerentur; fac eni avum ducere proneptem, evadet hæc quidem, q ordine naturali generationum inferior eſt patre & a-vi coniugii iisdem ſuperior; quæque reverentiam e ſubiectionem iisdem debet, eandem ab illis exiget.

(*c*) Inter collaterales primi gradus, nempe fratres ac -rores conceſſa per ſeſe a natura eſſe coniugia, perm-ti cenſent, præſertim cum ea maxime ratione pri hominum propagatio ſic diſponente Conditore rer facta ſit. At enim, quos ipſa ſolitudo, & velut c-ſa publica humani generis coniunxerat, hi uſi i quodam neceſſitatis exemplo eſſe non poſſunt ſin tentandi. Certe nuptias inter fratres ac ſorores i natura videtur abhorrere; ſecus continuus convict frequenti offendiculo eſſet. Si dira neceſſitas eſ humanæ carnis indulget; rectene inferes, eum qu-tidianum eſſe cibum poſſe? cum deinde ſorores fratres eundem ſanguinem hauſerint, eandemque a -rentibus deducant originem, fit, ut alter in altero i-

gin

ginem parentum, & paternæ auctoritatis velut radios quosdam cernat, quæ vi naturæ ſancta, & veneranda eſſe debet.

(*d*) Matrimonia inter affines primi gradus in recta linea, ceu inter vitricum & privignam, novercam & privignum, ſocerum & nurum, ſocrum & generum, ipſa quoque, ſi neceſſitas nulla extorqueat, magnopere indecora ſunt, & a ſenſu ac moribus cultarum gentium aliena. Neque tamen plane repugnant naturali legi; cum iſtiusmodi perſonæ rationem parentum ac liberorum reipſa non habeant, nec ſine fictione quadam habere cenſeantur. (3)

(1) Pufendorf. de I. N. & G. l. VI. c. I. n. 32. *commemo-at vetus epitaphium, quo illa coniunctionum fæditas, & iu-ium perturbatio exprimitur: Herſilus hic iaceo; mecum Ma-ulla quieſcit, quæ ſoror & genitrix, quæ mihi ſponſa fuit. era negas, frontemque trahis; ænigmata ſphyngis credis? unt pythio vera magis tripode. Me pater e nata genuit; mi-i iungitur illa; ſic ſoror & coniux, ſic fuit illa parens.*

(2) *Futilem ac ſtultam rationem deteſtandæ libidini ſuæ rætenderunt filiæ Lot.* (Gen. XIX. 31.) *Nunquid enim, uia ſublatas quatuor urbes viderunt, univerſus terrarum rbis perierat? nonne oppidum Segor, incolis plenum ante culos erat? ſed quælibet cauſa ſufficit voluptatem quærenti-us, teterrimo inceſtu emendam.* ita Weitenauerus in hunc ocum.

(3) Apoſtolus obiurgans Corinthium inceſtuoſum I. Cor. ʹ. loquitur de caſu, *quo quis uxorem patris viventis, id ſt, novercam ſuam iungere ſibi tentabat.* Sic enim ait: II. 'or. VII. 12. *Igitur etſi ſcripſi vobis non propter eum, ui fecit iniuriam, nec propter eum, qui paſſus eſt, ſed ad anifeſtandam ſolicitudinem meam. Ex quibus verbis pa-ri viventi irrogatam fuiſſe iniuriam, haud obſcure colligitur.*

§. CLXXX.

Ex pacto coniugali oritur ſtatus permanens, eique dhærentia iura, ac obligationes, tum communes utri-

que coniugi, tum viri, aut uxoris propriæ. Is ſt-tus perdifficilis eſt; nam, ut Apoſtolus inquit, *t-bulationem carnis habebunt huiuſmodi*; (1) tamen -rendus & conſervandus eſt ex vi & natura ipſ s ſtatus, ac finium eidem præfixorum; naturæ enn præceptum eſt: *alligatus es uxori; noli quærere ſo-tionem;* at conſilium eſt: *ſolutus es ab uxore? li quærere uxorem.* (2) *Unusquisque, in qua vocatione -catus eſt, in ea permaneat.* (3) Difficultati mitigandæ i-vinus Legislator gratiam Sacramenti addidit; unde triplex vulgo iſtius ſtatus bonum ſtatuitur, Fides, Proles, Sacramentum. (4)

(*a*) Communia officia utriusque coniugis ſunt fides -temerata, conſtans amor, mutuum obſequium. -de tranquillitas, concordia, ac beatitas quædam co-iugum, atque utriusque fortunæ ſocietas efflore't. *In tribus placitum eſt ſpiritui meo*, inquit divina -pientia, *quæ ſunt probata coram Deo & homini: concordia fratrum, & amor proximorum, & vi & mulier bene ſibi conſentientes.* (5) *Amicus & ſodal in tempore convenientes; & ſuper utrosque, mulier m viro.* (6)

(*b*) Peculiaria mariti officia ſunt, uxorem diligere, nutre, regere, defendere, eamque ad finem ſocietatis co-u-galis non tanquam ancillam, ſed ut ſociam dirigere. Idem graviora negotia ac munia obit, per quæ ne-ceſſitati, incolumitati, honori ac ſplendori domus -ſulitur. (7) De domicilio item decernit, quod quiam uxor, niſi ſpecialia pacta vel adiuncta obſtent, ſqui tenetur conſenſu omnium, cum ipſa viciſſim uſu -tium de ſtatu & dignitate mariti participet; nam ut Iuſtinianus ait, *uxores coruſcant radiis maritorum* (8). In numero officiorum mariti ſine dubio eſt circum-ſpectio, ac diligens cautio, ne blanditiis uxoris a tra-mite virtutis, obligatione arcani, ac conſtantia ab-duci ſeſe patiatur. (9)

c)

(c) Uxoris officia ſunt curare, ut animum mariti ſibi devinctum teneat, otium fugiat, domeſtica negotia curet; cuius rei exemplum ſacer Codex in muliere forti propoſuit. (10)

(1) I. Cor. VII. 28.

(2) ibid. v. 27.

(3) ibid. v. 20.

(4) S. Auguſtinus l. IX de Gen. C. 7. „*Bonum*, inquit, „*quod habent nuptiæ, tripartitum eſt; fides, proles, ſacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole, ut amanter ſuſcipiatur, benigne nutriatur, religioſe educetur; in ſacramento, ut coniugium non ſeparetur; ut dimiſſus aut dimiſſa ne cauſa quidem prolis alteri coniungatur.*“ His adiungenda eſt doctrina ſacroſancti Concilii Trident. Seſſ. XXIV de ſacram. Matrim. „*Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem unitatem confirmaret, coniugesque ſanctificaret, ipſe Chriſtus venerabilium Sacramentorum Inſtitutor atque Perfector ſua nobis paſſione promeruit.*“

(5) Eccli. XXV. 1. 2.

(6) ibid. XL. 23.

(7) „*Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ.*“ Prov. XXXI. 23.

(8) Nov. 105. c. 2.

(9) *Triſtia perverſionis ac ſeductionis exempla prodit ſacer Codex.* III. Reg. XI. 4. „*Cum iam eſſet ſenex Salomon) depravatum eſt cor eius per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos.*“ III. Reg. XXI. 25 „*Non fuit alter talis ſicut Achab, qui venumdatus eſt, ut faceret malum in conſpectu Domini: concitavit enim eum Iezabel uxor ſua.*“ II. Paralip. XXI. 6. de Ioramo rege Iudæ: „*Ambulavit in viis regum Iſrael, ſicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat uxor eius.*“ *Solicite maritos monet Propheta Michæas* VII. 5. *ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.*

(10) Prov. XXXI. a. v. 10. Adde doctrinam 1. Petr. III. 1. ſeq. & I. Tim. II. 9. ſeq.

§. CLXXXI.

Ad hunc pertinet locum multiplex libidinis, im puræque voluptatis genus, quo, repugnante natu ra, ac naturali iure homines ſeſe commaculant iſtiusmodi ſunt

(*a*) *Mollities* tum completa, tum inchoata ſeu *venerea d lectatio*, quæ animum intelligentem, atque ad conten plandam & amandam infinitam pulcritudinem, v ritatem, bonitatem conditum, enorme quantum d format, ac turpificat. Argumento ſunt triſtiſſimi e fectus, quos libido nunquam non gignit, etſi du naturæ adverſatur, gignere humanam prolem ha poſſit. Ecce quantæ in homine laſcivo tenebræ cœcitas mentis, quanta inconſideratio, præcipitant inconſtantia; quanta in appetitu perverſitas amoris e ga ſe, quantum ſummi boni tædium, quanta adh ſio ad res caducas, quantus horror ac deſperatio futuris rebus atque æternis! qui turpitudinem non v dent, quia cœci ſunt; at aures præbeant divinis el quiis; Apoſtolus *immunditias*, *paſſionis ignominia*, *corporum contumelias* vocat: in pœnam nefandæ id lolatriæ ea permiſſa docet: *mercedem*, ait de laſciv quam oportuit erroris *ſui*, *in ſemetipſis percipientes*. (*Qui talia agunt*, inquit enumerans delicta carnis, gnum *Dei non conſequentur*. (2) *Neque fornicar neque idolis ſervientes*, *neque adulteri*, *neque molle neque maſculorum concubitores* - - *regnum Dei poſſi bunt*. (3) *Foris canes & venefici*, *& impudici*. (4)

(*b*) *Scortatio ac vaga libido*. In beſtiis quidem appetit concupiſcentiæ admodum effrenis eſt, nec fere ei uſus cum delectu fit loci ac temporis. At homi rationem impertita eſt natura, qua appetitum reg ac moderetur, eique finem ac modum præfigat, ſalva honeſtate ſeu conditione naturæ intelligen conſervationi humanæ ſpeciei conſulat, cuius in vidua celeri morte dilabuntur. Uti ergo vi ratio locus ac tempus, ſic multo etiam magis obiectum ligi ac determinari debet; quia generatio atque ec catio prolis diuturnam parentum ſocietatem, mutu

ce

que officia exigunt. In ſcortatione promiſcuus uſus nec amicitiam, quæ in coniunctione maris ac fœminæ ſumma eſſe debet, radices agere ſinit, idemque generationi prolis, ac multo etiam magis educationi obſtat. *Quis amare liberos tanquam ſuos poterit*, inquit Lactantius (5) *cum ſuos eſſe aut ignoret, aut dubitet? quis honorem tanquam patri deferet; cum, unde natus ſit, neſciat? ex quo ſit, ut non tantum alienum pro patre habeat, ſed etiam patrem pro alieno.*

(*c*) Si fornicatio, cuius fœditatem vocabulo *temporarii matrimonii* occultare volunt, iure naturæ vetita haud eſt, locum habebit libido vaga; quod enim extra vinculum ſocietatis coniugalis cum una permiſſum eſt; æque erit permiſſum cum alia, aliaque. Ex quo neceſſario incertus ſit prolium pater, periculoſa generatio, dubia aut nulla educatio. Concubinatus eo etiam ex capite naturæ repugnat, quod graviſſima officia educandæ prolis non mutabilitati humanæ voluntatis relinqui, ſed neceſſitati atque obligationi, quæ ex ſtatu coniugali oritur, ſubiici debeant. (6)

(*d*) De adulterio, beſtialitate, Sodomia, inceſtu, ſtupro non eſt, cur ſingillatim hoc loco diſſeramus. (7)

(1) Rom. I. *quo loco S. Paulus de peccatis gentium agit, quæ ſola naturali, non ſcripta lege regebantur.*

(2) Gal. V. 2.

(3) I. Cor. VI. 9. 10.

(4) Apocal. XXII. 15. *Huc referendæ ſunt theſes ab Innocentio P. XI. confixæ, ceu Prop. 49. mollities iure naturæ prohibita non eſt. Unde ſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpe eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali. Prop. 9. Opus coniugii ob ſolam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa ac defectu veniali. Prop. 40. damnata ab Alexandro P. VII. eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale, oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.*

(5) Lact. divin. inſtit. l. III. c. 20.

(6) Adde prop. 48. ab Innoc. P. XI. confixam: *Tam clarum videtur, fornicationem ſecundum ſe, nullam involvere malitiam, & ſolum eſſe malam, quia interdicta; ut contrarium omnino rationi diſſonum videatur.*

(7) Prop. 24. ab Alex. VII. proſcripta: *Mollities, Sodomia & beſtialitas ſunt peccata eiusdem ſpeciei infimae; ideoque ſufficit, dicere in confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem* Adde c. XIX. Geneſ. *de pluvia ignea ſuper quinque civitates impuriſſimas a Deo demiſſa*; de qua Salvianus l. de Gubernat. Dei, *ſuper impium populum*, inquit, *gehennam miſit e coelo.* Effigiem adulterae vid. Prov. VII. a v. & IX. a v. 13. Huc pertinet Prop. 50. inter damnatas ab Innocentio P. XI.

§. CLXXXII.

Cognitio diſtincta matrimonii ideam ingerit *ſponſalium de futuro*; (1) quae aliud non ſunt, niſi promiſſio mutua futuri matrimonii; ita videlicet, ut pars utraque & promittat alteri matrimonium, & alterius promiſſionem acceptet. Qui *repromittit*, hoc eſt, promittenti viciſſim promittit, eo ipſo acceptare alterius promiſſum, actumque ſponſalitium complere cenſetur. At qui factam promiſſionem acceptat, nec tamen repromittit, non tam complere vera ſponſalia, quam ſpatium deliberandi ſibi petere ac reſervare cenſetur. De natura & effectibus ſponſalium ex iis, quae generatim de pactis ac promiſſionibus dicta ſunt, ſequentia velut corollaria dimanant.

(*a*) Mutua promiſſio vel conventio, maxime utrinque onerosa, obligationem naturalem parit ex iuſtitia, ſive ius perfectum utrique promittenti confert; eaque obligatio utpote attingens grave negotium, pariter gravis pro foro interno cenſetur. (2) Siquis expreſſe id agi-

et, ut leviter obligari ſe velle declararet, vera ſponſalia haud iniret.

(*b*) Quævis obligatio per ſe firmari poteſt adiecta pœna, arrha, iureiurando; proin & in ſponſalibus idem per ſe obtinet. (3)

(*c*) Ad valorem conventionis opus eſt, 1. conſenſu; 2. iure ſeu facultate morali: 3. apta materia; ſiquas inter perſonas matrimonium nequit conſiſtere, aut licite iniri; deficit materia ſponſalium, eaque nulla ſunt. Non enim obligatio concipi poteſt faciendi id, quod licite fieri non poteſt. Ex defectu iuris nulla ſunt, quæ gravi & iniuſto metu extorquentur; cum præſertim ſponſalia ac matrimonium in amore, propenſioneque voluntatis conſiſtant, cui vis ac metus plurimum opponitur. Ne defectu conſenſus nulla ſint ſponſalia, abeſſe debet error perſonæ, dolus dans cauſam contractui, fictio, atque id, quo uſus rationis tollitur, ſumme neceſſarius ad negotium momenti ſummi.

(*d*) Uti aliis conventionibus, ita & ſponſalibus adiici poteſt *conditio* honeſta de futuro contingente, per quam obligatio usque ad eiusdem eventum ſuſpenditur; conditio turpis actum iure naturali nullum efficit, qui nec impleta conditione convaleſcit. Præterea addi poteſt *modus*, inducens ſingularem obligationem ad ſubeundum quoddam gravamen non inhoneſtum: item *dies*, a quo ſponſalia efficaciter obligare incipiant, vel quo adveniente, ſi interea ſecutum non ſit matrimonium, obligatio finiatur.

(*e*) Quemadmodum aliis promiſſionibus, ſic multo etiam magis ſponſalibus inſunt ex natura negotii conditiones, quas exprimi neceſſe non eſt, ceu quod mutuo conſenſu diſſolvi queant, etſi iurata ſint: quod alligata cenſeantur *rebus ſic ſtantibus*, ac notabiliter non mutatis: proin quod nec ſuperveniat, nec etiam præceſſerit cauſa antea ignorata talis, quæ cognita retraxiſſet a promiſſione: ſi etiam pars altera fidem ſervet, ſuoque iuri nec aperte nec tacite renunciet. (4)

(*f*) Denique ſicut aliæ pactiones, ſic & ſponſalia iniri poſſunt per procuratorem. Speciale tamen mandatum exigit gravitas negotii.

A a 4 (1)

(1) *Quia verbis & loquendi modis ſegreganda ſun quæ differunt re ipſa & natura, & effectibus; idcirco re ɛte alia ſponſalia de futuro dicuntur, alia de præſent aliud matrimonium, intelligendo illud, de quo ſcriptum e* erunt duo in carne una; *&*: iam non ſunt duo, ſed u caro; quod ergo Deus coniunxit, homo non ſepar. Matth. XIX. 5. 6.

(2) *A ſponſalitia promiſſione per leges Romanas in pune licet recedere, invita etiam altera parte, adhibita re nunciationis formula*: conditione tua non utor. l. 1. C. ſponſal. l. 2. in fin. C. de repudiis. l. 2. §. 2. D. de divorti. *Sed hisce legibus usque ad noſtra tempora adverſari cre batur æquitas naturalis; certe adverſatur æquitas canoni quæ ante Iuſtinianas leges in Germania obtinuit. Cum en ſponſalia ineantur ſtipulatione mutua, obligant plane ex i ſtitia, & quidem ſub culpa gravi; cum negotium ſit mag momenti, gravisque iniuria inferatur parti repudiatæ. L bertas quidem, quam Romanæ leges in contrahendis matr moniis integram conſervari volunt, in omnibus contra bus requiritur: nihilominus etiam ex principiis legum ci lium contractus initio ſunt voluntatis, poſtea neceſſitatis.* l. C. de O. & A. l. 17. § 3. D. commodat. *Neque lædi cen tur libertas per vincula, quæ quis ſponte ſibi iniecit, n ſine cauſa, quæ futuras nuptias præſenti obligatione firm ri poſcit, etſi ſtatim executioni dari non poſſit ſine præv diſpoſitionibus; quæ nec fieri tuto poſſent, ſi nulla e ſponſalium obligatio ac firmitas.*

(3) *Pœnam ſponſalibus adiicere itidem prohibent leg Romanæ* l. 5. C. de ſponſal. *eaque lex prohibens a SS. C nonibus manifeſte approbata eſt.* c. Gemma. 29. de ſponſ.

(4) *Si poſt ſponſalia ſupervenit nova cauſa, quæ matr monium redderet notabiliter moleſtius, aut a principio ex ſtens impediiſſet, ſponſalia contrahi: pars una etiam inv ta altera reſilire poteſt; quia hoc certe in negotio, quod a mutuum amorem, & perpetuam ſocietatem ordinatur, pr aliis contractuum & negotiorum generibus valere debet rat qua nemo promittens ultra intentionem ſuam ſeſe obliga velle creditur.*

CAPUT III.
Societas Parentalis.

ARGUMENTUM.

§. CLXXXIII. Notio & indoles ſocietatis parentalis, CLXXXIV. origo ac fundamentum poteſtatis parentalis. CLXXXV. Eiusdem poteſtatis obiecta, & menſura. CLXXXVI. Ea poteſtas inſpectoria, rectoria & executoria eſt. CLXXXVII. mutua liberorum in parentes officia.

§. CLXXXIII.

Ut ſocietatis, quæ inter parentes, ac liberos eſt, natura perſpiciatur, tria potiſſimum conſiderari debere puto. Primum eſt *nativa imbecillitas humani fœtus* longe maior, magisque diuturna, ac in generibus beſtiarum quibuscunque obſervatur. Poſita natura hominis ſimul iura connata conſervationis, perfectionisque ponuntur: ea iura humana proles longo tempore exercere per ſe ipſam nequit: ni per alium exerceantur, proles intereant neceſſe eſt, unaque humanum genus cito deficiat. Id repugnat finibus naturæ, & conſiliis Creatoris; ergo per naturam, vel naturæ potius Creatorem proviſum fuiſſe exiſtimandum eſt, ut proles editæ conſerventur, atque ad perfectionem homini convenientem paulatim adducantur aliorum hominum opera, ac labore; quorum vero? nempe parentum. Alterum eſt *pactum coniugale*, quod per ſeſe ac primario non ad oblectamenta ſenſuum ac carnis, ac voluptates

cum beſtiis communes, ſed ad generandam edu candamque prolem deſtinatur. Qui ergo id pactun ineunt, eo ipſo obligationem ſuſcipiunt, proles ſi quæ editæ ſunt, conſervandi, alendi, educand Hæc parentum obligatio, proveniens ex pacto & ſtatu coniugali, hypothetica, ſimul tamen perfect eſt, utpote reſpondens iuribus connatis proliun Poſtremo *ſtimuli naturæ* in conſiderationem venir debent, per quos educationis laborem natura urget longisque ac gravibus moleſtiis teneri amoris, hon ſtæque voluptatis delicias aſperſit, ita, ut parentibu prolem, proli parentes commendare nunquam ceſſ natura tanquam communis parens ac nutrix. *Etia in beſtiis*, inquit Tullius (1) *vis naturæ inſpici poteſ quarum in fœtu educationis laborem cum cernamus, n turæ ipſius vocem audire videmur.* Hinc fit, ut p rentum ac liberorum quaſi vita communis ſit, n ſe illi magnopere mori horreant, modo ſuperſtit poſt ſe liberos relinquant. (2) Hinc nulla, qua liberorum iactura gravior; (3) hinc tenera matru inprimis erga infelices proles commiſeratio: (4) hi anxia parentum ſolicitudo, nequid abſenti pr infauſti accidat: (5) hinc eorundem ſolers ſt dium, liberorum fortunam promovendi: (6) hi denique non modo bonorum (7) ſed & hono atque exiſtimationis (8) inter parentes ac liber communio ab ipſa natura videtur conſtituta. I his inferes:

(*a*) Societas parentalis complectitur, primo ſocietatem educantium inter ſe, nempe parentum, atque eorum, qui loco parentum ſunt: dein ſocietatem educantium atque educandorum; ipſi educandi, nempe liberi ſingularem ſocietatem non faciunt, quippe ſubiecti communi educantium poteſtati.

(*b*) Eſt ergo parentalis ſocietas coniunctio plurium perſonarum, quæ per ipſam naturam educationis cauſa ſociatæ ſunt. Etſi enim coniuges pacto inter ſe primum coniungantur; tamen liberos in ſocietate parentum ipſa natura conſtituit, eum nempe in finem, ut iura connata prolium per parentes primo exerceantur.

(*c*) Ad finem educationis atque ipſius ſocietatis parentalis parentes non modo generali naturæ obligatione adſtricti, ſed etiam iuribus tanquam mediis inſtructi a natura fuerunt; ſecus enim finis per naturam intentus obtineri haud poſſet; complexum eorum iurium, quibus parentes ad finem educationis inſtructi ſunt, appellatur *poteſtas parentalis* vel *poteſtas patria*, cui reſpondent liberorum obligationes, quamprimum per ætatem rationis, atque obligationis ſubeundæ capaces ſunt.

(*d*) Quemadmodum imbecillitas humanæ prolis valde generalis eſt, eodemque tempore vitam, incolumitatem, membra, totumque corpus, dein animum quoque & animi facultates, denique ſtatum externum afficit; ſic educatio, & poteſtas parentalis ad hæc omnia tum conſervanda, tum excolenda & perficienda extenditur.

(1) l. III. de finib.

(2) Eccli. XXX. 4. & ſeq. „*Mortuus eſt pater eius, „& quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit poſt ſe. In „vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt „contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis; reliquit enim „defenſorem domus contra inimicos.*" Cicero l. II. de Natur. Deor. c. 29. *putat, parentes illos, qui totos dies precabantur, & immolabant, ut ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſos primum fuiſſe appellatos; indeque nomen, ſuperſtitionis, ait, latius patuiſſe.*

(3)

(3) *Iacturam fortunarum, bonorumque diverſorum t. citus exceperat Iob; ſed liberorum calamitate nunciata, ſurrexit & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruit in terram*, Iob. I. 20.

(4) Ex hac naturæ cognitione iudicium Salomonicum proceſſit III. Reg. III. 25. adpoſite Eccli. XXX. 7. *pro animabus filiorum (pater) colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius.*

(5) Gen. XLIV. 30. Tob. V. 23. ſeq.

(6) Matth. XX. 20.

(7) II. Cor. XII. 14. Luc. XV. 31. *Fili - omnia mea tua ſunt.* Conf. §. CXXII.

(8) Eccli. XXII. 3. *Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato.* ibid. III. 12. 13. *Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, eius confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore.*

§. CLXXXIV.

Amplitudo poteſtatis parentalis non modo ex fine, ſed etiam origine metienda eſt. De hac vero diverſæ auctorum ſententiæ prodierunt:

(*a*) Hobbes poteſtatem parentum in prolem repetit a iure victoriæ & occupatione; at enim homines non, uti res nullius, occupantur, neque dominio cuiusquam poſſunt ſubiici, ut eidem ius in ſubſtantiam, perinde ac in beſtias competat.

(*b*) Alii eam poteſtatem ex divina conceſſione derivant; at hæc conceſſio, quatenus parentes afficit, ipſa poteſtas eſt parentalis. Nempe quæritur, quæ ſit in natura rerum hominisque, vel certe quidem in natura ſocietatis parentalis ratio ſufficiens, ex qua de conceſſione divina conſtet.

(*c*) Sola generatio non videtur ſufficiens eius poteſtatis fundamentum, etſi remote, & parte quadam illius ratio cenſeri debeat. Parum obnoxii parentibus liberi eſſet,

eſſent, ſi poſteaquam in lucem editi ſunt, aut ſibimet ſolis, aut aliorum commiſerationi relinquerentur.

(*d*) Nonnulli *pactum* ſtatuerunt pro eius poteſtatis origine, idque *expreſſum* ex parte parentum, *tacitum ac præſumtum* relate ad liberos. Sed is conſenſus liberorum, qui tamen requiritur ad quodvis pactum, fictitius eſt, nec omnino neceſſarius. Nam etiam inviti & diſſentientes liberi parentibus ſubiacent; neque de læſa naturali libertate ob id conqueri poſſunt; cum tota parentum poteſtas ad liberorum commodum, ac ſalutem pertineat.

(*e*) Fundamentum igitur parentalis poteſtatis ex fine & natura ſocietatis inter parentes ac liberos derivandum eſt; quæ ſocietas, ſicut proxime ab ipſa natura conſtituta eſt; ita nec ſine, nec mediis ad finem obtinendum neceſſariis carere poteſt. Quemadmodum vero ſocietas parentalis, eiusque finis, nempe educatio prolis ex generatione oritur; ſic generatio cauſa remota poteſtatis parentalis cenſeri poteſt.

(*f*) Obligatio educandi proles utrumque parentem, nempe & patrem & matrem afficit; igitur poteſtas parentalis ad educationem neceſſaria tanquam medium ad finem, pariter penes utrumque parentem eſt. Exercitium huius poteſtatis & modus regiminis ad alterutrum ſpectat pro natura actus & negotii ad educationem pertinentis. Fieri poteſt, ut uſu & moribus regionis, aut pacto quædam determinationes fiant. Præcipuæ partes ſine dubio marito adiudicandæ ſunt, præſertim in caſu colliſionis; cum idem ſpectata etiam ſola coniugali ſocietate prærogativam præ uxore habeat. (1)

(1) *Poteſtas patria primum, & antiquiſſimum, idemque anctiſſimum imperii genus eſt, quo liberi parentum iuſſa, mo & nutus venerari, eorumque præ ſe præcellentiam agnoſcere ac profiteri tenentur. Iure Romano poteſtas patria ſoli patri tribuitur;* ut patet ex titulis Inſtit. & Cod. de patria poteſtate, ac in Digeſt. de his, *qui ſui vel alieni iuris ſunt. Mater quidem in procreatione prolis difficili munere fungitur, utpote cui infans ante partum oneroſus eſt, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus,* uti habet c. ex literis 2. de converſione infidelium; *tamen id, excepta reverentia, & obje-*

obſequio matri debito poteſtatem patriam non efficit, cui m⟨a⟩iores a iure civili effectus attributi ſunt, quam qui in fæmin⟨ei⟩ ſexus imbecillitatem caderent. Apud Romanos fœminæ n⟨on⟩ ſolum ſub poteſtate maritorum, ſed etiam propter ſexus ⟨i⟩nfirmitatem, rerumque forenſium ignorantiam in perpetu⟨a⟩ tutela fuerunt. Idcirco incivile videbatur, iſtiusmodi perſ⟨o⟩nas, quæ alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis ege⟨re⟩ noſcebantur, & ab aliis regebantur, poteſtatem & imperiu⟨m⟩ in liberos exercere. Accedit, quod filius non matris, ſ⟨ed⟩ patris familiam ſequatur, quemadmodum traditur cit. c. *Quoniam vero mater cuiusvis prolis non poteſt non eſſe cert⟨a,⟩ pater vero non raro incertus ſit; quo caſu, ut iura aiun⟨t,⟩ nihil differt inter hæc duo: non apparere patrem, & n⟨on⟩ eſſe omnino; idcirco naturæ & rationi conſentaneum eſt, u⟨t,⟩ ſi ſoboles extra matrimonium ſuſcepta ſit, partus ſequat⟨ur⟩ ventrem, niſi lex ſpecialis vel conſuetudo aliud induxeri⟨t.⟩* l. lex naturæ. 24. D. de ſtatu hominum.

§. CLXXXV.

Inveſtigata origine patriæ poteſtatis, eiusq⟨ue⟩ velut menſura generatim definita, ad particular⟨ia⟩ deſcendendum eſt. Ad educationem rectamque in⟨-⟩ formationem ea pertinet, quanta quanta eſt; qu⟨i⟩ vi naturæ per ſe ipſos exercere nequeunt iura, obli⟨-⟩ gationesque conſervandi ſeſe, & perficiendi; idcir⟨co⟩ iſtuc exercitium parentibus a natura impoſitum e⟨ſt.⟩ Unde perſpicuum eſt, quod creſcente paulatim li⟨-⟩ berorum ætate parentum poteſtas minuatur, & li⟨-⟩ bertatis naturalis iura in liberis velut explicare ſeſe, atque exerere incipiant. Quo non obſtante obli⟨-⟩ gatio reverentiæ, obſequii, mutuique ſubſidii, quod parentibus debent liberi, ſemper aut ſalva atque in⟨-⟩ tegra manere, aut potius creſcere, magisque urgens cenſenda eſt, ut, dum progrediente liberorum ætate pare⟨-⟩

parentum ætas ingraveſcere, atque in ſenium aut pueritiam recidere, maximisque infirmitatibus ſuccumbere incipit, tum liberi velut mutatis vicibus inſtar parentum parentes ſuos alant, patienter, atque adeo reverenter eos ferant, atque ultimæ ætatis moleſtias omni amoris, atque officiorum genere demulceant. Atque hoc eſt, quod humanitatis ſenſui, rationique penitus conſentaneum luculente nos docent ſacræ literæ: *Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius; & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernat eum in virtute tua: eleemoſyna enim patris non erit in oblivione.* (1) *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviſcaris. Memento, quoniam niſi per illos natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodo & illi tibi.* (2) *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo.* (3) Sed liberorum officia mox infra enumerabimus; nunc ſequentia deduci poſſe arbitror:

(*a*) Parentum poteſtas in liberors velut ſubſidiaria eſt, atque ad ſupplendam impotentiam & imbecillitatem teneræ ætatis per naturam inſtituta; idcirco recte ætatis paulatim creſcentis gradus diſtinguuntur. *Naturaliter impuberes* vocantur, qui per ætatem nec de alimentis ſibimet proſpicere, neque ſuas ipſi actiones ad vitæ conſervationem, perfectionem, ac beatitatem regere ſatis poſſunt: *naturaliter minores*, qui quidem ſe, actionesque ſuas regere, non tamen providere ſibi de alimentis, vel bona ſua ac res curare, recteque adminiſtrare norunt. Qui vero, ut ſuo iudicio utrumque agant, ſatis idonei ſunt, cenſentur *naturaliter maiorennes*; eoque tempore liberi velut naturaliter *emancipantur*, ſeu e parentali poteſtate dimittuntur. (4)

(*b*)

(*b*) Ad conſervandam vitam prolium, incolumitatem, ac valetudinem prima ac maxima parentum cura pertinet tum, cum eædem rationis uſum needum adepti ſunt. Huic officio maxime repugnat procuratio abortus, eliſio fœtuum ex materno utero, liberorum abiectio, ſuffocatio &c. quo loco inquiri ſolet in obligationem matrum, lac ſuum præbendi infantibus ſuis.

(*c*) Sequitur obligatio informandi mentes teneras, imbuendique cognitionibus ad vitæ conſervationem et honeſtatem neceſſariis; quo ipſi liberi deinceps ſibimet conſulere, vitamque recte agere perdiſcant. Hæc informatio eo maioris momenti eſt, quo tenacius mentibus teneris inhærent notiones prima ætate acceptæ, quibus fere ratio morum, omnisque vitæ deinceps ducendæ conformatur. (5) Ex his principiis iura & obligationes magiſtrorum, aliorumque docendæ ſunt, in quos ſæpe exercitium quoddam patriæ poteſtatis transfertur. Quamvis enim ea poteſtas, quæ parte quadam in generatione prolis fundatur, *ſpecialiſſima*, ut aiunt, cenſeri, ac genitoribus unice inhærere videatur; tamen male conſultum liberorum educationi a natura fuiſſet, niſi illius poteſtatis exercitium, graviſſimumque munus educandæ teneræ ætatis in alios transferri, qui ea re loco parentum ſint, approbante natura poſſet; cum ipſi parentes nunc certi morte abripiantur, nunc duro labore atque egeſtate detineantur, nunc peritia quoque & facultate, ut etiam voluntate ac probitate deſtituantur ad informandam teneram ætatem neceſſaria.

(*d*) Electio certi ſtatus, vitæque generis, cum locum non habeat, niſi antea ratio & conſilium habuerit locum, a iudicio cuiusque & voluntate pendet, itaque in negotio tanquam momenti graviſſimi, liberi a parentibus docendi, conſilio & opera iuvandi ſunt, cogendi non ſunt. Quo pertinent, quæ de conſenſu parentum in nuptias liberorum diſputari ſolent. Illud certum eſt, in iis, quæ divini aut naturalis iuris propria ſunt, quæque ſalutem ac religionem attingunt, non ita parentali poteſtate conſtringi poſſe liberos a parentibus, ut a præceptis vel conſiliis divinæ religionis diſcedere in parentum gratiam teneantur. (6)

(*e*) Quoniam bona fortunæ ad conſervationem perfectionemque vitæ ſuo modo neceſſaria ſunt, ac liberorum iura, quoad ipſi per ætatem poſſint, parentes exercent, ipſi ſuo iudicio, atque acceptatione, quæ ad acquirendum dominium neceſſaria eſt, liberorum conſenſum videntur ſupplere poſſe, ac debere. Quod ipſa ætas tenera ſuo labore acquirit, perexiguum eſt fere, nec ad educationis ſumtus ſufficiens. Ipſa acquirendi facultas parentibus in acceptis ferenda eſt. Idcirco æquum eſſe ducunt auctores quidam, ut parentes iſtiusmodi bona, liberorum induſtria aut felici eventu parta tanquam primos educationis fructus deguſtent. Siquid donatione, vel teſtamento &c. liberis obtigit, par æquitas poſtulat, ut uſusfructus iſtiusmodi bonorum parentibus concedatur ad levandas educationis moleſtias. Sunt, qui parentibus ius tribuunt exigendi expenſas in educationem factas; ſed vix ac ne vix quidem evincunt, quod aſſerunt. (7) Illud extra controverſiam eſt poſitum, liberis curandum eſſe, nequid imbecillitati ac ſenio parentum deſit: & viciſſim parentibus, ut relictis poſt mortem bonis liberorum felicitati provideant; contra naturæ ius agent, ſi innocentes liberos, nihilque de ſe male meritos hæreditate excludant.

(*f*) Nullam vero hæreditatem pinguiorem liberis ſuis relinquere parentes poſſunt, quam ſi probitatem, honeſtatem, religionem veram iisdem veiut hæreditariam relinquant; unde facile intelligitur, quantopere ſatagere debeant, eosdem bono exemplo, ac virtutis & honeſtatis ſtudio informare, ac veræ religionis rerumque ad eam pertinentium non ſolam cognitionem, ſed curam & ardorem iisdem a primis annis inſtillare. (8) *Ne iucunderis*, (inquit S. Scriptura) *in filiis impiis, ſi multiplicentur: nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis; ne credas vitæ illorum, & ne reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim unus timens Deum, quam mille filii impii; & utile eſt mori ſine filiis, quam relinquere filios impios.* (9)

(1) Eccli. III. 14. 15.

(2) Ibid. VII. 29. 30.

(3) Tob. IV. 3. 4.

(4) *Leges Romanæ, uti de patria poteſtate in liberos ſic de modo eam ſolvendi multa decernunt, quæ modi cu uſum habent in Germania; in qua fœminæ liberantur patri poteſtate per nuptias: mares autem, quando ſeparatum a pa tre focum habent.*

(5) Prov. XXII. 6. „*Proverbium eſt: adoleſcens iux* „*viam ſuam: etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.*"

(6) Luc. XIV. 26. „*Siquis venit ad me, & non od* „*patrem ſuum, & matrem, & uxorem & filios, & fratr* „*& ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt me eſſe diſcipulus.*" Add. Matth. X. 34. 35. 36. 37. *Unde liberi in iis, quæ ſunt iuris divini, ac naturalis, ſui iuris eſſ, nec contra divinas & ſacras leges a patria poteſtate pende re, Canoniſtarum communis doctrina eſt.* Conf. Conſtit. 2. T. II. Bullarii Benedicti P. XIV. §. 32. & ſeq. Schmal grueber T. I. Conſil. & Reſponſor. Iuris. T. I. Conſil. . q. 3. Add. Pichler Deciſ. LXXVI. q. 2. *An liceat cath licis parentibus mittere filios ad Univerſitates Heterodox rum.*

(7) II. Cor. XII. 14. „*Nec enim debent filii parentib* „*theſaurizare, ſed parentes filiis.*

(8) I. Cor. V. 8. de bono exemplo Centurionis Act. 2. de conſentiente parentum ac liberorum improbitate. I rem. VII. 17. 18. & Eccli. XLI. 8. ſeq.

(9) Eccli. XVI. 1. ſeq.

§. CLXXXVI.

Circa ea, quæ modo recenſuimus obiecta, p teſtas parentalis utitur inſpectione, imperio quodam, executione, ut ea poteſtas quadam analogia ce ſeri poſſit inſpectoria, rectoria, & executoria

(*a*) Inprimis neceſſe eſt, ut parentes vigili oculo obſ vent liberos, præcaveant pravis inclinationibus, c ceant pericula ſeductionis, explorent familiaritat, q is

quas contrahunt, examinent progreſſus, quos in virtutis artiumque ſtudiis faciunt. *Filia patris abſcondita eſt vigilia*, inquit ſacer Codex, (1) *& ſolicitudo eius aufert ſomnum - - ne forte polluatur in virginitate ſua, & in paternis ſuis gravida inveniatur.* Iacob etiam, quid filii abſentes agant, explorari, ſibique renunciari iuſſit. (2)

(*b*) Putant, parentibus vi poteſtatis parentalis ac domeſtici regiminis nullum imperium proprie poſſe tribui. At ſi notio imperii in eo ſita eſt, ut ſit ius aliorum actiones determinandi, dubium non eſt, quin parentes iure determinandi liberorum actiones tum poſitivas tum negativas, & conſequenter imperio in liberos polleant. Neque ob eam cauſam inferendum eſt, ius vitæ & necis parentibus in liberos convenire; cum iſtuc in notione imperii minime involvatur.

(*c*) Executoria parentum poteſtas multa educationis capita complectitur; in iis ſingularem mentionem poſcit poteſtas caſtigandi, fini educationis reſpondens. Is autem finis ius vitæ ac necis minime continet. Eiici e familia poſſunt delinquentes & contumaces liberi, ſi corrigi & emendari nolint; quodſi dein hoſtilem induant animum, repelli poſſunt non paterno, ſed connato defenſionis iure. Non cadit in parentes iſtiusmodi pœnæ vel vindictæ genus, quo vita eripiatur, quam ipſi dederunt, quoque ipſi in ſua viſcera videantur graſſari. *Neque tamen nos* (inquiunt Imperatores Valentinianus & Valens) *in puniendis minorum vitiis poteſtatem in immenſum extendi volumus, ſed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum, & privata animadverſione compeſcat. Quodſi atrocitas facti ius domeſticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni.* (3) Similiter lege V. T. ſancitum eſt: *Si genuerit homo filium contumacem, & protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contemſerit: apprehendent eum, & ducent ad ſeniores civitatis illius, & ad portam iudicii: dicentque ad eos: filius noſter iſte protervus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conviviis. Lapidibus eum obruet populus*

lus civitatis: & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſrael audiens pertimeſcat. (4) Sicut ergo familia valde imperfecta figura civitatis eſt; ipſaque ceu pars ad totum refertur; ſic poteſtas parentalis, tanquam privata, minusque perfecta, nec ſibi univerſe ſufficiens ſubordinatur poteſtati civili, quæ publica eſt, perfecta, atque ad obtinendum finem civitatis & familiarum ſufficiens. Ceterum qui ius gladii negat parentibus, non continuo etiam virgas, aliasque caſtigationes eripit, neque ſi exercere iura regis prohibentur, ob eam cauſam iubentur indulgentiam Heli ſectari; qua de re inſignia extant in ſacris literis documenta. (5) Monitum tamen Apoſtoli etiam in caſtigando meminiſſe parentes debent: *Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione domini.* (6)

(1) Eccli. XLII. 9. 10.

(2) Geneſ. XXXVII. 14.

(3) l. un. C. de emendatione propinquor.

(4) Deut. XXI. a v. 18.

(5) Eccli. XXX. 1. Prov. XIII. 24. & XXII. 15. XXIII 13. 14.

(6) Epheſ. v. 4.

§. CLXXXVII.

Mutua liberorum in parentes officia non obſcure præſcribit, dictatque ipſa natura. Sunt, qui amorem, cultum, atque obſequium parentibus tanquam vitæ & educationis poſt Deum auctoribus debitum, *pietatis* nomine exprimendum putant. Certe omnis boni, quo gaudere quisquam poteſt omnisque perfectionis ac beatitatis veluti baſis ac fundamentum eſt hominis exiſtentia. Hanc nemini poſt Deum, quam parentibus in acceptis fer

iberi debent. Accedunt fere diuturni educationis, c moleſti labores. Quapropter niſi penitus diſſo- uti, ac truculenti ſint liberi, officia ſua in paren- es non modo cognoſcere, ſed & ſentire debent; a autem officia ad amorem, reverentiam atque ob- emperandi ſtudium, denique ad obſequium & gra- iam referendam pertinent. Quæ vero in alios ho- nines commiſſa reprehenſione digna ſunt, ea, ſi in parentes committantur, enorme quantum ingrave- cunt, atque atrociora fiunt. Sacræ literæ graviſſi- nas rationes eorundem officiorum a timore, pro- niſſis ac minis Dei derivant. (1) Ne vitæ ſubſidia parentibus, ſi egeant, quovis obtentu ſubtrahan- ur, ſingillatim docuit divinus Servator. (2)

(1) Epheſ. VI. 1. ſeq.

(2) Matth. XV. a v. 3.

CAPUT IV.

Societas Herilis.

ARGUMENTUM.

§. CLXXXVIII. Origo ſervitutis. CLXXXIX. Modus & quantitas; unde eiusdem diviſiones emergunt. CXC. Notio ſocietatis herilis.

§. CLXXXVIII.

Origo ſervitutis primo indaganda eſt. Natura enim omnes liberos fecit, æquales, alterum ab altero independentes, ſine ullius in alios imperio, prærogativa, præcedentia. (1) Quod enim paren-

 ti-

tibus in liberos imperium natura competere ſupra dictum eſt, id non tam parentum commodo, quam ipſorum liberorum inſtitutum eſt, & exercitium iurium liberis competentium, quod a parentibus fit, non immerito cenſeri poteſt. At quod hero in ſervos competit imperium, id heri ac familiæ commodis atque utilitatibus, non ſervorum per ſe & proxime deſtinatum eſt, & primævo æqualitatis ac libertatis ſtatui adverſatur; proindeque eius imperii ac ſervitutis origo, quæ non una eſt, inveſtigari debet.

(a) Ac primo ſervitus perinde, ut famulatus, qui nostro ævo in uſu eſt maxime, oriri poteſt ex pacto quo quis vel libertati renunciat, aut operas in commodum familiæ ac heri addicit. Cauſa paciſcendi ſæpe *inopia* eſt, quam actu mere benefico ſublevari non recte petit is, qui alimenta vel pecunias danti, vicisſim operas præſtare poteſt. Locum ergo habet contractus permutatorius, ac innominatus inter herum ex una, & ſervum aut famulum ex alia parte: *do*, *ut facias*: *facio*, *ut des*. Altera eſſe cauſa poteſt *debitum*, quod ſi aliter expungi nequit, ius eſt creditori, facta novatione operas pro ſolutione ſibi ſtipulandi; cum & ipſæ valorem habeant, certoque pretio æſtimari queant. Fieri etiam poteſt, ut quis præſtitis operis, receptaque viciſſim mercede, etſi pertus non egeat, tamen ad pinguiorem fortunam tempore quodam aſpiret, aut ob naturalem mentis hebetudinem, vel contemtum humanarum rerum ac latendi ſtudium ſervire ac famulari, quam libertate aut dominatu frui malit; erunt igitur hæ quoque cauſæ ſervilis pacti, ac ſervitutis ſeu famulatus origo quædam remota.

(b) Increbreſcentibus inter homines bellis mos invaluit, vitam relinquendi debellatis, eosque ſervituti mancipandi. Unde mancipia, quaſi manu capti, & ſe-

vi a ſervando dicti ſunt. (2) Sed hoc quoque caſu pactum quoddam inter victorem ac victum intercedere cogitandum eſt; neque omnis bello captus, cuius vitæ parcitum eſt, paciſci cum victore intelligitur; nam, ut ex Hobbeſio notat Pufendorfius, (3) quorundam mors duntaxat differtur, arbitrio victorum, quandocunque placuerit, exigenda; uti Romæ fiebat illis, qui triumpho aut ſpectaculis ſervabantur; & non cuivis ita creditur, ut relinquatur ei tantum libertatis naturalis, quo vel aufugere, vel miniſterium detrectare, vel machinari omnino malum aliquod aut damnum, ſi cupiat, poſſit; nam talis ſervit quidem, ſeu operas præſtat, ſed citra fidem mutuo intervenientem, vinculis tantum naturalibus coercitus, ergaſtulis, compedibus, aut acri cuſtodia, eodem modo, quo bruta nobis ſerviunt. Igitur obligatio ſervi, bello parti, adverſus dominum non naſcitur ex ſimplici vitæ condonatione, aut necis dilatione, ſed ex eo, quod ipſum non incarceratum, aut vinctum teneat; quippe cum iſthæc obligatio, mutua præſtatione conſtans, ex pacto oriatur; in omni autem pacto mutua ſervari fides debeat. Cum beneficio ergo condonatæ vitæ coniuncta eſt fiducia, qua dominus eum in libertate corporali relinquit, ita ut, niſi interveniſſent obligatio & vincula pactitia ſeu moralia, non modo aufugere, ſed & dominum conſervatorem vitæ, vita ſpoliare poſſit, durante utique inter ipſos adhuc ſtatu belli. Ex quo conſequitur, ſervos, qui carceribus, ergaſtulis, aut vinculis coercentur, ab illis, qui pacto cum domino iunguntur, diverſos eſſe; quia ſerviunt illi non pacto, ſed ne vapulent: ideoque ſi aufugerint, aut dominum occiderint, nihil facere contra leges naturales. Nam vinculis ligari corporalibus, ſignum eſt, illum, qui ligat, ſupponere, ligatum nulla obligatione ſeu vinculo morali ſatis teneri. Ita Pufendorf. loc. cit.

(c) Nativitatem inter cauſas originariæ ſervitutis recenſent non pauci; quoniam vernæ, id eſt, proles ex ancillis natæ ad dominum ancillæ naturaliter pertinere videntur. Diſcrimen fieri poteſt inter eos, qui ultro ſe aliis in ſervitutem addicunt; & alios, qui occaſione belli in ſervitutem redacti ſunt. De prioribus, ſi lex aut pactum expreſſum non extat, æqui-

tas & favor libertatis ſuadere videtur, ut prolis deinceps naſciturae alimenta ſub alimentis parentum, quae a domino debentur, contineri intelligantur, eoque nomine proles ſervituti non ſit obnoxia. Ita Puffendorfius. (4) Aliter ſentit de poſteriore genere prolium, quando ſervitus eo usque extenſa fuit, ut non operae tantum, ſed ipſum corpus ſervi ad dominum pertinere intelligeretur. At enim humana corpora non perinde, ut beſtiarum, in dominio hominum ſunt, niſi ratione operarum; nec ipſa proles in dominio patris vel matris eſt; ſiquis parcendo vitae matris, non impedit, quo minus proles naſci poſſit, ob id, cum remote ac negative tantum in nativitatem prolis influat, eius dominium acquirere non intelligitur: proles ipſa neque pacto, neque praecedente laeſione, neque parentum poteſtate, quae eousque non extenditur, ſervituti ſubiecta eſt. Si pro alimentis tempore educationis praeſtitis operae poſſunt exigi, ea tanti non ſunt ut pro omni tempore in ſervitute teneatur. Neque hic locum habet illud: *implantata ſolo cedunt*; cum id, ſi fieri ſeparatio poſſit re integra, ne quidem in implantatione & inaedificatione habeat locum.

(*d*) Nonnulli ex SS. Patribus originem ſervitutis a peccato derivant, eiusque poenam eſſe docent, quae in maledictione Noemi relate ad Chanaan initium ſumpſerit, ſecundum id, quod in Geneſi proditum eſt. *Servus ſervorum erit fratribus ſuis.* (5) Sed peccat generatim, ut omnium miſeriarum, ita ſervitutis cauſa remota & generalis ſunt, ex qua de particulari caſu definiri nil poteſt. Ad Noemi aevum, tum quidem a bellis immune, initium ſervitutis referri non poteſt; neque Noemus in ſervitutem redegit Chanaan ſed eius poſteris praenunciavit. Servitus etiam e bello orta proxime a pacto derivatur, neque ulla coacta ſervitus poteſt intelligi; ergo tum ea, quae tot voluntaria eſt, tum famulatus peccato adſcribi non poteſt.

(*e*) Ariſtotelis ac Graecorum de origine ſervitutis opinio qua ſervitutem & dominatum ex aliorum barbarie & hebetudine, aliorum praeſtantiore natura accerſi dudum exploſa eſt; neque enim inaequalitas perfectio

ctionum corporis mentisve naturali æqualitati ac libertati obeſſe poteſt. Si alterius præ altero excell.n ia, aut potius excellentiæ opinio imperium ac ius in aliorum actiones conferret; quæ eſſet in orbe tranquillitas, quæ libertas? Eiusdem furfuris eſt opinio Hobbeſii, qui ex ſolo naturali ſtatu, quem bellum omnium in omnes eſſe putat, ius invadendi alios, ac viribus imparem, devictumque in ſervitutem detrudendi deducit.

(1) §. XV. (a) (b)

(2) S. Auguſtin. l. XIX. de civit. Dei. C. 15. & 16.

(3) Pufendorf. de I. N. & G. l. VI. C. 3. §. 6.

(4) Idem §. 9.

(5) Gen. IX. 25. conf. S. Chryſoſt. homil. XXIX. in Geneſ. & S. Augſtin. loc. cit.

§. CLXXXIX.

Modus, ac quantitas ſervitutis ex legibus humanitatis, quæ pro ſervis quoque ſtant, & eiusdem origine, denique etiam ex uſu aut arbitrariis Dei vel hominum legibus definiri debet:

(a) Servitus *ultronea*, quæ non occaſione belli, aut ex dicta neceſſitate, ſed ſpontaneo pacto orta eſt, eodem etiam pacto determinatur; neque plus iuris transfert in herum, quam ſervus aut famulus transferre ſe velle expreſſe, aut tacite ex uſu regionis, receptisque moribus declaraverit. Et quia iſtiusmodi ſervus perſonam domini elegit, ac perſonaliſſimam obligationem ſuſcepit, aliis dominis citra voluntatem ſuam transmitti, aut vendi non poteſt. Quando iſtiusmodi ſervis aut famulis alimentorum loco vi pacti ſubſtituitur certa pecuniæ ſumma, id pretium eminens appellatur *merces*: famuli autem ac ſervi, qui operas pro ea præſtant, *mercenarii*, ipſaque ſervitus & famulatus oritur ex contractu locationis & conductionis.

(*b*) Ultroneæ ſervituti opponitur *coacta*, non quod pactum non requirat, ſed quia occaſione belli aut diræ neceſſitatis ſuſcepta eſt. In utroque genere debentur operæ perpetuæ vel temporariæ, itemque omnes vel certi generis duntaxat; unde ſervitus aut limitata eſt, minus plena, & imperfecta, quæ denique in famulatum deſinit; vel illimitata, plena, perfecta, ſeu *obnoxia.* Qui omnes operas debent, ac perpetuas, *ſervi* ſtricte appellantur; quales apud quosdam populos vix in hominum numero, & apud Romanos pro *nullis* habebantur. Etſi enim cum natura humana iura quoque humanitatis, adeoque & ſtatum ac perſonam moralem retineant ſervi; quia tamen omnia dominis cenſebantur acquirere, & ab eorum penitus nutu pendere, hinc factum, ut ipſis *perſona* denegaretur. (1) Id etiam obtinebat olim in coacta ſervitute, qua cenſebatur promitti miniſterium & obedientia abſoluta. Nam qui mandatis cuiusquam obedire antea obligatur, quam ſciat, quid iſte ſit imperaturus, ac omnia mandata, quæ alteri obligationi non repugnant ſimpliciter & ſine reſtrictione tenetur. Temperamenta humanitatis recenſet Grotius. (2)

(*c*) Si ſervus ultroneus & obnoxius ponatur, isque præſtandis operis morbo, aut ſenio impar evadat, tamen alendus a domino eſt, eoquod perpetuam alimentorum certitudinem cum obligatione ad omnes operas phyſice ac moraliter poſſibiles commutaſſe cenſetur; idem non obtinet in ſervo minus pleno, cui ſolius neceſſitatis favor ſuffragatur, ne derelictus aut expoſitus interire debeat.

(*d*) Quia ſervus quicunque humanitatis iuribus gaudet lædi poteſt, & iniuria affici, contra ac in beſtiis contingit. Ius vitæ ac necis heris in ſervos competere, nec ex natura ſocietatis herilis, nec argumento alio evincitur; quod enim a barbaris uſurpatum, & a cultioribus gentibus aliquando toleratum eſt, in numerum iurium referri non debet; aliud eſt ius caſtigandi; quod tamen ipſum ne in immanitatem degeneret, cavendum eſt. (3) Supplicii loco eſt, ſervum e familia eiicere, ſuæque ſocordiæ relinquere; quod expulſus inſidiari, vel nocere tentet, non vi imperii herilis, ſed iure defenſionis, ac belli coercendus e[ſt].

(*e*

(*e*) Officia ſervorum tum poſitiva, tum negativa ex natura ſervitutis ac generalibus iuris naturalis principiis haud ægre intelliguntur; eadem locis pluribus ſacri codicis exponuntur, & rationibus ex religione petitis firmantur. (4)

(1) l. 32. D. de R. I.

(2) de I. B. & P. L. III. C. XIV.

(3) l. Un. C. de Emendatione ſervor. adde Eccli. XXX. III. 25. usque ad v. 31.

(4) Tit. II. 9. 10. Epheſ. VI. 5. 6. 7. 8. Coloſ. III. 22. usque ad fin. cap. I. Petr. II. 18. ſeq. I. Cor. VII. 21. 22. I. Tim. VI. 1. 2. de officiis dominorum in ſervos agitur Eph. VI. 9. Coloſ. IV. 1. Eccli. VII. 22. 23. Iob. XXXI. 13. 14. 15. conferendæ etiam ſunt Propoſitiones 37. 38. 51. inter damnatas ab Innocentio P. XI.

§. CXC.

Ex dictis ideæ partiales notionem ſocietatis herilis ingredientes colligi poſſunt:

(*a*) Eſt ea ſocietas *inæqualis*; nam ſingula operarum genera vel ſaltem ſpecies determinantur ab hero; quod ius determinandi imperium herile maxime efficit. Dominus igitur & ſervus inæquali prorſus iure ſociantur; imo ſervo obnoxio præter iura humanitatis nil quidquam relinquitur, totusque tranſit in poteſtatem domini.

(*b*) Eadem ſocietas *pactitia* eſt, ut etiam coacta ſervitus, ut ſupra dictum, ſine pacto non intelligatur; cumque factum ſupponat, quo congenita libertas reſtringitur, ſtatum adventitium infert.

(*c*) *Simplex* erit ſocietas, ſi herum cum ſervis ac famulis cogites: *compoſita*, ſi herum in ſocietate coniugali vel parentali conſtitutum ponas.

(*d*) Finis huius ſocietatis eſt utilitas & commodum heri; etſi enim ſervi quoque ac famuli alimenta vel mercedem

dem obtineant; tamen ipſa ſocietas ac operæ ſervorum eum finem non habent. Eſtque id inter imperium herile in familia, & imperium Principis in civitate memorabile & graviſſimi momenti diſcrimen. Herus præcepta ſervis dat in ſuum ac familiæ commodum: imperans civiles leges fert communitati in bonum communitatis, id eſt, in commodum eorum, quibus imperat. Alius ergo patrifamilias ac hero, alius imperanti propoſitus eſt finis. Officium Principis eſt, non ſuum, ſed ſubditorum iura atque utilitates tueri ac provehere: officium heri non eſt, ut in aliorum commodum agat; ſiquid facit, qua maritus & qua parens, id in ſuum agere commodum cenſetur; ſimiliter uxor, ac liberi ſuum commodum ſpectant, quod a re mariti, aut parentum commodis ſeiungi non poteſt. At omnia, quæ a ſervis præſtanda ſunt, non ipſorum commodis, ſed heri, patrisfamilias, uxoris, liberorum cedunt.

CAPUT V.

Societas compoſita familiæ.

ARGUMENTUM.

§. *CXCI. Varia combinatio ſocietatum ſimplicium. CXCII. familiæ fines, iura & obli-gationes, ac diſtincta noti-*

§. CXCI.

Ex ſocietatibus ſimplicibus, coniugali, parenta- & herili una coniunctis fit ſocietas compoſita fami-liæ, ſeu domus; ac talis familia *completa* dici poteſ- Si binæ quævis combinantur, ſecundum leges com-binationum ex terminis tribus in binarios, exiſtu- ſocietates compoſitæ tres:

(

a) Coniugalis cum parentali tantum, quæ primis maxime temporibus in uſu fuit; cum ſervi ac famuli nulli eſſent.

b) Coniugalis cum herili; quando nulli coniugibus adhuc liberi provenerunt: ſervi tamen, famuli ac famulæ ab obſequiis ſunt.

c) Parentalis cum herili, quando unus parens altero defuncto in eadem domo, cum liberis ac ſervis degit. Hanc ſocietatem compoſitam imitatur cætus hominum in eadem ſocietate quotidiana viventium ſub rectore aut directore, qui inſtar patrisfamilias, aut ſub antiſtita, quæ inſtar matrisfamilias gubernationem domeſticam, ſeu œconomicam obit in ſubiectos tum eos, quos alit liberorum magis, quam famulorum nomine, tum alios veros famulos, quos ad viliora munia adſcitos habet: uti fit in domibus Regularium utriusque ſexus, in convictibus ſcholarium, ſeminariis clericorum. (1)

(1) De ſignificatione vocis: familia, paterfamilias. l. 195. & 196. D. de S. V. *liberorum nomine etiam* [illegible]*ootes, ac pronepotes aliosque inferiores venire, dubium* [illegible]*n eſt.*

§. CXCII.

Quando plures ſimplices ſocietates in unam [illegible]mpoſitam coaleſcunt, fines ſimplicium non ceſſant; [illegible]cus ipſæ ceſſarent ſimplices ſocietates. Quia tamen [illegible]meſtica ſocietas tanquam una, & a ſimplicibus [illegible]ſtincta concipienda eſt; idcirco peculiarem ſuum [illegible]ibere finem debet, qui in uſu quotidiano finibus [illegible]mplicium ſocietatum accommodato conſiſtit. *Quæ* [illegible]*nnium dierum*, inquit Ariſtoteles (1), *a natura*

con-

conſtituta eſt ſocietas, familia dicitur: quos Charondas ὁμοσιπύες, *penus ſocios, vel convictores, Epimenides Cres* ὁμοκάπνες *hoc eſt, fumi ſocios vel contubernales nominat.* Eosdem alii definiunt, qui ad unum panem & vinum, vel aquam vivunt. Hic uſus quotidianus intelligitur accommodari finibus ſimplicium ſocietatum familiam componentium, dum non modo nulla ſimplex ſocietas vel ſocius aliarum ſimplicium fini obeſt, ſed eidem adiumento & commodo eſt, ut fines reliquarum magis promoveantur, & ſingularia onera mutuo auxilio ſubleventur. Ex quo ſalus ac perfectio familiæ exiſtit, ſimulque ſocius partis ſaltem tacite ſocius totius evadit, ac duplicis generis iura & obligationes nanciſcitur. Ex his inferes:

(*a*) Simplices ſocietates, earumque fines per compoſitam ſocietatem familiæ non everti, nec impediri debent, ut mox dictum: ergo nec imperium, quod eſt in parentali, in herili ac ſuo modo etiam in coniugali ſocietate per compoſitam ſocietatem familiæ impeditur, vel evertitur; ſed potius ſtabilitur, extenditur, ac perficitur. Igitur familia eſt ſocietas inæqualis ac rectoria, in qua ſunt ſuperiores, nempe coniuges, parentes, heri, qua paterfamilias & materfamilias; ac inferiores, nempe filii, ac filiæfamilias, & ſervi; liberi quidem ſervorum domini haud ſunt, niſi quos ad ſua ſervitia ſpeciatim deſtinatos habent, ex conceſſu, ac veluti delegatione parentum. Præcipuæ imperii partes per ſe penes patremfamilias ſunt, iſi in negotiis matrifamilias incumbentibus.

(*b*) Peccant familiæ capita, ſi alterum alterius auctoritati detrahit: ſi educationi liberorum, ſi ſervorum correctioni ſive iniuria, ſive malo exemplo impedimentum

mentum ponunt: ſi petulantiam, aut faſtum liberorum in ſervos, aut ſervorum nequitiam, qua liberorum mores corrumpunt, impunitam eſſe patiantur.

c) Graviſſimis verbis officia capitum familiæ urget, & inculcat Doctor gentium: *Siquis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.* (2) Duplex eſt fidem abnegandi modus, inquit Calmetus in hunc locum, verbis nimirum, & geſtis. Qui aliter agit, quam credit, is oſtendit, ſe ex animo non credere id, quod ore confitetur. Profecto, ſi Dei verbis crederet, negligeretne gravem adeo provinciam, liberorum nempe educationem, & familiarium emendationem? Si acceptam fidem, promiſſamque æternitatem tanti faceret, quanti æſtimari decet; fieri non poſſet, ut commendatorum ſibi hominum utilitatem parum adeo curaret. Infidelis certe familiæ curam gerit (dictante nempe natura, atque adeo vehementer ſtimulante); quidquid boni poteſt, illi comparat, debitaque ope non fraudat ſuos. Chriſtianus igitur ſuorum ſalutem negligens eſt infideli deterior. Dubium non eſt, hæc perinde ad matremfamilias, quam patremfamilias pertinere. (3) Cura vero, quam Apoſtolus exigit, tam ad corpus, quam animum, ſtatumque externum, perinde ut educatio liberorum, ac gubernatio familiæ, referenda eſt. Quodſi igitur naturalis hæc eſt obligatio capitum familiæ, ne ſuos deſerant, & miſeros eſſe patiantur: ſi domeſtici eo ſtatu ſunt, ut plurima peccata, niſi conſentiente, & ignaviter indulgente vel diſſimulante familiæ capite peccare non poſſint; quot domeſticorum peccata ex principiis naturæ non imputanda erunt patri, ac matrifamilias?

d) Denique ex his completa notio ſocietatis familiaris coaleſcit; eſt nempe cætus vel ſocietas plurium perſonarum, quæ unius poteſtate natura aut iure, quotidiani uſus cauſa, ſociatæ ſunt. Coniuges pacto primo conſociantur: ſervos quoque pacto adſciſci in familiam conſtat, certe facto quodam humano; at liberos ipſa natura in ſocietate parentum collocat. Collegia quidem abſque ſubiectione erga unam poteſtatem, non item domeſticæ ſocietates concipi poſſunt.

(1) Ariſtoteles l. I. Polit. c. 1.

(2) I. Tim. V. 8.

(3) Pronunciatio ſermonis in ſexu maſculino ad utrumque ſexum plerumque porrigitur. l. 195. D. de S. V.

INSTITUTIONUM
IURIS NATURÆ
LIBER III.

IUS NATURÆ PUBLICUM.

INSTITUTIONUM IURIS NATURÆ

LIBER III.

IUS NATURÆ PUBLICUM.

CAPUT I.

Origo, notio, proprietates civitatis.

ARGUMENTUM.

CXCIII. Progreſſio a minoribus ſocietatibus ad maiores, ceu anarchicam & civilem. CXCIV. Societas & ſtatus civilis non eſt a iure naturæ præceptivo. CXCV. variæ opiniones de origine civitatum & imperiorum. CXCVI. Notio diſtincta civitatis. CXCVII. Proprietates eiusdem.

§. CXCIII.

Societas familiaris ſeminarium eſt humani genes, regnorumque, per quæ diffunditur. Anguſtiæ iim domus, quæ filios ac filias, ac forte etiam epotes ac neptes iam non capit, difficultas alendi mnes domeſticos, deſiderium nuptiarum, ſæpe iam domeſticæ diſcordiæ in cauſa ſunt, ut proles m puberes paterna ex domo emigrent, ac veluti ovas colonias deducant; inde exiſtunt novæ fami-

liæ, novæque domus, quarum congregatio, ſi loco vicino ſint, pagos & oppida efficit. (1) Sola multitudo hominum, aut habitationum vicinia nondum inducit ſocietatem ab univerſali & abſoluta ſocietate humani generis diſtinctam. At quia ſinguli patres familias pares non ſunt præparandis rebus omnibus ad vitæ ſuſtentationem neceſſariis, neque propulſandis iniuriis, rapinis, furtis, quæ cum ipſo hominum deſidum ac pravorum numero increſcunt; hinc ab aliis quærere auxilium coguntur, idemque viciſſim aliis polliceri. Nihil enim felicitati vitæ magis obeſt quam indigentia rerum, metusque iniuriarum; quo fit, ut nec corporis, nec animi, nec ſtatus externi bona tueri, multoque minus augere ac perficere poſſimus. Quando igitur plures patresfamilias ad communicandas res vel operas, atque ad externos hoſtes repellendos auxilium ſibi mutuo promittunt, oritur ſocietas compoſita maior, quæ ex minoribus aliis rectoriis ſocietatibus componitur, ipſa tamen æqualis eſt; quia ſociorum obligationes non arbitrio imperantis, ſed ex natura pactionis determinantur. Verum neque hoc ſtatu pactitio familiarum indigentiæ ac periculis ſatis ſemper proviſum eſt; cum enim nulla ab alterius arbitrio ac imperio pendeat, facile contingit, ut ob ingeniorum atque opinionum diverſitatem, ob ſtudium proprii commodi, ob æquitatis ac virtutis neglectum alter ab altero diffideat, conſtituatur, ad odia provocetur. Ut igitur patrumfamilias voluntates ac vires uniantur, quas ipſa ſutien-

tiendi

endi agendique libertas, & diſſimilitudo animo-
ım, & imprudentia diſtrahit, opus eſt communi
nperio ad finem communem beatitatis ac ſecurita-
s obtinendum. Sola enim virium præpotentia ſe-
uritatem non præſtat, niſi adhibeatur ingenium,
onſilium, rerum agendarum dexteritas, ordo &
onſenſus; quæ quidem commune imperium poſtu-
nt, uti exemplo militum, atque exercituum palam
t. Hæc igitur iſtius loci propria deductio eſt:

(*a*) Ex Familiis ſingulis aliæ atque aliæ derivantur, propagantur, ſupplentur; unde pagi, oppida, coloniæ &c. proficiſcuntur ſalva libertate connata, ac ſalva manente abſoluta humani generis ſocietate.

(*b*) Quando dein patresfamilias ad levandam indigentiam & propulſandas iniurias pactum ineunt communicandi res & operas; oritur ſocietas compoſita maior, ac ſtatus, ut vocatur, *anarchicus*, in quo ſinguli ius perfectum & affirmativum in ſingulos habent, ut in finem beatitatis & ſecuritatis iunctis viribus, ac mutuis auxiliis conſpirent. Eſt hæc ſocietas æqualis, etſi forte uni ſociorum ob ætatem, fortitudinem, prudentiam, vel uſum rerum maior auctoritas præ aliis tribuatur; quæ tamen ad vim imperii non progreditur.

(*c*) Quia coniunctio voluntatum ac virium ſine communi imperio ſat tuto & efficaciter obtineri vix poteſt; neceſſe fuit, abdicari partem naturalis libertatis & æqualitatis, eamque in commune imperium transferri, ut ſingulorum voluntates imperio, & ſi opus ſit, vi coactivæ unius ſubiicerentur; quo uno medio certa & perfecta unio voluntatum ac virium obtineri poteſt. Hinc iam ad imperium civile, & ſocietatem, ac ſtatum inæqualem ventum eſt.

(1) Ludovicus Vivis in comment. in S. Auguſtinum e civit. Dei l. XV. c. 8. *fuit, inquit, memoria patrum icus pene centum domorum in Hiſpania, cuius omnes inolæ erant a ſene quodam, qui adhuc vivebat, progeniti,*

 ita,

ita, ut propinquitatis nomen iam deeſſet, quo a minimi natu vocaretur. Lingua enim noſtra ſupra abavum non aſcendit. De nuptiarum deſiderio, conſilioque dictum eſt a ipſo primo parente: relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ. Gen. II. 24. Separationem inter Abram & Lot ex diſcordiis fuiſſe ortam conſtat e Gen. XIII. 8. 9.

§. CXCIV.

Hoc veluti fundamento poſito origo civitati adcuratius indaganda eſt. In quem finem eiusde civitatis notio confuſa ſufficit, quæ in ſocietate ir æquali communi imperio colligata conſiſtit; expl catius eadem infra tradetur. De origine civitat illud ſtatuendum videtur. Etſi naturæ ius ſocieta civili faveat, & initam approbet, tamen obligati nem & neceſſitatem abſolutam, ut eadem ineatur non imponit. Neceſſitas hypothetica, orta ex ſt tu corrupto hominum id efficere poteſt, ut ſociet civilis ſit optimum, aut certis temporibus unicu tranquillitatis ac pacis conſervandæ medium; tamen non efficit, ut civitas a natura intenta ta quam finis, & homo ad civilem ſocietatem per ſ & vi naturæ natus eſſe cenſeatur. Prob. Natu homines liberos, æquales, nec alterum ab alte dependentes fecit, ſimulque iura dedit libertati æqualitatis ac independentiæ conſervandæ. Erg inæqualitas, abdicatio libertatis, ac dependentia n ſunt de neceſſitate abſoluta naturæ, neque ab e dem tanquam finis intenduntur. Si pax & ſecu tas hominum ſine ſtatu & imperio civili conſerv-

non poteſt, non continuo is ſtatus tanquam finis aturæ, aut obiectum iuris naturalis cenſeri debet, iſi quæſtionem de nomine movere velis. Natura acem & ſecuritatem intendit, ac conſervari præpit; lex hæc affirmativa eſt, ac generalis, cui per lura media ſatisfieri per ſe poteſt; ſi per temporum acerbitatem unum unicum medium relinquitur, l non per naturam rerum, ſed per adiuncta determinaur; uti ſi ad conſervationem totius corporis, quam atura præcipit, abſciſſio partis aliquando neceſſaria ſt; dici nequit, naturæ legem eſſe, ut homo ſit utilus. Præcipit natura etiam humanas obſervari eges; neque ob id humanæ leges per ſe naturales enſeri poſſunt. Longe aliter ſe iſta habent, ſi de ocietate familiari ſermo eſt, aut cum dicimus, naturæ præceptum eſſe, ut exhibeatur Deo cultus, qui idem gratus, acceptusque eſt. (1) Sed audiendi unt adverſarii, qui ſtatum civilem ipſi naturæ & aturali iuri adſcribunt.

(*a*) Status civilis, inquiunt, eſt optimum ac perfectiſſimum medium, quo pax & concordia inter homines firmetur, ac leges naturæ ad perfectiones hominis non tantum eſſentiales ſed etiam accidentales tendunt. R. 1. Perfectiora ſequi non neceſſitatis eſt, ſed conſilii. 2. Status civilis eſt perfectiſſimum medium certis temporibus, & adiunctis, idque per accidens, non ſpectata ipſa natura, quando nempe pericula incommodorum extra ſtatum civilem maiora ſunt, quam incommoda ſtatus civilis. c. Per ſe, ac ſpectata natura, ita, ut pericula incommodorum extra ſtatum civilem nunquam aliter removeri poſſint, niſi per ſtatum civilem. n. Siquando conſervandi totius gratia optimum

mum medium eſt amputatio membri, ſtatus corpori mutilati profecto naturæ adſcribi nequit. Similite de mutilata vel diminuta naturali æqualitate ac liber tate diſſere. Si Status civilis perfectio veri nomin eſſet, eius origo maxime apud homines pios, a probos, atque inprimis apud Patriarchas quærenda fore At hi quidem vitam ſimplicem coluere, res ſuas ſeorſi habentes, operamque dantes rei pecuariæ & agricu turæ; ſecuritatem vero & præſidium contra impro bos partim pacta & fœdera cum vicinis regibus init (uti de Abramo & Iſaaco conſtat), partim vero, in potiſſimum fiducia in Deum ipſis præſtabat. „Demo „ſtravit Conringius in tr. de civ. prudentia. c. 6. p. „(inquit Bœhmerus) quod aliquando etiam extra c „vilem ſocietatem feliciter vivere liceat. Virtus „pietas non eſt adſtricta ad civilem ſocietatem, ſ „ubique exerceri poteſt. Adde, quod ſæpe imped „poſſit veræ pietatis cultus in civitate, dum qu „tyrannorum inſidias metuere debet. Quodſi præcep „fuiſſet ſocietas civilis, ſine dubio Patriarchæ ma „feciſſent, quod non ſtatim in civitates coiviſſen „id quod tamen factum non legimus."

(*b*) Homo, inquiunt, natura ſua eſt ſocialis. R. Inde co cludi nequit, eum natura ſua ferri ad ſocietatem ci lem, in qua libertatis iacturam, aliaque incommo ferre debet. Inclinationi naturali ad ſocietatem p ſtatum familiarem ſatisfit; quamquam nec ea tanta e ut ob altiores fines excedere hominum ſocietate hom non poſſit.

(*c*) Sunt, qui in ſtatu etiam integritatis reſpublicas fui conſtituendas divinant; quia ordo imperandi & p rendi tanquam divinum & pulcherrimum inſtitut omni naturæ rationali ita deſtinatus eſt, ut ſocie & multiplicatio ſine eo cogitari nequeat. R. Eu ordinem in familiis partim natura, partim ius patru familias determinare poteſt: inter capita familiar locum habet pactum, prærogativa ætatis, uſus, al que iſtiusmodi, per quæ inter perſonas etiam liberas æquales ordo quidam ſæpenumero determinatur

(1) Conf. L. B. de Kreittmayr Animad. in cod. Maximilianeum Bavar. P. I. c. II. §. VI. n. 2. item Bœhm. Introd. in Ius publ. Univerſ. Part. Special. l. I. C. I.

(2) Ibid. §. III. not. (c)

§. CXCV.

Si ſtatus civilis ex fine & intentione naturæ non emanat, fruſtra, ut puto, inter originem philoſophicam & hiſtoricam eiusdem diſtinguitur. Nam philoſophica illa origo civitatis meras hypotheſes continet, ſecundum quas illa *potuiſſet*, & etiam nunc *poſſit* conſtitui, non conſtituta reipſa ſit, aut naturæ præcepto conſtitui debeat; hinc tot auctorum de re eadem ſententiæ extitere:

a) Plato originem civitatis ab hominum indigentia repetiit; ſed eidem per pacta, & ſtatum anarchicum ſatisfieri poſſet, ſi homines officiis ſuis perfectis & imperfectis facerent ſatis.

b) Ariſtoteles ad naturæ inclinationem recurrit; ſed eadem natura æque, aut multo etiam magis ad libertatem inclinat, quam ſubiectionem, nec niſi maiori evitando malo, aut obtinendo bono partem libertatis abdicat veluti invita.

c) Plerique ex metu, aut ſecuritatis cauſa civitates conſtitutas putant; neque enim inter hæc duo quidquam intereſt; qui enim ſecuritatem quærunt, iidem primo metuunt. Sola autem conventione patrumfamilias & ſtatu anarchico ob ipſam voluntatum atque opinionum & ingeniorum diverſitatem ſecuritati conſultum non eſſe ſtatuunt; utique pro omnibus adiunctis, ac temporibus. Docuit tamen vita Patriarcharum, & docent ipſa pacta inter diverſas civitates, aut ſummos imperantes inita, fieri poſſe, ut ſine ſtatu civili & communi imperio ſatis conſultum ſit paci ac ſecuritati. Nempe hæc quoque vitæ ſecuritas, ac tranquillitas non deſtituitur ſuis gradibus, eademque

 dun-

duntaxat intra certos limites, quos ipſa temporun ratio determinat, obligationi naturali ſubiecta eſt. Cu ſecuritatis gradus quidam ſine imperio & ſtatu civi li per ſola cum vicinis populis inita pacta obtine & conſervari non poſſit? cum ipſum imperium & ſta tus civilis non careat incommodis, & medicina ipſ malo peior vel magis periculoſa fieri queat. Igitu hac quoque ex ratione generalis ſtatus civilis nece ſitas haud evincitur. Nec tamen diffiteor, nunc qu dem ab innocentia & ſimplicitate vitæ usque ade diſceſſum iam eſſe, hominumque pravorum num rum, ac libidinem, avaritiam, & ambitionem ta topere invaluiſſe, ut ulla tranquillitas vitæ, ac ſec ritas ſine civili imperio ne cogitari quidem, mul etiam minus optari poſſit. (1) Sed neceſſitas medic menti non efficit. ut hominem vi ſtatus natura medicorum manui ac poteſtati ſubiectum, atque medicæ artis uſum natum eſſe credamus.

(*d*) Qui reiectis hypotheſibus & coniecturis origin civitatum & imperiorum ad res facti, & hiſtori retulerunt, quo reipſa referenda videtur, eorund initia, aut certe quidem incrementa vi ac violent & imperandi libidini adſcribere ſolent; eaque Ve rum ſat communis opinio inde ab exemplo tri famoſorum venatorum & agreſtium hominum Ca Nembrodi, & Eſavi confirmatur, a quorum ini poſtea tot nova regna cepere auſpicia. Neque opinione ſummorum imperantium dignitati quidqu detrahi unquam exiſtimatum eſt. Sola calumnia & criminandi libido in pravos ſenſus aliquando e torquet ea, quæ ab aliis, vel alio tempore ſine p culo & fiunt, & dicuntur. (2)

(1) *De neceſſitate imperii ac terroris civilis contra* *probos eleganter diſſerit* S. Ioannes Chryſoſtomus Homil. I. principio, ad populum Antiochenum.

(2) S. Gregorius P. VII. Regiſt. l. VIII. Epiſt. XX ad Epiſcopum Metenſem in hunc modum ſcripſerat: „*Quis ne-* „*ſciat, Reges & Duces ab iis habuiſſe principium, qui Deum* „*ignorantes ſuperbia, rapinis, perfidia, homicidiis, poſtre-* „*mo univerſis fere ſceleribus, mundi principe diabolo vi-* „*licet agitante, ſuper pares ſcilicet homines dominari* *ca-* *cu-*

upiditate, & intolerabili præſumtione affectaverunt?" Hæc quidem verba nihil exprimunt, niſi communem Veterum de re hiſtorica opinionem. Atqui inter complures Scriptores alios, qui venerandam ſanctiſſimi huius Pontificis memoriam more canum identidem allatrant, fuit nuper admodum, qui eadem verba in invidiam adducere conaretur, atque deprimi majeſtatem Principum, ſperni civile imperium, & conculcari regiam poteſtatem contenderet. Enimvero hic locum habet illud tritum: dat veniam corvis, vexat cenſura columbas. Boehmerus loc. cit. §. XIV. idemet, quod vitio vertitur ſummo Antiſtiti, multis verbis & auctoritatibus defendit. Conf. Grot. l. III. C. VIII. 1. L. B. de Kreittmayr loc. ſupra citato.

§. CXCVI.

Societas civilis, aut civitas eſt cœtus hominum ſui iuris, ſecuritatis ac commoditatis temporalis cauſa ſub eodem communi imperio conſociatus. Cum ergo non pro ædificiis ac muris oppidorum, & urbium, ſed pro cœtu ac congregatione civium ſumatur civitas, ea eſt inſtar compoſiti moralis, & quidem artificialis, quod inſtituto factoque hominum, non ipſa natura coagmentatum eſt. Porro compoſitorum diſtincta fit notio, ſi materia eorundem, forma, cauſa efficiens, ac finis ſingillatim expenditur.

a) *Materia* ſunt homines *ſui iuris*, nempe patresfamilias; qui enim parentali aut herili poteſtati ſubſunt, proxime non ſpectantur. At ii, penes quos ſummum imperium eſt, certe pars ſunt civitatis, perinde ut caput præcipua corporis pars eſt. Hinc cives in imperantes, & parentes dividuntur. Aliæ præterea civium claſſes fiunt diverſæ, quemadmodum & in humano corpore membra diverſa ſunt; petiturque diverſitas tum ex diverſitate ſexus, ætatis, fortunarum, religionis. Dein alia eſt claſſis *quæſtuoſa* continens agricolas, mercatores, opifices, aliosque ea pro-

procurantes ac inferentes in civitatem, quæ neceſſi-tati vitæ, commoditati, atque honeſtæ voluptati ido-nea ſunt: altera eſt claſſis *ſenatoria*, complecte-magiſtratus, miniſtros religionis, eosque, qui pl-temporis atque operæ ſcientiarum ac ſapientiæ ſt-dio, quam manuum labori tribuunt: (1) Tertia claſſis *militaris*, complectens eos, qui armis, ac hoſtes internos & externos arcent, cohibent, e-pellunt. (2) Porro quia cives plerumque multis v-cis, pagis, oppidis, diſtrictibus, provinciis diffu-duntur, hinc civitas vel ſocietas civilis etiam ge-graphice conſiderari poteſt.

(*b*) Forma civitatis tum ex communi imperio eiusque ſu-iecto deſumitur, de quo infra agetur, tum maxi-in nexu civili, mutuisque iuribus & obligationi-ex civili conſociatione ortis ſita eſt. Subiectum i-perii civilis vel eſt una perſona phyſica, ceu in m-narchia, vel una perſona moralis, ac tum vel p-ci, qui optimates dicuntur, uti fit in ariſtocrat-vel omnes aut pars potior, ceu in democratia. S-iectum, cui inhæret ſummum imperium, Imper-vel Princeps civitatis nuncupatur, ſive una phy-ſive moralis perſona ſit. Nec quoad rem inter -pulum, gentem, rempublicam, regnum, monarch-intereſt.

(*c*) Cauſa efficiens civitatis in conventione & pacto -vium proxime conſiſtit; ac Pufendorfius ad con-tuendam civitatem requirit primo *pactum unio-s*, quo ii, qui ſui iuris ſunt, ac naturali libertate fru-tur, in unam ſocietatem coire, ſuæque commodi-tis ac ſecuritatis rationes communi conſilio admini-re volunt: dein *decretum formæ*, quo definiri de-et, unus, an plures, an omnes collectim imperent; de-nique *pactum ſubiectionis*, quo ſinguli ſubiectio-m profiteantur erga Monarcham, Optimates, vel to-m populum ſecundum formulam in priore decreto -n-ventam. Alii duplici pacto unionis, ac ſubmiſſi-nis rempublicam conficí poſſe autumant: Hobbeſius -ni-cum pactum ſingulorum cum ſingulis admittit, -od in renunciatione propriæ voluntatis ſitum ſit, -uæ a ſingulis fiat, præterquam ab imperante, qui -eti-neret ius in omnia. At enim Hobbeſiana ſupra -on-
-ta-

futata ſunt. Cum non extent tabulæ pactorum, ex quibus civitates primo coaluerunt, & ipſa pacta diverſiſſimas formas, ac conditiones admittant, ſatis eſt illud hic conſtituere, neceſſarium eſſe ſubiectionis erga commune imperium, adeoque & unionis pactum quoddam vel expreſſum, vel tacitum, quale cenſetur, quando homines debellati victori homagium præſtant, aut ſubiectionem acquieſcentia, patientia, obedientia exhibent; ſine iſtiusmodi enim pacto voluntario ſtatus belli, iusque reſiſtentiæ deſinere non intelligitur.

ſ) Finis civitatis eſt ſecuritas ac commoditas civium; cum enim ſpes nonſit, homines naturali libertate fruentes ob diverſitatem ac diſſenſionem opinionum, ingeniorum. affectuum, voluntatum, adeoque & virium officiis ſuis tam perfectis quam imperfectis facturos ſatis, ad commune imperium recurritur, quo opiniones, voluntates ac vires in diverſa abeuntes coniungantur, & uniantur; quidquid ergo ad officia tam perfecta quam imperfecta erga alios pertinet, id fini civitatis ſubiectum eſt. Atque hoc eſt, quod Gentium Doctor indicat, dum obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones fieri iubet pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, *ut quietam & tranquillam vitam agamus.* (4) Quidquid igitur a ſingulis civibus pro fine intendi nequit, id neque pro fine ſocietatis civilis habere poſſunt. Qui ad maleficia & rapinas conflantur, non conſociationem, ſed coniurationem ineunt, & quamvis efficere corpus, ac regiminis formam habere videantur; tamen iure populi vel gentis non gaudent, nec civitatem, ſed latrocinium conficiunt. Illud etiam ex fine civitatis ac progreſſu ſocietatum minorum ad ſocietatem civilem perſpicuum fit, bonum commune ac publicum, quod nonnulli Scriptores perpetuo in ore habent, a commoditate ac ſecuritate civium aut maximæ eorum partis ſeparandum haud eſſe, nec genuina eſſe iuris publici univerſalis principia, per quæ ſecuritas civium in diſcrimen adducitur. (5)

(1) *Claſſis quæſtuoſa & ſenatoria civium eleganter deſcribitur* Eccli. XXXVIII. 26. usque ad fin. cap.

(2)

(2) *Veteres quidam Philoſophi ſecundum hanc triplicem claſſem in quovis homine triplicem animam vel potius appetitum triplicem animæ unius collocarunt, tanquam in parva republica, appetitum concupiſcibilem ſeu nutritivum, iraſcibilem, ac rationalem, quorum primus claſſi quæſtuoſæ alter militari, tertius ſenatoriæ reſpondeat.*

(3) De I. N. & G. l. VII. C. II. §. 6. 7. 8.

(4) I. Timoth. II. 2.

(5) Conf. §. CLXVI. (b)

§. CXCVII.

Ex notione civitatis difficile non eſt, proprieta tes eiusdem evolvere. Eſt igitur civitas

(a) *Societas pactitia*, atque eo ipſo voluntaria, nec al ter in liberam ac neceſſariam ſeu violentam dividitu quam quod vis & violentia occaſionem dederit v ctis, depoſito hoſtili animo ſe victori ſubiiciendi. Un de & ſtatum civilem patet adventitium eſſe, nem ex pacto ortum.

(b) *Inæqualis & rectoria*, ut etſi in democratia penes t tum populum ſit imperium, tamen ſinguli univer ſubiaceant.

(c) Omnium ſocietatum eiusdem generis *perfectiſſima* quia ex ſe non ordinatur ad aliam tanquam pars totum, ſibique ad obtinendum finem ſpectato ſumm imperio plane ſufficit. Aliter de ſocietate famili loquitur S. Auguſtinus: (1) *Quia hominis domus in tium ſive particula debet eſſe civitatis; omne autem in tium ad aliquem ſui generis finem, & omnis pars ad univerſi, cuius pars eſt, integritatem refertur: ſatis apparet, eſſe conſequens, ut ad pacem civilem pax do meſtica referatur, id eſt, ut ordinata imperandi obedi dique concordia cohabitantium referatur ad ordinat imperandi, obediendique concordiam civium. Ita fit, ut lege civitatis præcepta ſumere patremfamilias oportet, quibus domum ſuam ſic regat, ut ſit paci accommoda civitatis.*

() *Perpetua*, quæ ex ſe vim producendi, ac demortuis civibus alios ſurrogandi habet; hinc vulgo dicitur: civitas, reſpublica &c. non moritur; uti nec fluvius, ſi præſentes aquæ decurrunt, ob eam cauſam, quamdiu aliæ atque aliæ ſuccedunt, exſiccari, aut mutari cenſetur. Atqui ſicut aquæ dilabimur mortales manente civitate.

() *Perſona moralis*; quia vi communis imperii diverſæ ſingulorum civium opiniones, voluntates ac vires in unam opinionem, unam voluntatem, ac unam vim colligantur, & quodammodo coaleſcunt. Hæc igitur perſona moralis relate ad alias civitates, velut alias perſonas morales in ſtatu naturalis æqualitatis, libertatis, independentiæ vivit, gaudetque iuribus connatis conſervationis, perfectionis &c. (2) Hinc leges ſocietatis civilis, quæ ex fine ac notione ſocietatis deducuntur, ſunt naturales, adeoque & univerſales ſeu communes omnibus civitatibus veri nominis, conſequenter etiam neceſſariæ, æternæ, immutabiles, ſed tamen hypotheticæ, nempe ſtatus adventitii propriæ. Iſtarum legum aliæ ſunt *internæ*, quæ cives ſingulos vel univerſos reſpiciunt, aliæ *externæ* relate ad alias civitates, vel perſonas ſingulares extraneas; atque hoc eodem modo negotia civitatis, quæ iis legibus reguntur, alia interna ſunt vel *immanentia*, alia externa ſeu *transeuntia*.

(1) L. XIX. de Civit. Dei. C. 16.

(2) §. XV.

CAPUT II.

Imperium civile, eiusque ſubiectum; ex quo forma civitatis pendet.

ARGUMENTUM.

§ CXCVIII. Imperium, maieſtas, poteſtas civilis. CXCIX. Forma imperii ſimplex vel compoſita, regularis vel irregularis. CC. Incommoda ac morbi formarum. CCI. De-

Democratiæ. CCII. Ariſtocratiæ. CCIII. Monarchiæ. CCIV. Origo imperii civilis; quatenus a Deo id proveniat. CCV. Proprietates eſſentiales Imperii civilis; CCV. accidentales.

§. CXCVIII.

Imperium civile eſt ius perfectum actiones ſubditorum ad finem civitatis dirigendi; a qua notione non multum diſcedit notio poteſtatis civilis; uti enim poteſtas ſocialis in genere complexio eſt omnium iurium ſocialium; (1) ita poteſtas civilis eſt complexio iurium ad ſocietatem civilem pertinentium, ſive ius perfectum gubernandi civitatem, aut ſumma in civitate poteſtas, quæ *Maieſtatis* nomine ſolet exprimi, (2) & iura maieſtatica complectitur. Porro cuiusvis poteſtatis tres veluti partes ſunt; (a) inſpectoria, legiſlatoria & executoria; igitur hæ quoque partes ſunt poteſtatis civilis, & partes maieſtatis, ſive iura maieſtatica.

(*a*) Securitas præſtari & conſervari *ſine poteſtate inſpectoria* minime poteſt: nam circumſpicienda ſunt pericula interna & externa, quæ vitæ civium, libertati, bonis, exiſtimationi, morum honeſtati imminent: providendum neceſſitati, atque indigentiæ, ac conſulendum etiam commoditati eſt, quæ contra inopiam ac miſeriam perfectiore quodam gradu tutos præſtet cives. Hæc inſpectio maxime ad Politiam pertinet, cuius articulos infra recenſebo.

(*b*) *Ius exequendi*, ſive in actum deducendi ea, quæ fini civitatis conſentanea ſunt, pariter maieſtaticum eſt; quo ſpectat ius armorum, poteſtas iudiciaria, ſive civium controverſias cognoſcendi ac decidendi, iurisdictio criminalis, ac poteſtas coercitiva: ius circa bona civitatis, tributa & ærarium publicum: ius

ca officia, munera, ac dignitates, ſive ius conſtituendi conſiliarios, & miniſtros, ac collegia eorum, qui negotiis publicis occupantur &c. Hæc quidem ab Imperante determinantur, vel executioni dantur;

(*) Alia enim eſt *poteſtas legislatoria*, qua ſubditis præſcribitur, quid relate ad finem civitatis agere, quid omittere debeant; quo etiam ſpectat poteſtas diſpenſandi, concedendi privilegia, exemtiones &c., atque hæc ſunt iura maieſtatica immanentia.

(*l*) Sunt alia *externa ſeu transeuntia* relate ad alias civitates ſive gentes exteras, ceu ius indicendi bella, ineundi fœdera, conficiendi pacem.

(*) Iſtiusmodi iura maieſtatica paſſim *Regalia* nuncupantur, alia *maiora*, quæ ex ipſa notione & fine civilis imperii profluunt: alia *minora*, quæ ex conſenſu populi expreſſo vel tacito, aliisve iſtiusmodi acquirendi modis proveniunt. Illud certum eſt, ad regalia proprie dicta non pertinere ea, quæ imperanti in alieno territorio acquiſita ſunt iura ex pacto, præſcriptione, quæque *ſervitutes iuris publici* vocantur.

(1) §. CLXVIII.

(2) *Ideæ vulgares* Maieſtatis *nomine amplum quidpiam, ſplendidum, ac magnificum repræſentant. Eadem Ciceroni [illegible]a eſt dignitas & amplitudo populi Romani: antiquis rerum politicarum ſcriptoribus viſa eſt ea vis exprimi, qua imperans, ſi eſt perſona ſingularis, in animis hominum exi[illegible]am admirationem ac reverentiam excitat. Sed hæc muta[illegible]a ſunt, neque rem ipſam maieſtatis exprimunt.*

(3) Cit. §. CLXVIII.

§. CXCIX.

Civile imperium exiſtit penes unam perſonam phyſicam vel moralem, eaque *ſubiectum* eiusdem eſt. Determinatio huius ſubiecti eſt *forma* civitatis, eaque *ſimplex*, ſi unicum eſt ſubiectum, in quo ineſt

civile imperium, nempe una perſona phyſica, quando forma eſt *monarchica*, vel una *moralis*, ſi ineſt i[n] paucis optimatibus, vel in toto populo; ac tum forma eſt *ariſtocratica*, vel *democratica*. Triplicis igi tur generis ſubiectum eſt unus, pauci, omnes; a[c] forma eſt *ſimplex*, *regularis*, aut *pura*, ſi uni tantu[m] ex his ſubiectis inhæret plenitudo poteſtatis civilis *compoſita*, *irregularis*, *mixta*, ſi ineſt in pluribu[s] ſubiectis. Nempe Maieſtas partibus conſtat, qu[o]rum una huic, altera alteri ſubiecto ineſſe poteſ[t] uti ſi ius indicendi, ac gerendi bellum penes una[m] perſonam phyſicam, ius vero determinandi comme[r]cia, tributa &c., penes optimates quoſdam, a[c] univerſum populum eſſet. Ad vitandam notionu[m] confuſionem nota:

(*a*) Quia Maieſtas plura ac diverſa continet iura, ta[n]quam partes, quas potentiales vocant, idcirco *imp[e]rium plenum* dicitur, quod nulla ſui parte eſt dimin[u]tum, uti in forma ſimplici: *minus plenum*, ſi ca[ret] aliqua parte, ceu in *mixta*. Fieri tamen poteſt, [ut] unum, vel aliqua, vel omnia iura maieſtatica in u[no] ex tribus ſubiectis inſint, ea tamen ſine certo m[o]do per pacta adiecto e. g. ſine conſenſu ſtatuum ex[er]ceri non poſſint; ac tum habetur plenum imperiu[m], ſed *limitatum*; huic opponitur imperium *abſolutu[m]*, cuius exercitium nullo adventitio limite reſtrictu[m] ex ſolo fine & natura ſtatus civilis determinatur. [Ra]tione partium igitur ſeu iurium Maieſtatis imperi[um] vocatur plenum aut minus plenum: ratione exer[ci]tii abſolutum vel limitatum, ac fieri poteſt: *pri[mo]*, ut ſit plenum & abſolutum; *ſecundo* plenum ac li[mi]tatum. *Tertio* minus plenum, at abſolutum, quo[d] partes, quas continet. *Quarto* partim abſolutu[m], partim limitatum, partim minus plenum; uti ſi Pri[n]ceps iure pacis ac belli ſolus utitur ſine adiecta co[n]di-

ditione : at leges non aliter, niſi prævio populi aut ſenatus conſenſu ferre poſſit : tributa vero indicere, a ſolo ſenatus vel populi decreto pendeat.

b) Poſſibilitatem limitis pactitii impugnant eo ex capite, quod is, qui ſummum imperium tenet, nec poſſit, nec velit carere mediis ac iuribus neceſſariis ad finem civitatis obtinendum; ergo dum imperium acceptat, iura imperii non obſtante pactorum limite pro re nata libere exercet. R. De ipſa neceſſitate agendi quidquam, ſeu imperium exercendi primo iudicandum eſt, idque iudicium ſpectat ad eos, in quorum conſenſu limes pactitius ſitus eſt; utrumne civium & civitatis interſit, conſentire, nec ne, aut de iure per expreſſum pactum quæſito aliquid relaxare, ipſi iudicabunt. Igitur, qui limitatum imperium accepit, abſoluto uti non poteſt, neque prætextu neceſſitatis ad remedia expreſſo pacto denegata recurrere. Certe Imperans civilis non plus iuris acquirit, quam ei per pactum ſubiectionis a populo tributum eſt. Si ergo ius imperii abſolute tributum non eſt, ſed ſub modo, aut forma ſubſtantiali, quæ actui præſcripta eſt per leges fundamentales; ſequitur, ut abſolutum imperium exerceri non poſſit. Incommoda limitis, quæ certis temporibus enaſcuntur, iudicio limitantium per alia compenſantur commoda, quæ idem limes aliis temporibus adfert, vel per incommoda, a quibus cives tutos præſtat. Actum contra limitem pactitium, & leges fundamentales geſtum ſimpliciter invalidum cenſet Martinius. (1) Grotius ita diſſerit : non deſinit, ſummum eſſe imperium, etiam ſi is, qui imperaturus eſt, promittat aliqua ſubditis aut Deo, etiam talia, quæ ad imperii rationem pertineant. - - Fatendum tamen, id ubi ſit, arctius quodammodo reddi imperium, ſive obligatio duntaxat cadat in exercitium actus, ſive etiam directe in ipſam facultatem. Priore ſpecie actus contra promiſſum factus erit iniuſtus; quia vera promiſſio ius dat ei, cui promittitur; altera autem ſpecie erit etiam nullus defectu facultatis. (2) Spectanda nempe eſt formula pactitii limitis, ac legis fundamentalis, anne id, in quo limes conſiſtit, rationem formæ ſubſtantialis pro actu gerendo habeat: dein etiam conſenſus tacitus vel præſumtus, aut ratihabitio eorum, quorum ius neglectu limitis lædi

videtur, exploranda; denique adſciſcenda ſunt pro deciſione etiam generalia principia de valore & nullitate actus. 3) Status Imperii Romano-Germanici per Art. XVI. §. 11. & Art. XXX. §. 6. capitulationis cæſareæ in eam adducuntur opinionem, ut contra promiſſa iurata eiusdem capitulationis ne quidem *ſub prætextu ſalutis vel neceſſitatis publicæ* quidquam valide agi poſſe, ſibi perſuadeant. (4)

(*c*) Imperii forma mixta non ex limitatione iurium maieſtaticorum, ſed ex eorundem, tanquam partium potentialium, diviſione provenit; quo caſu cum plura ſubiecta ſint, quorum quodvis certam imperii partem vel communem vel propriam tenet, cenſendum eſt maieſtatem, ſeu imperium plenum & abſolutum non eſſe, niſi coniunctim in iis ſubiectis omnibus; eritque monarchia vel ariſtocratia vel democratia mixta prout in mixtura ſeu diviſione iurium partem potiorem, magisque eminentem vel unus tenet, vel optimates, vel populus: ſi neutra forma prævalet, cenſetur monarchia & ariſtocratia æqualis, vel monarchia, ariſtocratia, democratia æqualis; nam perinde tres, uti duæ formæ miſceri poſſunt. (5) Putant nonnulli, repugnare iſtiusmodi formarum mixturam; quia altera forma alteram excludit; at enim mixta forma non ex integris formis pluribus coaleſcit, ſed ex binis vel tribus quidquam participat. Maieſtas una est in quavis civitate, non quod uni ſubiecto tota inhæreat, ſed quod in una civitate non ſit, niſi unica, etſi coniunctim reſideat in ſubiectis pluribus. Neque pars inhærens uni ſubiecto attrahit neceſſario partem inhærentem alteri, uti id nec in diviſione partium dominii vel confectariorum eiusdem fit; ſi executio iuris maieſtatici in forma mixta minus expedita fiat, & obſtacula inveniat, cogitandum, quod Grotius animadvertit: *in civilibus nihil eſt, quod omni ex parte incommodis careat; & ius non ex eo, quod optimum huic aut illi videtur, ſed ex voluntate eius, unde ius oritur, metiendum eſt.* (6) Illud certe rem expendenti luce meridiana clarius videbitur, ſi principium illud: *ius ad finem dat ius ad media*, eo effrenato ſenſu, quo hodie multi auctores utuntur, admittendum ſit, non modo omnes formas mixtas, ſed etiam quosvis limites imperii, omnemque promiſſi

rum fidem ab Imperantibus datam ſubditis, funditus everti poſſe.

d) Ad hunc complendum locum pertinet notio de *unione civitatum*, quæ fit, cum communi Imperanti plures civitates ſubiiciuntur; eſtque *incorporativa*, ſi altera civitas tanquam pars & acceſſorium cum altera tanquam principali ac toto coaleſcit: *nonincorporativa*, ſi ſua quævis iura ac formam retinet; quo fit, ut plures ſint civitates, at unus Imperans.

e) Si plures civitates absque communi imperio conſociantur eo fine, ut ſecuritati ſuæ contra communia pericula unitis viribus conſulant, & negotia communia per legatos in ſenatu coniunctos adminiſtrent, naſcitur *ſyſtema civitatum*, ſeu *corpus rerumpublicarum fœderatarum*; quæ eſt ſocietas compoſita maxima, civitas tamen non eſt; eoquod commune imperium deficiat. Quævis civitas ſua iura, ſuamque formam retinet, ſed in ſuo periculo communibus aliarum viribus defendenda eſt, ſic tamen, ut communi totius ſocietatis ſaluti ſalus ſingularum poſtponenda ſit. Id ſyſtema ex pacto oritur, eritque *æquale*, ſi vi pacti ſingulæ civitates æqualibus iuribus & prærogativis gaudent; ſecus *inæquale*. Syſtema civitatum analogiam habet cum ſtatu anarchico familiarum ſegregum. (7)

f) Notio civitatis regularis & irregularis ſatis fixa non eſt. Vocant irregularem civitatem ex defectu *finis*, aut *formæ*, quando imperans a fine civitatis, qui in ſalute ac ſecuritate publica conſiſtit, vel a forma per leges fundamentales ſtabilita paulatim deſciſcit, vel deſciſcere cogitur ob alterius præpotentiam; ſed non eſt *vitioſa* civitas cum *irregulari* confundenda; hæc enim irregularis ad formam mixtam videtur pertinere. Irregulares ex defectu nexus cenſentur civitates ſubiectæ uni imperanti, quando unio non eſt incorporativa; ſed tum quidem non una, ſed plures habentur civitates, quarum ſingulæ regulares eſſe poſſunt. Syſtema civitatum omnino civitas non eſt, adeoque nec irregularis civitas ſtricte appellari poteſt, niſi forte, quod ſæpe Principem habeat, ſeu Ducem, cui auctoritas attributa eſt convocandi civitates

 vel

vel earum legatos, præſidendi in communi collegio componendi diſſidia, exequendi communia placita ut, etiamſi ſingulæ civitates liberæ maneant & independentes, tamen ob unum Principem & communionem negotiorum publicorum unam rempublican efformare videantur.

(1) Poſit. de Iure Civitatis. §. CCCCI.

(2) de I. B. ac. P. l. I. C. III. §. 16.

(3) Supra §. LIX.

(4) L. B. de Kreittmayr Iur. publico german. §. 48. *Ceterum etiam democratia concipi poteſt limitata*, inquit Martinius loc. cit. §. CCCXCV. *Si quorundam iurium uſus a civis unius aut plurium conſenſum reſtringatur, vel ſit cautum, ut vota non ſint virilia, ſed aut curiata, aut centuriata, nec maiora concludant, verum unanimia, aut duo trientes.*

(5) *Si tres formæ ſimplices, ariſtocratica, democratica, monarchica exprimantur literis initialibus a, d, m, &* *mixturæ ponantur inæquales, ſecundum leges permutationum in algebra, prodeunt diverſæ mixturæ* inæquales *ſex adm, amd, dam, dma, mad, mda; his addenda eſt una* æqualis *adm; ſuntque univerſe ſeptem; ſi binæ tantum permutentur, nempe ad, & am, & dm; ex ſingulis binariis habentur inæquales duæ, ad & da; am & ma; denique dm & md; ſi addatur ubique una forma æqualis, ad, am, dm ex binis emergunt permutationes 9. : has adde prioribus eruntque formæ mixtæ numero ſexdecim, quas Martinius enumerat in Poſitionibus* de Iure civ. §. CCCC. *addita monitione, illam præmitti denominationem, ad quam eiusmodi forma magis accedit, quæque prævalere videtur.*

(6) De I. B. ac P. l. I. C. III. §. XVII. conf. Fran. Schmier Iurispr. pub. univ. L. I. C. IV. Sect. II. §. II. & Martin. Poſit. de Iure civ. §. CCCCII. & ſeq. Schrodt in Syſt. Iur. publ. univ. P. I. C. III. §. XXIV. & ſeq.

(7) Supra §. CXCIII. (b)

§. CC

§. CC.

De ſimplicibus imperii formis, earumque tum commodis, tum alterius præ altera prærogativis non pauca diſputari ſolent. Illud certum, quamlibet per ſe conſentaneam eſſe naturali iuri, & a ſubditis conſervandam, certe ferendam; *non eſt enim poteſtas, niſi a Deo; quæ autem ſunt, a Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* (1) Nec dubium eſt, quin ingenium populi, mores longævi, ipſum clima locique ſitus ac naturæ aliam atque aliam publicæ rei ordinationem poſtulat, aut facilius admittat. Duo autem in comparandis formis neceſſe eſt ſegregare, incommoda ſingularum, ac morbos, ſeu vitia;

a) Incommoda civitatum, vel potius certæ earum formæ cenſentur, quæ eidem ſpectata hominum & ipſius formæ natura per ſe inhærent.

b) Morbi ac vitia, quæ imperantium aut ſubditorum culpa vel dolo civitatem reipſa afficiunt, & affligunt. Uti enim ſinguli homines ſeu perſonæ phyſicæ, ſic & morales, id eſt, integræ ſocietates, civitates, respublicæ deliquiis & ægrotationi ſubiacent. Horum autem morborum genus eſt duplex: alii enim malitiæ hominum, ſeu imperantium ſeu parentium, unice adſcribi poſſunt: aliorum prima origo ex prava ipſius ſtatus civilis diſpoſitione repetenda eſt, uti cum leges parum accommodatæ ſunt temporibus ac genio populi: ſi turbis ac internis motibus anſam dant: ſi odium vicinorum concitant: ſi luxum, otium, morum licentiam fovent.

(1) Rom. XIII. 1. 2.

§. CCI.

In ſtatu democratico ſive regimine populari ſum ma poteſtas penes omnes cives collectim vel totam communitatem reſidet; ita ut ſinguli ſeorſim, et maieſtatis particulam habere videantur, tamen maieſtatem non habeant, imo etiam læſæ maieſtatis rei fieri poſſint. Ad negotia publica tractanda maxime in hoc ſtatu neceſſaria ſunt comitia vel conventus, quorum proin modus, locus, tempus deſignandum eſt. Unde quibusdam civibus in perpetuum, vel ad tempus conceditur ius convocandi comitia, ac quæſtiones proponendi, quæ ad negotia expedienda & uſum iurium maieſtaticorum pertinent. Qui citra ius cum populo quidquam ageret, ſtatus iura violaret. Similiter conſtituuntur officiales, qui negotia quotidiana expediant & concluſa comitiorum mandent executioni; quod iidem non ſuo, ſed populi nomine, adeoque ſalva democratia præſtant.

(*a*) Commoda huius ſtatus ſunt naturalis æqualitatis a- que ex parte etiam libertatis conſervatio, tum ſe- curitas ab oneribus ac legibus nimis duris ac gravi- bus.

(*b*) Incommoda recenſentur non pauca: ut quod ſem- per tarda ſint conſilia: facile & cito propalanda, prodenda hoſtibus: ſæpe temeraria. Siqui demagogi vel tribuni plebis præſto ſint, frequentiores ſunt diſ- ſenſiones: virtus excellens invidiæ & calamitati ſub- iacet; quod *Oſtraciſmus* Athenienſium palam facit, ſive ius indicendi exilium temporarium illis, quo- rum auctoritas & potentia æqualitati civium & ſta- tui populari periculoſa videtur.

(

(*c*) Morbi democratiæ ſunt, ſi cives internis motibus diſtracti in commune non conſulunt: ſi homines inepti ac turbulenti opiniones ſuas feroci pertinacia tueri ſatagunt, ſi leges deſultoria levitate figuntur, ac refiguntur: ſi, qui in adminiſtratorem negotiorum electus eſt, popularem libertatem paulatim abſorbet, aut qui opibus prævalent, ſummam rei publicæ paulatim attrahunt, aut ipſe populus excuſſis legibus, iudiciis, comitiis in *ochlocratiam* ſeu turbulentiam popularem prolabitur.

§. CCII.

In ariſtocratia poteſtas civilis penes minorem ci-ium partem eſt, nempe penes collegium ſenato-um, procerum, Optimatum, ſeu Primorum; qui orſum ſubditorum nomine veniunt: coniunctim, nquam una perſona moralis, maieſtatis ſubiectum nt. Numerus ipſorum & qualitas ex lege funda-entali vel arbitrio ſenatus pendet, uti & modus nſtituendi, an certum ad tempus, ad dies vitæ, c certis familiis, urbe præcipua, an tota provincia. nde aliam ariſtocratiam *urbicam*, aliam *provincialem* cunt. Nec repugnat huic ſtatui, ut uni civium nferatur prærogativa honoris, qua ſit primus inter res, & negotia expediat, etſi ſumma poteſtate non lleat reipſa.

(*a*) Commoda ariſtocratiæ cenſentur æqualitas civilis, ac libertas maior; unde & hanc & priorem formam communi *reipublicæ* nomine ſalutant; quia Senatores populum, & ſenatus populi comitia repræſentat: fulget etiam ariſtocratia conſiliorum maturitate ac libertate; *ſalus autem, ubi multa conſilia.* (1) Molliore etiam imperio & civium opulentia gaudet.

(*b*) Incommoda cenſentur periculum factionum, conſiliorum tarditas, magnitudo ſumtuum ad alendos plures veluti regulos, plebis licet virtute & meritis ornatæ excluſio ab omni honore.

(*c*) Morbo afficitur hic ſtatus ex ambitione, diſſenſione, odiis optimatum inter ſe; ſi mutuis machinationibus ſe mutuo & conſilia infeſtentur: ſi cives habeantur inſtar mancipiorum: ſi regimen ſibi attribuant pauciores, quam lex fundamentalis præſcribat, ut ariſtocratia in Oligarchiam degeneret: ſi dux & præſes concilii excluſis paulatim ſuffragiis ſenatorum maieſtatem affectet, aut populus auctoritatem ſenatus evertere, & publica negotia ad generalia concilia revocare ſtudeat

(1) Prov. XI. 14.

§. CCIII.

Status monarchicus eſt, in quo poteſtatem ſummam tenet una perſona ſingularis; quæ univerſitatem repræſentat; quia tantum poteſt ſola, quantum univerſi in ipſa origine civitatis; aliter populum repræſentant ordines vel ſtatus regni, nempe ut ſubditum, a capite diſtinctum & in claſſes diſtributum, proinde non repræſentant totum corpus morale politicum, quod utique non eſt ſine capite, nec ſine ſummo imperio. Summi Imperantes non cenſentur qui absque ſumma poteſtate nudis titulis gaudent qui regnum abdicarunt, aut re ipſa deſeruerunt: qui regnum ad tempus obtinuerant, aut ſub conditione idque tempus præterlapſum, aut conditio defeciſ ponitur: qui precario utuntur regno, quod momento quovis revocari a populo poteſt. A precario differt temporarium regnum, quod *Æſymneticu*

cant, ad certos annos vel menſes adſtrictum; i apud dictatores Romanos olim contingebat. ſcut qui precario utitur imperio, re ipſa nudus po-uli mandatarius cenſetur; ſic *tutor* regis non tam aieſtatem habet, quam alieni iuris ſibi commiſſi ercitio fungitur. Et quia rex non quavis actione a univerſitatem repræſentat, vel publicum regimen ercet, idcirco alias vocant *actiones regias*, alias *iones regis*.

a) Multa recenſent commoda Monarchiæ, eamque præ ceteris formis ab antiquitate, dignitate, ordine & potentia commendari aiunt. Certe præſtat hæc forma in eo, quod remedia ad ſecuritatem externam neceſſaria citius in promtu habeat: quod conſilia teneat occultiora: ac celerius executioni det: quod denique virtuti ac meritis faciliorem ad honores viam pandat.

b) Incommoda in maiore libertatis iactura ſita ſunt: tum in mutabilitate legum, rerumque civilium, quæ ex caduca Imperantium vita, variaque eorum indole, & mutabili voluntate provenit.

c) Morbi ex corrupta Imperantis, vel ſubditorum conditione proficiſcuntur. Monarcha iuribus maieſtaticis, quæ *regalia* vocantur, ad externam ſubditorum felicitatem utitur; qui omiſſo hoc fine non modo in perſonas exercet imperium, ſed dominium quoque in res & operas ſubditorum affectat, *deſpota* audit. (1) Tyranni ac tyrannidis definitio valde ſalebroſa eſt. Perill. de Martini in hunc modum ſtatuit: regimen Imperantis, qui totius evertendæ civitatis propoſitum manifeſtat, eſt *tyrannis*, & qui exercet reipſa tyrannidem, *tyrannus exercitio* dicitur. Unde apparet, illum nondum eſſe tyrannum, qui vel imperio utitur illimitato, vel privatim cives lædit: vel demum qui civitati integræ ex culpa, ignorantia, ingeniive defectu absque hoſtili animo infligit mala. (2)

(*d*)

(*d*) Subditorum vitio morbum contrahit ſtatus monarchicus, quando ii invito Imperante negotiis publicis ſe miſcent: ſi vires regias concutiunt: iura quædam eidem extorquent: obſequii vincula diſrumpunt. Exitialia monarchiæ & iuribus maieſtaticis Imperantium principia paſſim iactitant ii, qui pontificiam in Eccleſia auctoritatem infringere, ac concilia ſupra Papam attollere adlaborant. Iſtiusmodi principia ſunt: *omnibus perfectis communitatibus, & civili ſocietati prius, immediatius, & eſſentialius competit, ut ſe ipſam gubernet, quam alicui homini ſingulari, ut totam ſocietatem & communitatem regat: quamvis populi conſenſu ius omne & poteſtas translata ſit in regem, tamen respublica ſemper habitu retinet poteſtatem*; hinc aliam eſſe *maieſtatem perſonalem*, quæ Imperanti inhæreat, aliam *realem*, quæ penes populum maneat. (3)

(1) *In regimine deſpotico, inquit* L. B. de Kreittmayr de iure publ. univerſ. §. 4. pro compendio iuris publici *ſervire poſſunt ea, quæ a Samuele de iure regis prædicta ſunt populo Hebræorum*: I. Reg. VIII. Hoc erit ius regis - agros veſtros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit ſervis ſuis, &c. *Qui hoc facit, monarcha in foro interno a peccato immunis non eſt; ſed ius eatenus habere declaratur in foro externo; quatenus ſubditis facultas reſiſtendi denegatur. Ita hoc ius regis interpretatur* L. B. de Martini in Poſit. de Iure civit. §. 382.

(2) Ibid. §. 383.

(3) *Hæc fuſius recenſent & confutant ii, qui ſyſtema Edmundi Richerii ex profeſſo exponunt ac refellunt.*

§. CCIV.

De origine maieſtatis, ſeu imperii civilis, utrum a Deo ſit deducenda, an a populi conventione, diſputant hodierni doctores maiore, certe magis affectata contentione, quam fructu, aut fortaſſis etiam veritatis ſtudio. *Non eſt poteſtas, niſi a Deo*, inquit doctor gentium (1); neque id de ſumma

ta-

tatum Imperantibus, ſed etiam ſubordinatis eorum
nniſtris, ac præſidibus provinciarum intelligendum
e, in quos ea, qua gaudent, imperii particula ſeu
prticipatio certe non proxime & immediate a Deo
drivatur. *Non haberes poteſtatem adverſum me ullam*,
iquiebat Ieſus ad Pilatum; ſubordinatum provinciæ
pæſidem, *niſi tibi datum eſſet deſuper.* (a) Quapropter
ctingui neceſſe eſt, utrumne poteſtas proxime a
Io ſit, an mediate; dein utrum a Deo ſit, ut
lero collatore, qualis eſt poteſtas ſacra, cuius nulla
reritur in rerum natura ſufficiens ratio, aut qualis
eit in quibusdam Principibus V. T., quos immediate
cnſtituit, aut inungi in reges Deus iuſſerat; an ut
cEtore naturæ; poſita enim natura ponuntur certa
ira, aut poſito adventitio naturæ ſtatu, certa po-
ttatis aut imperii genera, quæ conſiderantur inſtar
ecuius proprietatis, quæ naturam, eiusque ſtatum
cnſequitur tanquam attributum, quod per eſſentiam
i determinatur; ac tum quidem, ſiquis quærat,
irum proxime a Deo ſit illud ius, vel ea poteſtas,
ſiniliter facit, ac ſi interrogaret, utrum ipſa natura,
eiusque ſtatus a Deo ſit, an ſecus. Cum in philo-
ſphico nunc verſemur genere diſciplinæ, puto,
philoſophicum axioma præ oculis habendum eſſe,
uo vetamur, ad Deum, tanquam cauſam proximam,
rcurrere, quamdiu ex ipſis viribus a Deo inſtitutis
itio quædam effectuum intelligi poteſt. Hisce
præmiſſis poſitiones ſequentes controverſiæ dirimendæ
accommodatas puto:

(a)

(a) *Imperium civile ſeu maieſtas in ſe & abſolute ſpectat proxime & immediate non ab hominibus provenit, ſe a Deo tanquam auctore naturæ.* Nam maieſtas ho modo ſpectata ius vitæ ac necis continet tanquar medium ad finem civitatis obtinendum apprime ne ceſſarium, ac proinde a Deo ut auctore naturæ, a ſupremo domino vitæ ac necis cum civili imperi coniunctum.

(b) *Si maieſtas non in ſe & abſolute, ſed ſubiective co ſideratur, quatenus inhæret in certo ſubiecto, ſubiectum a Deo & natura determinatum non eſt, ſ per pactum unionis ac ſubiectionis determinatur*; ac populus per pactum unionis concipitur in Democr tiam coiiſſe, indeque transire ad ſtatum ariſtocraticu vel monarchicum, haud ægre intelligitur, quo mo maieſtas a populo transferatur ad paucos vel ad unur neque tum ulla apparet ſufficiens ratio recurrendi Deum tanquam proximum collatorem ſummi imper quia & populus tum ipſo hoc ſummo imperio ga det, tum etiam iure illud transferendi ad paucos, v ad unum. Si vero ſtatum civilem ab ipſa ariſtocra vel monarchia ordiri ponas, ita, ut patresfamilias n aliter in unionem conſentiant, niſi ſubiiciendo paucis vel uni, tum in optimatibus, vel in monarc tanquam ſubiecto inerit maieſtas, quæ proxime a p pulo non provenit, ſed remote ac mediate, nem vi pacti ſubiectionis, cui per naturam eius ſta etiam ſummum imperium reſpondet. Erit igitur m ieſtatis cauſa mediata, remota, aut potius miniſter lis a ſubiectione populi, proxima vero a Dei volunte repetenda.

(c) *Utrumvis ſtatuatur de origine maieſtatis, aut qu proxime a Deo ut auctore naturæ proveniat; tam etiam tum admittenda eſt poſſibilitas limitis pactitii, imperii minus pleni; aut quod a conventione & ſubiecti populi deſcendat; tamen etiam hoc caſu ſancta & inv labilis eſt*; quia in priore hypotheſi non plus ius acquirit Imperans in alios homines natura æqual, quam iſti transferre in eum ſe velle pacto ſubiectio nis profeſſi ſunt: & in poſteriore tum finis civis imperii, tum relucens in Imperante imago & charac repræſentatitius divinitatis, cuius miniſtrum in te is

ag.,

agit, omnino exigunt, ut Imperans ab omni vi & iniuria immunis ac tutus ſit. (3)

(1) Rom. XIII. 1.

(2) Ioan. XIX. 11.

(3) *Paulus de Imperantibus etiam gentilibus, eorumque effectis loquens iterato* miniſtros Dei *eos appellat.* Rom. XIII. 4. 6. *Ceterum effata S. codicis, quibus a Deo poſiti dicuntur Principes, non tam immediatam imperii collationem a Deo factam, quam ſingularem Numinis ſuper regna & populos providentiam deſignant. A Pharaone proxime acceperat Ioſeph, quidquid poteſtatis in Ægypto obtinebat.* Gen. XLI. 40. *Idem tamen* Gen. XLV. 8. *a Deo ſe factum affirmat Principem in omni terra Ægypti.*

§. CCV.

Proprietates imperii civilis, etſi in monarchiis maxime reſplendeant, & ab aſſentatoribus Principum ſæpe ultra modum exaggerentur, tamen communes ſunt omnium civitatis formarum, ac proinde hoc proxime loco poſt explicatas earum notiones enumerandæ:

a) In iis, quæ ad civitatis finem pertinent, imperium civile penitus *liberum* eſt, & *independens* a quovis alterius hominis vel civitatis arbitrio, niſi quatenus ex legibus fundamentalibus quosdam in exercitio ſuo limites accepit. Huic libertati & independentiæ non obſunt pacta cum ſubditis vel extraneis inita, nec fœdera, nec clientela, nec feudalis ſubiectio, nec ſtipendia alteri extraneo præſtanda.

b) Proinde imperium civile *ſummum* eſt in civitate; quia quævis alia poteſtas generis eiusdem, ceu parentalis, herilis &c. fini civitatis ſubiicitur, & ſubordinatur.

c) Dicitur *unum ac univerſale* in eadem civitate; ſecus independens ac ſummum non eſſet. Unde manifeſtum eſt,

eſt, repugnare *dyarchiam* ſive ſtatum, in quo bin ſolidum imperant. (1) Neuter enim ſummo, lib ac independente gauderet imperio; atque hoc ſe ſi tota ſpectetur iurium maieſtaticorum, quæ plura ſubiecta aliquando diſperſa ſunt, complex maieſtas non modo una, ſed etiam *individua* & ir viſibilis nuncupatur; eodemque etiam ſenſu *æqu* dicitur in omnibus politicis ſtatibus; etſi ſpectata tentia aliisque adiunctis non æqualem iurium ſuor uſum facere poſſit.

(*d*) Denique *ſancta & inviolabilis* dicitur maieſtas, c perſona phyſica aut moralis, cui illa inhæret, q que ſecuritatem aliis præſtare debet, contra vim iniurias hominum improborum. ſingulari ſancti pænali munienda, ac tuta præſtanda eſt.

(1) *Quando duo communi conſenſu rem publicam adm ſtrant, nec ea in binas diſſecta partes intell gitur, qua altera alteri ſubiecta eſt, ſpecies quædam ariſtocratiæ pr nit, eo ſignificatu ſumtæ, ut cenſeatur forma ſtatus civ qua nec unus, nec maior populi pars imperat. Id ip tamen, niſi unus alteri cedere debere cogitetur in opinio conflictu, locum omnino non habet, neque exitum dat gotiis.*

§. CCVI.

Quas ante recenſuimus proprietates civilis perii, pro eſſentialibus, certe neceſſariis, atque natura ſtatus civilis deductis haberi convenit. Re ad genericam civitatis & civilis imperii notion pro accidentariis determinationibus habenda ſu quæ nunc enumerabimus:

(*a*) Manente generica civitatis idea perinde eſt, ſubiecto civile imperium inhæreat, perſonæ phyſi an morali; utraque communi nomine *Imperan* vel *rectoris civitatis* in hac diſciplina exprimitur.

(*b*) Modus item acquirendi imperii, ſive in electi ſive ſucceſſionum variis formis conſiſtat, nihil in ir

imperio immutat; uti nec diverſus dominia acquirendi modus iura dominiorum diverſa reddit.

) Religio diverſa, ſexus, dein tituli monarchiæ, regni, reipublicæ, ceremoniæ item coronationis &c. nihil per ſe mutationis circa imperii iura gignunt.

) Neque iura maieſtatica a potentia, amplitudine territorii, numero civium pendent. Satis eſt ad cœtum civilem ea multitudo, quæ ſpectatis adiunctis fini obtinendo ſufficit; neque id omnino determinari poteſt; illud liquet, civitatem, quæ perpetuam exprimit ſocietatem, nec ſolis maribus, nec ſolis fœminis conſtare poſſe.

CAPUT III.

Modus acquirendi civile imperium, & amittendi.

ARGUMENTUM.

CCVII. Modus acquirendi imperii non eſt originarius. CCVIII. Electio. CCIX. Succeſſio. CCX. amiſſio civilis imperii.

§. CCVII.

Civitas eſt ſocietas pactitia; (1) quapropter imperium, quod penes univerſos eſt, ortum ducit ex pacto unionis: quod paucis vel uni creditum eſt, pacto ſubiectionis, & acceptatione paucorum vel unius. Quæ ex pacto acquiruntur, ad modos acquirendi derivativos pertinent; quia ius, quod transfertur, ante in dominio vel iure transferentis erat. Siquis cum ipſa origine civitatis imperium civile acquirit, non ob id modus acquirendi originarius erit; non enim rem *nullius* acquirit, ſed poteſtatis, quæ antea *nulla* erat, niſi virtute quadam pe-

nes eos, qui pactum ineunt vel *ultroneum*, vel be lo extortum, & ſuo modo *coactum*, ſic tamen, ut ſta tus belli ſine pacto deſinere non intelligatur. Quand ex legibus ſucceſſionis imperium obtinetur, eæ ipſ leges pacto nituntur; ceterum, ut obſervat Schroe tius (3), ſucceſſio in ipſa civitatis conſtitutione locu non habet; quia absque anteceſſore ne cogitari qu dem poteſt ſucceſſio, ideoque ſupponit rempublica iam conſtitutam. His poſitis ex diverſis imperiu acquirendi modis civitas dicitur electiva, ſucceſſiv aut mixta: modi ergo id acquirendi ſunt electic ſucceſſio, partim electio, partim ſucceſſio.

(*a*) Civitas *electiva* eſt, in qua perſona ſingularis ita e gitur, ut ea deficiente pro arbitrio ſubſtituatur a per novam electionem.

(*b*) *Succeſſiva*, in qua in locum decedentis alia ſubrogat citra electionem, nempe ſecundum leges ſuccedendi a te ſtabilitas, uti ſi primo non ſola perſona impera tis, ſed tota eius familia electa eſt: dein ſi alteri cer perſonarum generi ius ſuccedendi affixum eſt, ſiquis imperium cum iure alienandi, ſibique ſucceſſ rem deſignandi obtinuit.

(*c*) *Mixta*, in qua ſucceſſor non pro arbitrio, ſed certa duntaxat familia eligi poteſt, aut cum ſucceſſ præcedente electione confirmanda eſt.

(*d*) Hi modi imperium acquirendi in monarchiis obſc ritatem non habent: ariſtocratia electiva eſt, ſi op mates, quos voluerit, cooptet populus: ſucceſſiv ſi dignitas optimatum eſt hæreditaria, ac certis du taxat familiis competit. Mixta ſucceſſio erit, ſi c certis tantum familiis, vel bonorum poſſeſſoribus op mates eligi poſſunt. Siqua in democratia non a competit ius ſuffragii, quam civibus *originariis*, a qu-

quodammodo ſucceſſiva eſt; ſin & *adſcititiis*, electivæ ſimilis.

(1) §. CXCVII. (a.)

(2) Grotius de I. B. & P. L. II. C. III. n. 2. „*Dicet*, in„quit, *fortaſſe aliquis, conceſſione ſervitutis, conſtitutione* „*gnoris aliquid originarii acquiri: ſed recte expendenti* „*parebit, id ius novum non eſſe, niſi modo. Nam vir*„*te ipſa inerat in dominio domini.*"

(3) Syſt. Iur. publ. univ. P. I C. II. §. 8. in nota. *Sed id non aſſentimur viro doctiſſimo, quod imperium modo quirendi originario ac primitivo acquiri poſſe doceat* P. I. C. V. §. 1.

§. CCVIII.

Quia in civitate electiva imperium ſoli perſonæ Imperantis inhæret, non poteſt is ſucceſſorem populo obtrudere, nec futuri alterius Imperantis electionem impedire; a ſucceſſore tamen deſignato in regimine turbari non debet. Ad ius electionis populo competentis pertinent alia quoque iura.

a) Electioni adiici poſſunt certæ conditiones, ſeu *capitulationes*, ex quibus leges fundamentales prodeunt.

b) Ius eligendi transferri poteſt in certas perſonas, quæ *Electores* nuncupantur; qui vel iure delegationis, vel iure proprio, ſed populi tamen nomine eligunt. Electionis etiam requiſita intuitu perſonæ eiusque qualitatum, vel loci, temporis, aut ſuffragiorum definiri poſſunt; quibus non obſervatis electio non cenſeatur legitima. Ceterum ſolo conceſſo iure eligendi non comprehenditur ius faciendi capitulationes, niſi aliunde id probetur.

c) Effectum non ſortitur electio, niſi acceptetur. Facta acceptatione inter electum & eligentes pactum oriri concipitur.

 §. CCIX.

§. CCIX.

Civitas ſucceſſiva ex lege, vel quacunque d ſpoſitione fit, per quam ſucceſſio prædefinitur; t citurque ſucceſſio *patrimonialis*, ſi pendet ex volu tate expreſſa vel præſumta anteceſſoris, qui imp rium cum iure alienandi obtinuit. Si patrimonia non ſit, ſucceſſio ex conſenſu populi ad familia primi acquirentis delata eſt, vel alia ſuccedendi r tio præſtituta, veluti ſi ſenior civis, aut ſenioris lius ſint vocati. Priore caſu ſucceſſio, quæ pat monialis non eſt, dicitur *familiaris*, ſeu hæredi ria iure familiæ, altero *non familiaris.* In famili ſucceſſionis genere alia iterum eſt ſucceſſio *gradu lis*, alia *linealis*: prior eſt, in qua non attenta neæ ratione ſola propinquitas gradus ſpectatur, qua ſuccedens ad primum acquirentem, ac ultimum p ſeſſorem habet, prout alterum præ altero per leg fundamentales definitum eſt: altera, nempe lin lis, ex lineæ prærogativa pendet, ita ut regnum uno ad alterum devolvatur in linea recta, eaque d ficiente tranſeatur ad aliam ceteris propiorem. H ipſa demum linealis ſucceſſio dividitur in cogn ticam, agnaticam, mixtam. *Cognatica, ſeu Caſtella* eſt, in qua primogenitus quidem ſecundo genitu & mas eiusdem lineæ omnes fœminas indiſtin excludit: aſt maſculis deficientibus fœminæ in ſu ſidium vocantur, etiam præ maribus ſecundæ line *Agnatica vel Salica* eſt, in qua fœminæ & ex s

nai,

ti, etiamſi mares, perpetuo excluduntur: *mixta ſeu arbonenſis vel Auſtriaca*, in qua fœminæ non niſi ſt omnes quarumvis linearum mares admittunr. (1)

(1) *Cum SS. Canones quamvis ſpeciem hæreditariæ ſuc-ionis averſentur, iſta pluribus evolvere, nihil attinet.*

§. CCX.

Imperium civile amitti poteſt intereunte civitae, aut ea incolumi perſiſtente. Etſi enim polus aut communitas mori non dicatur, quatenus n aut facultatem in ſe habet, deficientibus memis alia nova atque alia ſurrogandi; tamen caſu exordinario fieri poteſt, ut ipſa illa vis ac veluti proctiva facultas extinguatur; ut adeo non modo mines ſinguli, ac familiæ ſeu ſtirpes, ſed etiam nanes, ac reſpublicæ & monarchiæ mortalitati ſubeant. Sola migratio populi alias terras quæren-, ſeu voluntate ſeu neceſſitate ſuſcepta ob inediam t vim hoſtium, nec unionem & communionem iu-, nec imperium civile tollit, uti nec poteſtas paſfamilias aut heri, ſi veterem habitationem comtant, extinguitur. (1) Multo minus mutata exna tantum regiminis forma, prior civitas eſſe deit; cum primævum unionis pactum ob eam cauſn non ceſſet. Hiſce prænotatis.

1) Imperium civile amittitur intereunte civitate per mortem veluti naturalem, uti cum populus incendiis, exundationibus aquarum, ferro hoſtium ad internecionem deletur: aut civilem, uti cum cives omnes li-

libertatem naturalem amittunt, aut ita diſtrahuntu ut nulla corporis ratio relinquatur; dum vel ſpor diſcedunt, aut vi hoſtium diſperguntur, ut por convenire non poſſint; quid? ſi pauci reliqui ſint iſtiusmodi clade, caſuve? Reſpondet Puſendorfi ſi alio præter bellum caſu ad paucitatem redacti, tantiſper contra exterorum invaſiones tueri poſſu donec iterum in numerum iuſti populi allectis a ſeſe ſuppleverint, non video, quare prioris p puli iura ſibi aſſerere nequeant; præſertim cum nu dum ſit definitum, quotnam patresfamilias ad po lum requirantur; & ab initio, cum genus human in populos diſcederet, ſat exiguus numerus popul fecerit. (2)

(*b*) Si manenti populo plena & perfecta iuris commu adimitur, isque in alterius civitatis ditionem redi tur, tunc per unionem iſtam incorporativam ce civile imperium; quod non item fit, ſi amica & æq li conventione, duo ſe uniant populi, atque in un rempublicam concedant; tum enim neutrius iura an ti, ſed duntaxat communicari cenſentur, uti in ſi li familiarum unione accidit.

(*c*) Subſiſtente populo deſinit imperium extincto Im rante in regno electivo, aut extincta familia reg trice in ſucceſſivo; priore caſu fit interregnum or narium, altero extraordinarium. Eſt autem *inter gnum* ſtatus inter diſceſſum defuncti Imperantis & e ctionem novi intermedius. Si in amentiam aut rorem Imperans incidit, ut nulla ſpes ſit, eum ad nam mentem rediturum, pro mortuo habetur.

(*d*) Alii præterea a tractatoribus Iuris publici aſſign tur modi, quibus ex parte Imperantis civile im rium deſinit; iſtiusmodi ſunt *abdicatio* ſimplex, qualificata ſeu coniuncta cum translatione iuris alium: *Clauſula*, vel *lex commiſſoria*, quæ eſt pact Imperantis cum civibus initum, ut violatis legi fundamentalibus imperio cadat. Quo caſu neceſſe deſignari quosdam & poteſtate inſtrui, qui pro cu legum violatarum de illo facto cognoſcant, & p nuncient. Sola violatio legum fundamentalium tra caſum iſtius clauſulæ Imperantem iure ſuo p

vare non poteſt. Neque enim inde inferri aliud poteſt, quam eundem plus iuris ſibi arrogaſſe, ac ipſi competebat; ex quo inferri nequit, eum iura, quæ habuit, reipſa amiſiſſe „Etiam *depoſitionem* a „ſubditis attentatam, inquit Martinius, (dethronizatio„nem vocant), ad modos amittendi imperii referre ali„qui non dubitant. Quum tamen ſubditi iudicium ſibi in „Imperantem arrogare nunquam poſſint; ille vero, „qui totam civitatem evertere molitur, eoipſo fu„rore aut dementia correptus eſſe videatur, ut eum „non iam deponi, ſed velut incapacem cuſtodiri opor„teret; evidens eſt, depoſitionem ad modos, quibus „maieſtas pereat, minime pertinere. Neque magis „error, malitia, aut dolus in religione commiſſus „Principem throno deiicit; quod nemo in terris eo „civiliter ſit ſuperior; atque licet peccet, modo „alios non lædat, iure ſuo aut rebus privari nequeat. „Sed & illi, qui licitam putant eſſe reſiſtentiam, pro„pterea & depoſitionem admittere neceſſe non ha„bent, quod ab illa ad hanc nulla valeat conſecu„tio." (3)

(3) Quid de caſu ſupervenientis uſurpatoris ſentiendum ſit, citatus auctor diſtincte exponit in hunc modum: *Uſurpator* vel *invaſor* is dicitur, qui ſine iuſta belli cauſa, vi vel dolo maieſtatem ſibi præripere conatur, qualis etiam, ut a tyranno ſeparetur exercitio tali, *tyrannus titulo tenus* dici ſolet. Hic ſi ſit extraneus, *invaſor* in ſpecie, ſi ſubditus, *rebellis* eſt. - Cum ex ſola maiori virium phyſicarum quantitate fortior facultas moralis haud intelligatur, nec detur ius victoriæ, niſi acceſſerit pactum pacis; conſequens eſt, ut ſecuta invaſione ac uſurpatione totius territorii, propterea non deſinat civile imperium, ſed tantum eius impediatur exercitium, donec inita pace & ipſi civitatis regimini legitime fuerit renunciatum. Quia vero rex eiectus rempublicam adminiſtrare nequit, ideo ſubditi, qui ſeſe invaſori ſubiecerunt, ubi is in quieta fuerit poſſeſſione, eidem tenentur obedire non quidem ex invaſoris iure, quod nullum eſt, ſed ob univerſale bonum; ex quo ille etiam, qui ius imperandi habet, velle non poteſt, ut populus intereat potius, quam invaſori ſe ſubmittat. Quare & vi obligationis rectoriæ tenetur iuramentum fidelitatis in-

terim non urgere. Quamprimum autem ſubditi Imperante defendi poſſunt, iam obligabuntur ad eu redire; quia iuri alteri quæſito in perpetuum præi dicare nequeunt - - itaque fides invaſori data ius l gitimi regis minime tollit, ſed propter conflictum o ligationis ſe conſervandi cum obligatione rectori vitatis, qui ius ſuum exercere nequit, præſtandi c dientiam, ita fieri oportet exceptionem, ut min malum maiori præferatur. Sane ſi pereat populus, i quoque Imperantis penitus extinguitur; ſi autem v tandi interitus cauſa obediat uſurpatori, ſpes tam affulget legitimo regi, ut mutato rerum ſtatu, p ſtina maieſtatis iura exercere poſſit. Inde intelligit an & quando uſurpator iure occidi queat. Si en ipſa duret invaſio, omnia belli iura in extrane aggreſſorem exercere, contra civem rebellem v ſimul executionem iuris puniendi, non minus, qu contra viarum graſſatorem cuilibet committere li bit. Poſtquam autem invaſor iam rerum potitus & armata populi deſiit reſiſtentia, ſtandum omn erit expreſſo vel tacito parendi pacto, neque qu quam hoſtile interea tentandum. Quare lex fun mentalis, aut expreſſum regis eiecti mandatum t demum valebit, ſi invaſor quieta imperii adminiſ tione nondum utatur. Hactenus Martinius. (4)

(1) Poſit. de Iure civ. §. CCCCLXXVI.

(2) De I. N. & G. L. VIII. C. XII. §. 8.

(3) De Martini §. CCCCXCVIII. ſeq.

(4) Ibid. §. D. ſeq. Conf. Grot. de I. B. ac P. l. I. C. §. 16. 19.

CAPUT IV.

Imperio & ſtatui civili reſpondent obligationes & i ſubditorum.

ARGUMENTUM.

§. CCXI. Notio & principium iurium & obligationum civilium publicarum. CCXI. Iura civilia publica. CCXI. b-

Obligationes civiles publicæ erga Imperantem: CCXIV. erga communitatem: CCXV. erga ſingulos cives. CCXVI. Subiectio civilis quomodo oriatur, ac ceſſet.

§. CCXI.

Inane ac nullum eſt imperium, cui nulla ſubie-
o, nulla parendi obligatio reſpondet; quia vero
biectio & obligatio parendi ab iis, qui in civilem
eunt ſocietatem, non mere in commodum homi-
s privati, ſed ob finem ſuæ cuiusque civis ſe-
ritatis & commoditatis ſuſcepta eſt, idcirco ſubdi-
ac civibus ſua etiam iura enaſcuntur, oriturque
tus adventitius civilis, cuius iura & obligationes,
iatenus ex notione ac fine, ſeu ex natura civitatis
oveniunt, nuncupari poſſunt *iura civilia publica*,
obligationes civiles publicæ. Ea iura, eæque obli-
itiones ſpectari poſſunt relate ad ſummum Impe-
ntem, vel ad totam communitatem, vel ad ſingu-
s cives; ſic tamen, ut qualitas ac vis tum iurium,
m obligationum ex notione ac fine ſocietatis ci-
lis determinetur; in quibus eorundem principium
um eſt.

§. CCXII.

Qui aſſumto civili ſtatu partem libertatis abdi-
irunt, id nempe agebant, ut aliam partem po-
orem ſervarent ſartam tectam, utque a violentiis,
audibus, oppreſſione hominum improborum liberi
tuti eſſent. Iidem admiſerunt inæqualitatem, ut

iuris æquabilitate fruerentur: denique ſeſe communi ſubiecerunt imperio & adſtrinxerunt civili nexu, ut officia aliorum erga ſe imperfecta certius conſequerentur. Igitur abdicata libertatis parte, admiſſa inæqualitate, & inito nexu, tanquam pretio aut pacto oneroſo, acquiſierunt certa iura; ac primo,

(*a*) *Relate ad Imperantem*; ut ab eodem defendantur quoad vitam ac membra, libertatem, bona, honorem, ac ſiquam paſſi ſunt iniuriam, indemnes præſtentur.

(*b*) *Quoad totam communitatem*; ut communium bonorum civitatis, & privilegiorum fiant participes, atque in communione ac ſocietate civili tanquam pars in corpore permanendi ius habeant.

(*c*) *Relate ad ſingulos*; quorum officia erga alios imperfecta in ſtatu civili perfecta evadunt, ſic ut cog poſſint ad erogandam eleemoſynam, conferenda ſubſidia, admittendos in ædes ſuas alios, quorum habitatio incendio vel inundatione, aut terræ motu inte riit. (1)

(*d*) Qualitas horum iurium primo in eo conſiſtit, u perfecta quidem ſint relate ad ſingulos cives, no tamen vi privata, ſed actione & via iudiciaria extor queri debeant: contra Imperantem vero ius coacti vum nullum ſuppetat; cum id & ipſi excellenti ſummi imperii & publicæ tranquillitati repugnet: dei ut ſalus vel commoditas totius corporis ſaluti a commoditati partis præferatur; quæ quidem rati non eo pertinet, ut civis innocens ullo caſu vi privari, ſed, ut quidem putant, hoſtibus eunde tradi poſcentibus conſignari poſſit, ſi prudens ſpes ſit excidium civitatis inde evitatum iri. (2)

(1) *Exemplum extat* l. 2. §. 5. D. *de aqua, & aqu pluv. arcendæ. Ubi vis aggerem, qui in vicini fundo erat deieciſſe dicitur, indeque effectum eſſe, ut aqua pluvia mi noceret; quocirca dubium exiſtebat, poſſemne vicinum coge aquæ pluviæ arcendæ actione, ut aggerem vel ipſe reponere v*

..eponi ſineret. Reſpondit Iureconſultus Paulus, „neminem „..idem cogi poſſe, ut vicino proſit; ſed ne noceat, aut „..erpellet facientem, quod iure facere poſſit, - - hæc æqui- „..s ſuggerit, etſi iure deficiamur.“

(1) Conf. Schrodt ſyſtem. Iur. publ. univerſ. P. III. C. II. §. VI. *Etiam lupi canes ſibi ab ovibus tradi poſtu-la..nt obtentu pacis, revera, ut liberius in gregem ſævirent; ..irco, quid alii putent, edixi. Cum enim nihil tam ..romtu ſit, quam publicam ſalutem & neceſſitatem obten-d..e; ea doctrina hominum innocentum fortunas ac caput in d..rimen videtur adducere. Conſtat ex hiſtoria eccleſiaſtica, q..d cum Athanaſio, imo ex ſacra conſtat hiſtoria, quid cum ..i Dei actum ſit prætextu publicæ ſalutis.* Ioan. XI. 47. 48.

§. CCXIII.

Obligationes ſubditorum erga Imperantem redu-c..tur ad obedientiam & fidelitatem, ſuntque p..fectæ, quæ a ſubditis vi extorqueri poſſunt, & ..oque in genere tum negativæ, tum affirmativæ.

a) Negativa obligatio in eo maxime ſita eſt, ne vi re-ſiſtatur Imperanti, etſi dura, & iniuſta præcipiat, vel innocentem affligat; (1) ne quis obicem ponat ſummo imperio: ne fidem ſubditorum ſolicitet: con-ſilia hoſtibus civitatis prodat. Officiis negativis re-pugnat *crimen læſæ maieſtatis* in genere, quo adverſus iura maieſtatica, & conſequenter contra perſonam eius, cui maieſtas inhæret, a ſubdito quidquam com-mittitur: in ſpecie crimen læſæ maieſtatis eſt, quo contra dignitatem Imperantis quidquam agitur, ac proinde contra reverentiam eidem debitam: eodem gravius eſt *crimen perduellionis*, ſeu machinatio, quæ animo hoſtili fit in interitum Imperantis vel everſio-nem civitatis. *Rebellionem* movet, qui animo doloſo, ac directe armis, tumultu, conſpiratione ſecuritatem ac quietem civitatis turbat. Rebelles bellum gerunt late dictum, quod nomine *ſeditionis* venit: qui Impe-rantis præcepto non paret dolo malo, *contumax* vo-catur. Contumacia quidem obedientiæ maxime refra-gatur, quæ in eo conſiſtit, ut ſubditus voluntatem

ſuam

ſuam Imperantis aut Superioris voluntati ſubmittat at fidelitatis, quæ in tenenda fide ſubiectionis ſita eſt, obligatio negativa prohibet, ne ſubditus novis rebu ſtudeat, ac ne ſtatum reipublicæ convellat. Crime læſæ maieſtatis eiusque ſpecies vocatur *exceptum* eo quod ſpecialia de illo ſtatui ſoleant, & ver debeant. (2)

(*b*) Officia affirmativa ſubditorum eo pertinere non poſſun ut contra ius divinum ac naturale quidquam commit tatur iuſſu Principis. Nam *obedire oportet Deo magis quam hominibus.* (3) In dubio præſumtionem pr iuſtitia legis aut præcepti ſtare, recetpa ſententia eſ Spectat igitur obedientia tum ad obſervandas leges tum iuſſa ſingularia exequenda, per quæ ſubditis ne gotia vel munera aut officia civilia demandantu Officia affirmativa fidelitatis in defenſione Imperant ac civitatis contra hoſtes ac rebelles & perduell maxime elucent. (4)

(1) Ambroſ. in pſalm. L. ſive in Apologia David. d centis: *Tibi ſoli peccavi*, *ita ſcribit*: „*Rex utique erat* „*nullis ipſe legibus tenebatur: quia liberi ſunt reges a vin* „*culis delictorum; neque enim ullis ad pœnam vocantur leg* „*bus, tuti imperii poteſtate. Homini ergo non peccavit; c* „*non tenebatur obnoxius. Sed quamvis tutus imperio; d* „*votione tamen ac fide erat ſubditus.*" Conf. I. Petr. I 17. & ſeq. *ubi argumentum ab imperio domeſtico ad civ le, tanquam a minore ad maius, poteſt elici. Celebres ſu de hac re apologiæ Patrum ac Scriptorum Eccleſiaſticoru primæ ætatis pro Chriſtianis, eorumque patientia ac fi erga Imperantes, a quibus diriſſime vexabantur. Eiusmo ſunt Apologeticum Tertulliani, Apologia Iuſtini.*

(2) *Talia ſunt* 1. *cognitio privativa ſummæ poteſta competens.* 2. *Ratio extraordinaria inquiſitionis.* 3. *Proceſſ ſummarius.* 4. *Punitio conatus & conſciorum.* 5. *Afflict deſcendentium.* 6. *Severitas ſingularis pœnarum.*

(3) Act. V. 29. *Iudicent per me viri æquitatis amante & quibus ſacroſancta religio cordi eſt, iuſtene oratores ſacr qui pro veritate religionis ac ſalute immortalium animoru decertant, paſſim rebellionis accuſentur, an potiore iure ta quam rebelles erga ſanctam Eccleſiam & ſchiſmatum auct*

r

r arguendi ſint ii, qui omnes occaſiones captant, ſæculares ncipes contra Eccleſiæ miniſtros concitandi, in invidiam andi homines optimos, ac veræ religionis, rerumque di- rum ſtudioſiſſimos.

(4) Numeror. XXXII. 6. 17. 18. Ioſue I. 16.

§. CCXIV.

Obligatio ſubditorum erga communitatem tim negativa eſt, ne quis obſit ſecuritati ac nmoditati civium; partim affirmativa, ut eandem m promoveat per bona ſua, per operas, per nera publica, conſilia, ipſa vitæ pericula; & madmodum homo non ſibi tantum, ſed aliis que hominibus natus eſt; ita civis non tam ſuo, m civium commodo vivit. Ex his deducitur

1) Ratio imperii eminentis, ac generalis obligatio, privatas utilitates poſthabendi publicæ, ſtudiumque conſervandi nexum civilem, unionem animorum ac virium, ſtatumque priſtinum ac formam civitatis, quæ ſine maxima perturbatione & extrema multorum calamitate vix ac ne vix quidem immutari poteſt: *omne regnum diviſum contra ſe deſolabitur: & omnis civitas vel domus diviſa contra ſe non ſtabit.* (1)

) Obligatio quoad operas & munera publica; quo pertinent 1. *angariæ & parangariæ* ſitæ in obligatione gratis præbendi equos & plauſtra ad exercitum, annonam militarem, tabernacula militaria, ceteraque inſtrumenta bellica ad deſtinatum locum transvehenda. 2. *Metatio*, quæ eſt obligatio, perſonali hoſpitio excipiendi milites; idque vel in nuda militis receptione ſitum eſt, vel coniunctum cum aliqua erogatione. 3. *Albergaria*, conſiſtens in gratuita præſtatione hoſpitii, eſculentorum & poculentorum in publicum uſum. 4. Operæ varii generis gratis præſtandæ e. g. ædilis, & quæ ſpectant ad componenda vel reſtituenda munimenta territorii.

(c)

(*c*) Obligatio defendendi rempublicam contra hoſtes armis, & vigiliis, tenendo ſtationem etiam cum aperto vitæ diſcrimine, dando ſe obſidem. Nihil turpius eſt, quam eiusdem civitatis alios ſocios laborare, decertare, pro patria bona, membra ac vitam dare, alios eodem tempore, luxu ac mollitie diffluere. (2)

(1) Matth. XII. 25. Luc. XI. 17.

(2) Conf. Numeror. XXXII. 6. 17. 18. II. Reg. XI 12. ſeq.

§. CCXV.

Officia hominis erga hominem in ſtatu adventitii civitatis tum confirmantur novis rationibus ex nexu civili depromtis, tum determinantur, quando per naturam ſatis determinata non ſunt. Etſi enim ſubditus a ſubdito non pendeat, tamen uterque communi Imperanti ſubeſt, & communi nexu ad mutua commoda conſtrictus eſt; quo fit, ut libertas naturalis non paucis capitibus reſtringatur. Hinc

(*a*) In ſtatu civili ceſſat vis privata perſequendi ius ſuum. Elegans extat hac de re decretum Marci Imperatoris: *Cum Marcianus diceret, vim nullam feci: cæſar dixit tu vim putas eſſe ſolum, ſi homines vulnerentur? Vis eſt & tunc, quoties quis id, quod deberi ſibi putat non per iudicem repoſcit. Non puto autem nec verecundiæ nec dignitati tuæ convenire, quidquam non iure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam, ſine ullo iudice temere poſſidere, eumque ſibi ius in eam rem dixiſſe, ius crediti non habebit.* (1)

(*b*) Abſtinendum ab iis, per quæ civium mores corrumpuntur, concordia tollitur, factiones conflantur, difficultas annonæ inducitur; quo pertinet prohibitio collegiorum illicitorum, monopoliorum &c. fuga otii, luxus &c.

c) Felicitatis ac honoris ſui partem maximam in eo ſitam ſibi perſuadet civis, ſi civium felicitati ac honori re & opera conſulere per ſe ac ſuos poteſt.

(1) l. creditores 7. D. ad leg. Iul. de vi priv. Idem decretum Marci habetur in l. 13. D. quod met. cauſ.

§. CCXVI.

His explicatis ſubditorum iuribus & obligationibus, quæ ex notione, ac fine civitatis, ac natura ſubiectionis civilis dimanant, indicari debet, quomodo ea ſubiectio oriatur, ac finiatur, ſeu qua ratione ſubditus incipiat, aut deſinat eſſe.

a) Oritur ſubiectio civilis cum ipſa civitate per *pactum unionis, ac ſubiectionis.* Homagium ſubiectionem non tam primo producit, quam productam confirmat; non enim ideo ſubditus eſt, quia iurat; ſed iurat, quia ſubditus eſt. Civitate iam conſtituta oritur per *nativitatem*; liberi enim ſtatum ac conditionem patris cenſentur ſequi. Igitur cenſentur naſci civitati, cuius ſocius eſt pater: per *receptionem* hominis, qui ſui iuris eſt vel ex ſtatu naturali vel ex alieno territorio: per *habitationem*, ſeu domicilium. In theſi obtinet regula: *qui in territorio eſt, cenſetur eſſe de territorio.* Hæc tamen præſumtio cedit veritati comprobatæ de exemtione. Uti perpetua habitatio perpetuam, ſic temporaria temporariam ſubiectionem parere dicitur; vocanturque tranſeuntes, ac peregrini ſubditi temporarii; quod ſuo modo admitti poteſt quoad leges, quæ peregrinos afficiunt. Nam ut dictum eſt ſupra (1), qui fundum vicini ingreditur, non continuo eiusdem ſubditus fit.

b) Ceſſat ſubiectio *emigratione*, quam, niſi ſingularis ratio, aut lex obſtet, in genere licitàm putant inſignes Iuris publici tractatores, ſed præſtitis præſtandis, quod ipſi fatentur. (2) Ceſſat dein *per exemtionem*, qua fit, ut quis ſit in territorio, non autem de territorio. Ea exemtio ſuos gradus ac limites varios habere poteſt: per *eiectionem ſubditi*, vel relegationem;

nem; quæ cum in pænam fiat, delictum præcontin Sicui ſubdito a civitate vel Imperante ſubtrahit defenſio, aut abeundi conſilium ſecreto datur, ſi delicto cauſa publica & rationabilis requiritur. Oſtr ciſmum non pro naturali incommodo, ſed morbo vitio democratiæ multi habent.

(c) Huc referri poteſt quæſtio de uxore, liberis ac ſu ditis Imperantis, utrumne in numero ſubditorum ſir quod generatim ægre definiri poteſt; quia Sum imperii aliter atque aliter ad unum defertur; de ſo enim ſtatu monarchico controverſia habet locu In regno electivo ſolius Imperantis induſtria cen tur electa; proindeque uxor, liberi, conſanguin quos electio non afficit, in numero ſubditorum h rent. Si quis Imperans pluribus ac diverſis civit bus præeſt, certe liberi, uxor, ac conſanguinei n omnium earum civitatum ſubditi ſunt. Si popu abdicatum a ſe imperium in totam aliquam famili transtulit, putant non nulli, eam totam familia perinde ac perſonam regni electivi, in ſtatu libert naturalis fuiſſe repoſitam; unde qui de familia ſu aut exemti, aut ſubditi primæ claſſis habent Ceterum idem homo diverſis civitatibus ſubeſſe po eodem tempore quoad bona in diverſis territoriis ſi non vero quoad perſonam, niſi in rebus & actio bus, quæ conciliari inter ſe & una ſtare poſſunt, modo, quo quivis tum civili imperio, tum eccle ſtico ſubiacet; quorum alterum ab altero independe atque utrumque in ſuo genere ſummum eſt.

(1) §. CCXV. (a)

(2) L. B. de Kreittmayr Iur. publ. Univ. §. 37. Bœh Iur. P. Univ. Parte Special. L. III. C. II. §. 18. Grot. de I. ac P. L. II. C. IV. §. 24. Conſentit Pufendorf. de I. N. & L. VI. C. II. §. 13. *mira eſt argumentatio, qua Schrod utitur, diſſentiens hac parte*, in Syſt. Iur. publ. Univ. P C. III. §. 26. in not. *Ius expellendi ex parte Imperantis, ius emigrandi ex parte ſubditorum ſunt duo correlata: vero penes Imperantem non reſidet ius expellendi ſubditum culpa: ergo etiam ſubdito non ſupereſt libera facultas e grandi absque conſenſu Imperantis. Siqua eſſet conſent proportio, utrinque conſenſus, vel utrinque cauſa alia q cunque debuerat poni. Nunc vero diſparata ponuntur.*

ratio & comparatio locum habet, perinde ac ſi dice- : miles ſine conſenſu Imperatoris a ſignis diſcedere non ſt: ergo nec Imperator militem poteſt dimittere.

CAPUT V.

a & obligationes Imperantis ac ſubditorum proxime ſeſe exerunt circa ſecuritatem internam, & externam civium, & civitatis.

ARGUMENTUM.

CCXVII. Notio ſecuritatis internæ, & Politiæ. CCXVIII. Quid eidem obt. CCXIX. Articuli Politiæ. CCXX. Alii. CCXXI. aliique. CCXXII. Securitas externa.

§. CCXVII.

Familiæ, ex quibus civitas coaleſcit, relate ad erantem non perinde ſe habent, uti milites re- ad ducem, vel domeſtici relate ad patremfami- ; nam & illis a duce, & his a patrefamilias ſe- uppeditantur, & aſſignantur ea, quæ ad victum, itum, habitationem neceſſaria ſunt. At ſingu- amiliæ, ſeu patresfamilias de his ipſi ſibi, ſuis- providere coguntur. In quem finem opus eſt ltis laboribus, opificiis, artibus, commerciis, etiam ſubſidiis, & opportunitatibus, ut tuto commode providere ſibi ſuisque poſſint: quod m ſecuritatem perſonarum quoad vitam & mem-, & actionum ſeu libertatis ad eum finem neceſ- æ, deinde exiſtimationis, ac bonorum poſcit. terminatio eorum mediorum, per quæ ſecurita-

ti civium quoad perſonas, libertatem, exiſtimationem, bona ac media ſeu ſubſidia vitæ comparanda conſulitur, *Politia* nuncupatur, quæ in interna civitatis conſtitutione ſita, ac velut anima civilis corporis eſt. Hæc *interna* ſecuritas alia eſt *publica* quæ civitatem qua perſonam moralem afficit, quando periculum non eſt, ut nexus civilis convellatur, forma civitatis turbetur, imperium civile conculcetur, vel enervetur; alia eſt interna ſecuritas *privata* reſpiciens ſingulorum civium perſonas, libertatem, bona, honorem, iura comparandi media ac ſubſidia vitæ. Securitas *externa* ab extraneis hoſtibus & machinationibus & cives & civitatem tutam præſtat. Ideam iſtiusmodi ſecuritatis ſacræ literæ ingerunt locis pluribus. (1)

(1) Iſa. XXXII. 1. 2. 17. 18. & III. Reg. IV. 20. 25.

§. CCXVIII.

Securitati internæ obſunt factiones, concurſiones, publicæ murmurationes, contemtus magiſtratuum, libelli famoſi contra eosdem, ipſorum militum, ac ducum, per quos ea conſervanda eſt, ferocia & contumacia, importuna auſteritas & inexpugnabilis pertinacia Imperantis. (1)

(1) Conf. III. Reg. XII. & I. Reg. X. 27.

§. CCXIX.

Quando plures ſocii, iique induſtrii ac probi vires ſuas coniungunt; tunc non modo externæ ſecuritat

ti , ſiquis extraneus hoſtis imminet, ſed etiam in-
tnæ privatæ magis conſultum eſt; eoquod labore, aibus, opificiis, agricultura, aliisque generis iſtius ndiis neceſſario augeri rerum copia & ſufficienti debeat. Quapropter ſequentia politiæ capita huc prtinent.

1) Providendum, ut aptis mediis intra iuſtum gradum conſervetur, & augeatur numerus ſubditorum. Nam *in multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia Principis.* (1) Id ſapiente ac leni regimine multo citius obtinetur, quam obviis admiſſis coniugiis. Nam *Rex inſipiens perdet populum: & civitates inhabitabuntur per ſenſum potentium.* (2)

2) Eum in finem vitæ civium conſervandæ, ſalubritati locorum, removendis periculis peſtilentiæ &c. provideri neceſſe eſt; unde leges proveniunt contra infanticidia, procurationem abortus, duella, ludos periculoſos, rixas, homicidia, latrocinia, venena, vagam libidinem &c.

3) Educatio iuventutis, informatio in artibus & opificiis, aſſuefactio ad labores, fuga otii &c. id efficere debent, ne cum vita civium civitatis quoque vita deficere, aut languere incipiat. Singularem ſolicitudinem merentur pupilli, orphani, viduæ, puerperæ, ægri ac debiles, calamitatibus oppreſſi nulla ſua culpa. Uti vero divina providentia ſapientiſſime diſponit, ut nunquam non verum ſit: *ſemper pauperes habetis vobiſcum*: & *non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ*; (3) ita humana providentia prudentiſſime ordinat, ut otioſa & vaga mendicabula non tolerentur. Nam *propter inopiam multi deliquerunt:* (4) & *multam malitiam docuit otioſitas.* (5)

(1) Prov. XIV. 28.

(2) Eccli. X. 3.

(3) Marc. XIV. 7. Deuteron. XV. 11.

(4) Eccli. XXVII. 1.

(5) Eccli. XXXIII. 29.

§. CCXX.

Vitæ & incolumitati conſervandæ inprimis ne ceſſarius eſt victus, veſtitus, habitatio. (1) Urger tè Ægyptios fame, a rege alimenta petunt: (2) ne que communi inopiæ depellendæ pares ſunt ſingu patresfamilias; unde communi imperio & coniur ctione virium opus eſt. Igitur obiecta politiæ ſun

(*a*) Sufficiens copia rerum ad vitam maxime neceſſ riarum: leges ædiles: contra luxum aut laſcivia veſtitus: nundinæ: opificia: agricultura: res pecu ria, res monetaria, commercia tum *interna*, quæ à civibus inter ſe exercentur, tum *externa*, qu cum gentibus aliis aut peregrinis fiunt; in quibu alia *activa* ſunt, alia *paſſiva*, uti per mercium expo tationem fiunt, aut importationem. Sed cum eade coniuncta ſint cum periculo fraudum; (3) Impera tis eſt, ſalubritate & æquitate legum præcavere ci ca pretia rerum, menſuras ac pondera, iniquos uſurarios contractus. (4)

(*b*) Præcautiones contra incendia, inundationes & per cula fluminum: contra furta, rapinas, deprædatione luſus.

(1) Eccli. XXXIX. 31.

(2) Gen. XLI. 55.

(3) Eccli. XXVII. 2.

(4) Prov. XX. 10. ibid. XI. 1.

§. CCXX.

§. CCXXI.

Securitati civium ſola vi coactiva legum nunquam ſatis cautum erit, niſi morum honeſtate, probitate, ac graviſſimo religionis vinculo in officio contineantur ſubditi. De religione capite proximo agetur; huc vero ſpectat,

(*a*) Ut diſſolutioni morum, ut licentiæ & protervitati hominum improborum, ut iniuriis, maledicentiæ ac calumniis ſeveræ leges inſtar aggerum opponantur; ac cohibeatur diſſipatio patrimonii, temperentur compotationes; quæque ſunt generis iſtius:

(*b*) Ut libertatem civilem, quam leges naturæ ac civitatis reliquam fecerunt, contra vim potentum etiam imbecilliores ſalvam teneant favore & patrocinio legum. Unde & patriæ, & herili poteſtati aliquando limites ponendi ſunt; neque permittenda coacta matrimonia, quæ difficiles habere exitus ſolent.

(*c*) Ferenda non ſunt clandeſtina civium conventicula, eoque minus, quo maiore pertinacia occultari volunt conſilia ſua, ſtatuta, negotia; *Omnis enim, qui male agit, odit lucem; & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera eius; quia in Deo ſunt facta.* (1)

(1) Ioan. III. 20. 21. Martin. Poſit. de Iur. civit. §. XCVIII. & ſeq. Schrodt. Syſt. Iur. publ. univerſ. P. II. C. IV. Sonnenfels Princip. Politiæ. n. 59. 60.

§. CCXXII.

Ut ab externis hoſtibus tuta ſit civitas, pro temporum ratione ſæpe locum habet illud effatum Servatoris: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet.* (1) Quapropter pacis ſtu-

dio bellum apparandum eſt. Hinc dubium non e, quin media ad eum finem neceſſaria penes ſummu imperium civile ſint,

(*a*) Ceu ius inſtruendi arma, adornandi armamentar ius legendi ac conſcribendi milites, tum terreſtr, tum navales, tum lectos, id eſt, cives vi ſubiect nis civilis ad militiam adſcitos; (2) tum ſtipendiar ſeu conductitios, qui mercede conducuntur. In ius iuris uſu pacta ſingularia, dein humanitas, ratio temporis ac neceſſitatis ſpectanda ſunt. Eod pertinet ius ordinandi diſciplinam militarem, ius gendi granaria & æraria militaria, ius aſſignandi ſpitia militum perſonalia; quod vocant ius metat nis.

(*b*) Ius fortalitii, ſeu munimenti, quod ſecuritati pu cæ inſervire, hoſtemque repellere valet; eumque finem a ſubditis exigendi operas, collectas, eti fundos &c.

(1) Luc. XI. 21.

(2) I. Reg. XI. 7. 8.

CAPUT VI.

Multiplex inter res civiles & eccleſiaſticas differen Sunt tamen momenta graviſſima, itemque media, iuſti modi, quibus poteſtas civilis attingit negotia Religionis.

ARGUMENTUM.

§ *CCXXIII. Differentia inter ſocietatem civilem, & Eccleſiam Ieſu Chriſti. CCXXIV. Beatitas terrena, CCXXV. cum detrimento religionis male quæſita. CCXXVI. Tituli, ex bus Imperans religion cordi & curæ habere de. CCXXVII. Binæ gener ea de re animadverſion*

§. CCXXII.

§. CCXXIII.

Quæ de origine ac notione civitatis, de natura nperii civilis, de obiectis eiusdem imperii adhuc cta ſunt, & ex communi prope Auctorum ſen- ntia dicta ſunt, ea, obſecro, memoria breviter petat, quisquis de iuribus poteſtatis ſacræ & pro- næ, atque inprimis de recentiſſimis quorundam criptorum opinionibus ex veteri Proteſtantium pe- ı depromtis rectum ferre iudicium avet. Finem vitatis, nempe internam & externam ſecuritatem, qua eiusdem origo, & indoles civilis imperii endet, capite proxime præcedenti declaravi. Eum finem Imperans tributa exigit a ſubditis, & in rarium refert: eundem in finem conſtituit officia- s, id eſt, conſiliarios & miniſtros, aut integra fficialium collegia inſtituit: utitur inſpectione, fert ges, iudicia dat, vim coactivam ſeu gladium ex- cit in homines facinoroſos & contumaces. In his mnibus nihil ineſt, quod ſupra naturam ſit, quod on æque Imperanti idololatræ, quam Chriſtiano onveniat: nihil in his omnibus iuris ſacri vel ec- leſiaſtici deprehendes, ſi totam imperii civilis am- litudinem excuſſeris. Neque id dico, Religionem n poſtremis curis eſſe debere Imperantibus; imo ihil eſt, quod, ſi ſe, ſi cives, ſi ſummum Deum ment, magis cordi eſſe oporteat, ac religionis con- ervandæ, protegendæ, ornandæ, & propagandæ udium. Id ut ordine quodam diducam, fa-

çiam, quod alii Catholici rerum publicarum trac-
tores in uſu habent, ut naturam ac proprietates
ræ Religionis, & Eccleſiæ Romano-Catholicæ
Theologis noſtris invicte demonſtratas inſtar lem
tis ſumam, paulo accuratius easdem expoſitu
in Iure publico eccleſiaſtico. Unde multiplex
ferentia religionis, ac boni civilis, Eccleſiæ &
vitatis, imperii ſacri & profani ad ſequentia ca
revocari poteſt:

(*a*) Differunt origine. Civitas aliarum temporalium ſo
tatum more ex pacto libero ſociorum eſt: Ecc
ex lege & inſtitutione Dei ac Domini Noſtri
Chriſti, qui per Spiritum ſanctum *poſuit Epiſc
regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine*
(1) Illa ergo ſocietas pactitia, voluntaria, ter
ac humana eſt; hæc vero legalis, neceſſaria, c
ſtis, ac divina. (2) Origo imperii civilis eſt a
ut auctore naturæ, neque naturæ ordinem ac li
tranſcendit: origo imperii eccleſiaſtici eſt a Deo
collatore gratiæ ſupernaturalis, proindeque long
tioris ordinis, quam ut cum re ulla tempora
comparationem venire, aut pretio comparari p

(*b*) Finis civitatis & imperii civilis eſt ſecuritas in
& externa ad vitæ quietem ac tranquillitatem. (3)
At Finis Eccleſiæ, & imperii ſacri eſt ſanctificati ani-
marum, ac beatitas ſempiterna, cultus ac glori ſu-
premi Dei longe nobilior, quam quæ naturæ vi
vel optari, nedum obtineri poſſit. Fini ſupernatura-
li media pariter ſupernaturalia reſpondere neceſſe eſt;
qualia in poteſtate civilis Imperantis non ſunt. Fi-
ni præſtantiori inferiorem cedere, rationis & natura
lex eſt. (4)

(*c*) Uti inter finem utriusque ſocietatis & poteſtat ſa-
cræ & profanæ; ſic inter media, per quæ fini ob-
tinetur, maxima diſcrepantia eſt: media determinan-
tur per leges, aliave poteſtatis exercitia; ergo his
quo-

quoque neceſſe eſt diverſitatem intercedere, uti & inter obiecta poteſtatis, ac exercitii eiusdem.

(d) Poteſtas utraque ſacra ſive eccleſiaſtica & profana ſeu civilis in ſuo genere ſumma eſt; quia neutra ſubordinatur alteri: itemque altera ab altera eſt independens, eo ipſo, quod utraque per ſe & in ſe ſpectata, ſit ſumma & ordinis diverſi. (5) Simul & civitas & eccleſia ſocietas viſibilis eſt, & inæqualis; multis tamen prærogativis non tantum ratione præcellentis finis, ſed & inſignium proprietatum eminet eccleſia; quippe *una* eſt unitate fidei, doctrinæ, capitis: *ſancta* eſt in fide ac diſciplina; ſanctosque identidem efficit inſignes: *catholica* & duratione temporis & propagatione per orbem: denique *apoſtolica* eſt, dum inde ab apoſtolis & ſucceſſionem ſacerdotum & doctrinæ depoſitum non interrupta ſerie traditum exhibet.

(1) Act. XX. 28.

(2) Hebr. XII. 22. 23. 24. I. Ioan. I. 8.

(3) I. Timoth. II. 2.

(4) §. XXII. (e) §. LXIII.

(5) *Notoria hæc Catholicorum doctrina eſt.* Synopſ. Iuris Eccl. Viennenſ. §. XLVII. & XLVIII. Riegger Inſt. Iurispr. Eccl. P. I. §. C. Schrodt in Syſtemat. Iuris publ. univ. P. II. C. V. §. IX. L. B. de Kreittmayr Iur. publ. univ. §. 30. *Teſtimonium ex Proteſtantibus perhibet* Cl. Pütter in Inſtit. Iuris publ. German. §. 431. *De hoc dogmate magna conſtantia diſſeruit* Illuſtriſſ. Archiep. Pariſ. de Beaumont in inſtruct. Paſtorali de auctoritate Eccleſiæ, *his verbis exorſus*: „*Eccleſia, cariſſimi „fratres, nec variare unquam poteſt in ſua doctrina, nec „ſpoliari poteſtate ſpirituali ſibi a domino conceſſa. Nec de„ceptarum illuſio mentium, nec politici fines, nec opinionum „humanarum inconſtantia, nec ſpecioſus prætextus conſervandæ „tranquillitatis publicæ fucum unquam facient ſponſæ Ieſu „Chriſti. Nec humiliationes aut relegationes ſuorum Mini„ſtrorum, nec illorum ſupplicia, & ipſa mors intrepidum „eius animum unquam movebunt. Semper conſervare ſciet „veritatum æternarum depoſitum, & tueri auctoritatem ſa„cram, quam a divino ſuo ſponſo accepit.*“

§. CCXXIV.

Nemo eſt vir ſapiens, qui non maximi faci eum, quem civile imperium obtinet, finem, nemp tranquillitatem, pacem, ſecuritatem, rerumque e rum, quæ ad vitæ neceſſitatem, atque etiam comm ditatem quandam ac iucunditatem neceſſariæ ſun ſufficientiam. Neque enim hoſtium tantum exte norum, aut latronum, furumque metus, ſed in piæ quoque timor beatitatem vitæ perturbat: *ven tibi quaſi viator, egeſtas & pauperies quaſi vir arm tus.* (1) Hæc vitæ civilis beatitas, uti rerum, ex q pendet, copia, affluentia, aut mediocritas, mul plices gradus in ſe habet: relate ad finem relig nis ſuum ordinem ac veluti locum nanciſcit Unde duplex error exiſtit valde pernicioſus, quan perfectio beatitatis terrenæ ita extollitur, qu ſumma rerum omnium ad hominis officia pertin tium in eadem conſiſteret; dein quando cum trimento religionis, divinique cultus & ſempiter animorum ſalutis homines felices eſſe aut iubent aut ipſi appetunt. Deceptricem ideam, quam nonnulli de civilis ſtatus beatitate effingunt, x ſacro codice exſcribam:

(a) Quæ eſt iſta beatitas hominum? *Sicut erant in e- bus ante diluvium, comedentes & bibentes, nube es & nuptui tradentes - - & non cognoverunt, donec v it diluvium, & tulit omnes; ita erit & adventus filii o- minis.* (2) *Corrupta eſt terra, & repleta eſt ini i- tate.* (3) *Videntes filii Dei filias hominum, quod e nt pulcræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas e- gerant.* (4) *Vidit Deus, quod multa malitia homi m ſet*

eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore. (5)

(*b*) Quæ eſt iſta beatitas? qualis in Sodoma fuit poſt diluvium: *Ecce hæc fuit iniquitas* (non felicitas) *Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia, & otium ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant, & elevatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me.* (6) *Quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quorum filii ſicut novellæ plantationes in iuventute ſua. Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ, ut ſimilitudo templi: promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis: boves eorum craſſæ. Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Beatus populus, cuius dominus Deus eius.* (7)

(*c*) Quæ eſt iſta beatitas? *Erat dives - induebatur purpura & byſſo - epulabatur quotidie ſplendide - & mortuus eſt, & ſepultus in inferno - & clamans dixit: - crucior in hac flamma - & dixit illi Abraham - recordare, quia recepiſti bona in vita tua.* (8) *Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens: quid faciam: quia non habeo, quo congregem fructus meos? & dixit: hoc faciam: deſtruam horrea mea, & maiora faciam; & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi & bona mea; & dicam animæ meæ: anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: ſtulte, hac nocte animam tuam repetent a te; & quæ paraſti, cuius erunt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives.* (9)

(*d*) Quæ eſt iſta beatitas? *Omne, quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non ex patre, ſed ex mundo eſt; & mundus tranſit, & concupiſcentia eius.* (10)

(*e*) Quæ eſt iſta beatitas? nempe ea, quæ homines facile ab honeſtate abducit, & ad flagitia pertrahit: *incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem ſuum.* (11) De Ozia ſic proditum eſt: *Cum roboratus eſſet, eleva-*

elevatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglex dominum Deum ſuum: ingreſſusque templum domi adolere voluit incenſum. (12) *Proſperitas ſtultoru perdet eos.* (13)

(*f*) Quæ denique eſt iſta beatitas, quam ſæpe probi cu improbis communem habent, aut hi præ illis poti rem, pinguioremque? (14) quamque in die vindiċ deplorabunt homines cæci! (15)

(1) Prov. VI. 11.

(2) Matth. XXIV. 38. 39.

(3) Gen. VI. 11.

(4) ibid. v. 2.

(5) ib. v. 5.

(6) Ezech. XVI. 49. 50.

(7) Pſal. CXLIII. 11.

(8) Luc. XVI. 19.

(9) Luc. XII. 16.

(10) I. Ioan. II. 16.

(11) Deut. XXXII. 15. expendantur bona præcedenti 13. & mala ſequentia v. 19. ſeq.

(12) II. Paralip. XXVI. 16.

(13) Prov. I. 32.

(14) Ierem. XII. 1. Iob. XXI. 7. Habac. I. 1. 4. 1 II. 23. Pſalm. LXXII. 2.

(15) Sap. V. a v. 2. *Iſtiusmodi de beatitate vanas pi- niones graphice exprimit* S. Auguſtin. l. II. de Civit. ei. c. 20. „*Tantum ſtet respublica, inquiunt, tantum florea co-* „*piis referta, victoriis glorioſa: vel, quod eſt felicius, ac* „*ſecura ſit; & quid ad nos? &c.*"

§. CCX[illegible]V.

§. CCXXV.

Qui caducam felicitatem civilis ſtatus, de qua ium mox eſt, præ quam par eſt, extollunt, ue in ea ſummam humanarum rerum collocant, non id faciunt ſine detrimento religionis, nique cultus, ac neglectu beatitatis æternæ; de re exempla proferam ex ſacro codice:

1) Ieroboam timuit, ne, ſi avulſæ tribus Ieroſolymam redirent religionis cauſa, a fide ſua deſciſcerent, & Roboamo adhærerent; *& excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: nolite ultra aſcendere in Ieruſalem: Ecce Dii tui Iſrael. - - & factum eſt verbum hoc in peccatum. Ibat enim populus ad adorandum vitulum.* (1)

) Rex novus Ægypti cauſam publicam regni & rationem ſtatus prætendit, ob quam Iſraelitæ contra omne ius ac fas opprimi deberent. *Filii Iſrael creverunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt. - - Surrexit rex novus ſuper Ægyptum - - & ait ad populum ſuum: Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite, ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatisque nobis egrediatur de terra!* (2) Eventus huius conſilii politici notus eſt. *Non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica.* (3) Extrema Iudæorum impietas necem filii Dei decernentium, cauſam publicam & rationem ſtatus cauſabatur: *Si dimittimus eum* (Ieſum) *ſic, omnes credent in eum: & venient Romani; & tollent noſtrum locum, & gentem.* (4) *Temporalia perdere timuerunt*, inquit S. Auguſtinus, (5) *& vitam æternam non cogitaverunt; ac ſic utrumque amiſerunt.*

) Gallio proconſul Achaiæ, cum Paulus cauſam dicere, & contra accuſatores ſuos de religione diſſerere aggrederetur, dixit ad Iudæos: *Siquidem eſſet iniquum aliquid, aut facinus peſſimum, o viri Iudæi, recte vos ſuſtinerem. Si vero quæſtiones ſunt de verbo, & nomini-*

minibus & lege veſtra, vos ipſi videritis: iudex e horum nolo eſſe. (6) Non gravitatem negotii, ſ potius levitatem obtendit, cur audientiam neget; temporalibus rebus immerſus, quæ ad fidem ac r ligionem ſpectant, pro Logomachiis habet. Sim eſt, quod *diſputante Paulo de iuſtitia & caſtitate iudicio futuro, Felix provinciæ præſes* tanquam gr vioribus curis diſtentus reſpondit: *quod nunc attin vade: tempore autem opportuno accerſam te; ſimul ſperans, quod pecunia ei daretur a Paulo, propter qu & frequenter accerſens eum, loquebatur cum eo.* (7) hominibus amore pecuniæ & temporalium rer captis omnia potiora ſunt, quam ſalutis & religio negotium; nec aliud colligi poteſt ex cauſa cor Feſto & Agrippa Rege perorata; ac Feſtus quidem Paulum, res ſerio eaque contentione, qua oporte agentem, *inſanis*, inquit, *Paule; multæ te literæ inſaniam convertunt.* Agrippa ioco, ut apparet, ſpondit: *in modico ſuades me Chriſtianum fieri.* (8

(1) III. Reg. XII. 28. 30.

(2) Exod. I. 7.

(3) Iacob. III. 15.

(4) Ioan. XI. 48.

(5) Tract. 49. in Ioan.

(6) Act. XVIII. 14. 15.

(7) Act. XXIV. 25. 26.

(8) Act. XXVI. 24. 18. complura exempla affert Boſſ Politic. l. VII. C. V.

§. CCXXVI.

De ſegregatione utriusque poteſtatis, eccleſiaſticæ & civilis, ac de iuſtis limitibus dictum e, intra quos contineri ſtudium procurandæ publ æ felicitatis debet. Nunc igitur, cum Imperans civ is

ab

eam poteſtatum diverſitatem minime negligere divinas debet, exponendi tituli ſunt, ſeu ratio-, quæ eius de religione curam eſſe iuſtam ac de-im ita oſtendant, ut non involet in iura eccle-, neque noceat religioni, cui mederi, aut gra-cari cupit.

s) Quia finis rerum omnium, atque univerſæ creationis ac gubernationis illuſtratio eſt divinæ gloriæ; dubitari non poteſt, quin imperium civile, quod ſummum, maximeque ſplendidum eſt inter res omnes terrenas, eumdem in finem inſtitutum & collatum ſit. Igitur illuſtrandæ, atque ab offenſis, omnique impietate vindicandæ gloriæ ſummi Dei præ ceteris ſtudeat Imperans, oportet. Id, quod ex naturalibus erga Deum officiis cuivis naturæ intelligenti creatæ, ac ſingulis pro virili parte, ſtatuque & conditione omnino præſtandum eſt, nempe accommodate ad facultatem moralem & phyſicam, quæ in Imperante ex facultatibus omnium ſubditorum coaleſcit. Finem ergo præcipuum atque ultimum ſectantur Principes, dum pro religione leges dant; *quando imperatores veritatem tenent, pro ipſa veritate contra errorem iubent*, inquit S. Auguſtinus (1). Officio naturali erga Deum non ſatisfacit, qui ſuam voluntatem voluntati & ordinationi divinæ præfert, etſi pietatis & religionis ſpecie præferat; exemplo eſt Saul rex primus Hebræorum, qui mandatum divinum pietatis ſpecie atque obtentu negligens, graviſſimam reprehenſionem ac pænam incurrit: *Quia proiecisti ſermonem Domini, proiecit te Dominus, ne ſis rex. - Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum.* (2)

) Principes terræ velut primarii miniſtri ſunt ſummi Dei; *cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis*, inquit de iisdem rex ipſe ſapientiſſimus (3); & doctor gentium de ſummo Principe temporali loquens, *Dei miniſter eſt*, inquit. (4) Itaque Imperantes imperium

rium non tanquam abſolute ſuum, ſed tanquam a premo rege tempore quodam ſibi delegatum obtine nihilque magis cavere debent, quam ne contra luntatem, ac fines & quaſi leges fundamentales eodem conſtitutas quidquam agant. Porro quas f damentales leges orbi dederit ſummum Numen, ig rare non poteſt, qui duas diſcretas ab Eodem p ſtates inſtitutas cogitat; nam valde gravia ſunt, Sapiens addit: *nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque cundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrende & apparebit vobis; quoniam iudicium duriſſimum h qui præſunt, fiet.* (5) Hoc miniſterium regum ad num eccleſiæ pertinere, ab Iſaia propheta prædic eſt: *Ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & ges eorum miniſtrabunt tibi.* (6) Id, quod ab eo propheta, alio etiam manifeſtatum eſt loco, reges Eccleſiæ nutritios, non dominatores vaticin eſt. (7) *Pertinet hoc ad reges ſeculi Chriſtianos*, in Auguſtinus, *ut temporibus ſuis pacatam velint ha matrem ſuam Eccleſiam.* (8)

(*c*) Finis proximus imperii civilis eſt ſecuritas præſt omnibus, qui in civitate iure degunt; perti ad perſonas, ad honorem, ad bona & quævis ab iniuſtis vexationibus, fraudibus, & vi defende Perſonas, honorem, bona Eccleſiæ & miniſtro eius ab hac defenſione eo minus excludi poſſe, m feſtum eſt, quo propius eadem ad cultum ſupr Dei referenda ſunt. Dei enim cauſa in his agi ac tum maxime, quando delicta coercentur, qu Dei honor proxime, ac divina perfectio impeti ceu blaſphemia, idololatria &c. atque hoc ſecu tis ius attingunt verba S. Leonis P. ad Pulche Auguſtam ita ſcribentis: *Spero adfuturam miſeri diam Dei, ut cooperante clementia veſtra peſtiferi e ris* (Eutychiani) *poſſit morbus auferri: ut, quid ipſo inſpirante atque auxiliante potuerit fieri, cum e ſtræ fidei laude peragatur; quoniam res humanæ a tutæ eſſe non poſſunt, niſi, quæ ad divinam confeſſio pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat auctor* Qui Sectariorum fraudes & occultas machinatio qui apertam eorundem vim furoremque, qui er ſerpentem contagionem novit, aut ex hiſtoricis o numentis animo repetierit, dicet cum Lipſio: *Principi in Eccleſiam ipſam nihil iuris damus: n*

hoc volumus tantum, ut vim, fraudes, turbas & externa hæc mala ab ea arceat: & quod in ipſo eſt, pacata Sacra præſtet, & quieta. Nonne qua Chriſtianus velle debet; qua Princeps eſt, poteſt? (10) Si ſegregatas extra civile imperium familias cogites, ſinguli patresfamilias reprimendæ impietati ac violentiæ hominum, Deo & Eccleſiæ rebellium, haud ſufficerent; unde pacto quodam vires ſuas & communia in religionem ſtudia unire cogerentur. Atque hoc eſt, quod poſito nunc quidem communi imperio, Imperantis officium eſt. Uti vero ſinguli patresfamilias nihil iuris haberent contra ordinem hierarchicum a Deo inſtitutum, atque ab omni terrena poteſtate ſegregatum; ſic iidem nihil etiam iuris contra eundem ordinem in Imperantem transferre potuerunt. Si poſito naturali ſtatu ius determinandi modum rationemque divini cultus, item offerendi Deo ſacrificia, deſignandi ad id munus ſacerdotes, & inſtituendi cæremonias penes patresfamilias futurum fuiſſe cogites; manifeſtum eſt, per eccleſiæ & ordinis hierarchici inſtitutionem a Deo factam iſtiusmodi ius penitus ceſſaſſe, neque introducto poſtea imperio in Imperantem tranſiiſſe. Poſita hac eadem eccleſiæ & ordinis hierarchici inſtitutione divina, non ceſſat, imo creſcit obligatio patrumfamilias adſtringendi ſuos ad obſervandas leges eccleſiæ, & ad iura ordinis hierarchici agnoſcenda; quin ob eam cauſam verum quoddam ius circa ſacra arrogare ſibi poſſint; cum totum id, quod facere poſſunt, ac debent, ex naturalibus erga ſummum Deum officiis tum abſolutis, tum hypotheticis in ſtatu religionis revelatæ derivetur.

(11) Alia eſt graviſſima ratio, cur Imperanti religio cordi eſſe ac curæ debeat; nempe vis *exempli*, quo dici non poteſt, quantum aliorum animi ad pietatis religionisque ſtudium incitentur; ac ſi omnibus dictum eſt a divino Servatore: *Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt;* (11) id ſpeciatim ſibi dictum Imperans exiſtimet, in cuius ſenſa & opera tum miniſtrorum ſive inferiorum magiſtratuum, & officialium civitatis, tum ſubditorum omnium oculi atque animi intenti ſunt; nempe *ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector eſt civi-*

tatis, tales & inhabitantes in ea. (12) Unde n multum, nec ſæpe a vero abludunt verba Æneæ S vii, qui tum Imperatori Friderico III. a ſecretis e ita ſcribentis: *Omnes hanc fidem habemus, quam ſtri Principes; qui ſi colerent idola & nos colerem & non ſolum Papam, ſed etiam Chriſtum negarem* (13)

(e) Maxime vero Imperanti diſpoſitio divinæ provid tiæ pro oculis habenda eſt, a qua diſpenſatio reg rum ac ſciſſio, ſtabilitas eorundem ac ſubverſio, des ac fidelitas ſubditorum, ſors Principum, ac tuna civitatum pendet, ita ut ob iniuſtitiam, ac pietatem, divinæque religionis neglectum graviſſ affligantur civiles ſtatus, turbentur, ſcindantur, e tantur. Id extraordinariis eventibus ſupremum men patefecit, quemadmodum in libris V. T. me riæ proditum eſt; (14) nec vero ei diſpoſitioni ulla aut humana prudentia refragari, aut obicem nere unquam potuit: *Hæc dicit Dominus: non gl tur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur f in fortitudine ſua, & non glorietur dives in div ſuis.* (15) *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, no conſilium contra Dominum.* (16)

(1) Epiſt. 166. relatus a Gratiano, in c. Imperatore XI. q. 3.

(2) I. Reg. XV.

(3) Sapient. VI. 5.

(4) Rom. XIII. 4.

(5) Sap. VI. 5. 6.

(6) Iſa. LX. 10.

(7) Iſa. XLIX. 23.

(8) Tract. 11. in Ioan.

(9) Epiſt. LX. edit. Ballerin. Gratian. c. res autem XXIII. q. 5.

(10) Adverſus Dialogiſtam. C. II.

(11) Matth. V. 16.

(12) Eccli. X. 2.

(13) Epiſt. 54. ad Caſpar. Schlik Imperatoris Cancella-
ım.

(14) *Deus pro beneplacito imperia & regna diſpenſat.* Reg. X. 1. ibid. XVI. 1. item IV. Reg. IX. 6. Ierem. XVII. 5. 6. 7. *Regna ſcindit, aufert, ſubvertit* I. Reg. V. 26. 28. III. Reg. XI. 31. ibid. XVI. 1. 2. 3. & ib. XIV. . 16. IV. Reg. IX. 8. Daniel. V. 1. *Populos in fide confer-t.* Pſalm. CXLIII. 2. I. Reg. X. 26. IV. Reg. IX. 12. 13.

(15) Ier. IX. 23.

(16) Prov. XXI. 30.

§. CCXXVII.

Satis opinor, rationes fundamentales officiorum plicatæ ſunt, quibus Imperantes, qua Imperan-, Deo & religioni adſtringuntur. (1) De iuri-s eorum, & officiis ſpecialibus circa ſingulares re-gionis & Eccleſiæ cauſas ante tractari haud poteſt, am earundem cauſarum indoles ac diverſæ rela-nes perſpectæ ſint; neque etiam matura & tem-ſtiva videbatur hoc loco confutatio earum hypo-eſium, quas recentiores Scriptores quidam ad po-tatem Eccleſiæ & ordinis hierarchici methodice ıdendam ac ſubvertendam confinxerunt.

(1) *De officio Imperantis, qua talis accurate differit S.* ıguſtinus Epiſt. 50. ad Bonifacium Comitem: „*Quomo-o ergo, roges, Domino ſerviunt in timore (Reges), niſi ı, quæ contra iuſſa Domini fiunt, religioſa ſeveritate pro-ibendo atque plectendo? aliter enim ſervit, quia homo eſt, liter, quia etiam Rex eſt. Quia homo eſt, ei ſervit vi-endo fideliter: quia etiam Rex eſt, ſervit leges iuſta præ-ipientes, & contraria prohibentes conveniente rigore ſan-iendo. Sicut ſervivit Ezechias - -* IV. Reg. XVIII. 4. *oſias - -* IV. Reg. XXXIII. 4. 5. *Rex Ninivitarum -* Ion. II. 6. *Darius*, Daniel. XIV. 21. *Nabuchodonoſor*, Dan. II. 96. - - *In hoc ergo ſerviunt Domino Reges, in quan-*

 „*tum*

„tum ſunt Reges, cum ea faciunt ad ſerviendum illi, quæ „non poſſunt facere, niſi Reges.“ Idem erudite oſtendit Petrus Damiani L. VII. Epiſt. III. ad Henricum IV. Huc etiam ſpectant verba Concilii Trosleiani, quod a. 909. celebravit Heriveus Archiepiſcopus Rhemenſis C. III. *„Hæc „ita poſt primam Sanctorum Patrum, Duce ſancto Spiritu, „ordinationem, ac deinde poſt canonicam de his auctoritatem, „a prioribus Imperatoribus & Regibus decreta & cuſtodi„ta fuerunt. Et quousque privilegia ſunt ſervata ſtatus ec„cleſiaſtici, profecit in augmentum conſervatus a Deo ſtatus „regni. At poſtquam hæc cœperunt parvi pendi, labefacta„tus de die in diem, & iam pene in nihilum redactus eſt „ille, qui quondam florebat, vigebatque, ſtatus huius regni: „& ita inolevit malum, quod a transactis retro cœperat „annis, ut iam principalis poteſtas putet ſibi licere, ſecus „quam auctoritas divina ſe habeat, in cauſas eccleſiaſticas „proſilire, & Duce ſancto Spiritu ſtatutum a Patribus Ec„cleſiæ ordinem pervertere.“* Harduin T. VI. P. I. col. 512. In Concil. Aquisgranenſi A. 836. C. III. *De perſona Regis, filiorumque & miniſtrorum multa in hanc ſententiam ex antiquis Patribus diſſeruntur; quale eſt illud ex S. Fulgentio: „Magis chriſtianum regitur, ac propagatur imperium, dum „eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quam cum „in parte quacunque terrarum pro temporali ſecuritate pu„gnatur.“* Hartzheim T. II. Concil. Germ. ad a. 836. p. 84.

CAPUT VII.

Securitas interna & externa civitatis conſervari non poteſt ſine ſumtibus; quos ſubditi, quantum opus eſt, contribuunt in uſus publicos.

ARGUMENTUM.

§. *CCXXVIII. Cauſæ & fines publicarum expenſarum. CCXXIX. Fontes, ex quibus hauriendæ ſunt. CCXXX. Ius Imperantis exigendi tributa. CCXXXI. Obligationes præfectorum ærario. CCXXXII. Ius Imperantis circa bona privata ſubditorum.*

§. CCXXVIII.

§. CCXXVIII.

Neceſſitatem contribuendi in uſus publicos ex fine civitatis, nempe ex tranquillitate, ordine, ſecuritate, recte derivavit Iuſtinianus Imp.: *Una hæc res*, inquiens, *potentiæ noſtræ ſtudio eſt, ut provinciæ & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur: neque non ex Præſidum iuſtitia fructum capiant, & tributa publica ſine querela inferantur; neque enim aliter conſervare licet rempublicam, niſi pientiſſimæ præſtationes importentur in publicum, ex quibus* 1. *& militares nutriuntur copiæ, ut reſiſtatur hoſtibus, & per agros ac urbes aguntur excubiæ:* 2. *Perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalariis:* 3. *Reparantur quoque muri & urbes:* 4. *Denique omnia alia proveniunt, quæ communem ſubditorum utilitatem concernunt.* (1) Quadruplex hic contributionumcauſa aſſignatur.

(*a*) Stipendia militum; nam *quis militat ſuis ſtipendiis unquam* (2)? eodem ſpectant ſumtus pro annona, in fortalitia &c.

(*b*) Salaria officialium reipublicæ, qui publicis muneribus diſtenti iuſte petunt congruam ſuſtentationem; *dignus eſt enim operarius mercede ſua.* (3)

(*c*) Publica ædificia, ceu muri, viæ, portus &c., *publica balnea, ſpectacula, aliaque omnia, quæ ad delectationem ſubditorum inventa ſunt,* (4) *ut quæ ab illis contribuuntur, partim in ipſos, partim propter ipſos inſumantur, & impendantur.*

(*d*) Alia, quæ communem utilitatem concernunt, ceu ob neceſſitatem extraordinariam; unde & tributa vel *ordinaria* cenſentur, vel *extraordinaria.* Ad ordinaria pertinet ſuſtentatio Imperanti dignitatis reſpondens; quamquam in hunc finem fere aſſignata ubique ſint certa bona ad Auguſtum Canonem pertinentia, quæ *bona coronæ* & *domania* appellantur: a quibus diſtingue-

guenda ſunt ea, quæ Imperantis titulo privato, c ex hæreditate, contractu propria facta ſunt, & p *trimonialia*, *dominica*, vel *dominicalia*, *res aut* p *prietas dominicalis*, *ſacrum dominicum* in VV. m numentis vocantur. Carolus *proprium noſtrum* voc (5) Ad iſtiusmodi bona reſpexiſſe videtur Iuſtin nus, quando de tributis aſſeveravit: *nobis aut prorſus nihil inde præter iſtarum rerum curas hab contingit*, *non tamen eas mercede vacuas*, *quum* m *gnus ille Deus & Salvator noſter Ieſus Chriſtus*, m *gnitudine clementiæ ſuæ permultis propter hoc nos nis remuneretur*. (6) Undecunque ſumptus ſuppedit tur, dubium non eſt, Imperanti civili magnificenti quandam, decoremque & ſplendorem externum ſiſſimis de cauſis tribui, ob quas ſacræ literæ Sa monis magnificentiam accurate deſcribunt. (7) Spl dorem hunc externum componi poſſe cum demiſſ ne animi ac modeſtia, docuit Regina Eſther. (8)

(e) Ex his diverſæ bonorum denominationes explicat habent: ſunt 1. bona *Privatorum*, ac ſingulorum ad quam claſſem non modo Collegiorum, ac U verſitatum bona, ſed etiam propria ac patrimoni Principum pertinent; etſi hæc potiore iure gaude 2. Bona *Publica*, eaque duplicis generis: ſunt eni quorum proprietas eſt omnium, uſus ſingulorum ceu pontes, viæ, publica balnea, theatra. Sunt quorum uſus non ſingulis, ſed univerſis compe idque vocatur *patrimonium civitatis*, in quo & b cameralia, ſeu bona coronæ ſunt. Fiſcum ant vocitabant pecuniam Imperatoris: ærarium vero cuniam publicam & imperii, eratque ærarium po li, fiſcus Principis; fiſci verbum a *fiſcis* ſeu ſport ductum eſt. Fiſcum enim interpretantur cophin vel ſportam, docente Auſonio: *Sportæ*, *ſportu ſportellæ munerum ſunt receptacula: fiſci*, *fiſcinæ*, *fiſcellæ ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias* *piendas*; *unde*, *quia maior ſumma eſt pecuniæ pu cæ*, *quam privatæ*; *factum eſt*, *ut fiſcus pro pecu publica*, *& inde confiſcare dicatur*. (8) Ad fiſcum i tur referuntur, quæ ſuſtentandæ dignitati Impera is eiusque aulæ deſtinata ſunt: prædia aſſignata eum in finem vocantur *domania*: ſtrictiſſime fiſci nomine e niunt multæ & confiſcationes: in ſenſu lato bona ca-

centia & adeſpota, quæ in civitatis territorio ſita, nec tamen ſingillatim occupata ſunt, ſed per *Univerſitatem* ſive *longa* manu a Principe cenſentur occupata. Huc referunt montes, loca deſerta, fluvios, theſauros, mare adiacens ſeu anguſtis finibus incluſum, ius foreſtale, ius minerale, ius ſalinarum &c. Verbo, quidquid in dominio vel poſſeſſione ſingulorum non eſt, Imperantem longa manu apprehendiſſe fingunt, præſertim, quia ex iſtiusmodi ſubſidiis debita eius dignitati ſuſtentatio eidem obtingit citra ſingulare privatorum incommodum, adeoque modo faciliore, quam ſi de ſuo quisque contribuere cogeretur.

(1) Novell. CLXI, c. 2.

(2) I. Cor. IX. 7.

(3) Luc. X. 7.

(4) Iuſtinian. Novell. XLIX. c. 2.

(5) Capitular. l. IV. c. 34. De iſtiusmodi bonis in C. ſt. l. VII. extat tit. XXXVIII., *ne rei dominicæ vel tem-orum vindicatio temporis præſcriptione ſubmoveatur.*

(6) cit. Novell. XLIX. c. 2. in fin.

(7) *Numerus Miniſtrorum Salomonis, eiusque opes de-ibuntur* III. Reg. IV. - *Regia Salomonis, domus, ſaltus Li-ni, domus Reginæ* ibid. c. VII. *claſſis miſſa in Ophir.* IX. Adventus & admiratio Reginæ Sabæ. ib. c. X. & . Paralip. IX. *Urbes a Salomone ædificatæ* II. Paralip. III. *Templum vero, cuius magnificentia Salomonis No-ini immortalitatem dedit, deſcribitur* III. Reg. c. V. VI. II. VIII.

(8) Gail. l. I. obſ. 20.

§. CCXXIX.

Fontes, ex quibus pecuniæ ac ſubſidia profluunt ad aſce ferendas publicas expenſas, pro regionum ac emporum ratione varii ſunt; ceu

(*a*) Commercia ac navigatio; quemadmodum de Salomone proditum eſt. (1)

(*b*) Agricultura & res pecuaria. (2) Unde factum, ut A-

 bram

bram, etſi ignoraſſet auri argentique mineras, v
dives eſſet in poſſeſſione auri & argenti. (3)

(c) Spolia & exactiones a populis & regibus debellatis
dactæ. (4)

(d) Tributa, quæ a ſubditis dantur, & ob eam cau
ſubiectionis argumentum ſunt. Tributi nomine
tius ſumto quævis penſio deſignatur, quæ ad c
munia onera ſuſtinenda perſolvitur, ac vectigalia q
que continet. Stricte vocantur tributa, quæ de
ſonis ſubiectis, aut earum facultatibus, vel ha
ad perſonas & bona reſpectu ſolent exigi; hinc
ſunt *perſonalia*, vel *capitatio*, eoquod capitibus
ponantur nulla bonorum vel poſſeſſionum habita
tione; (5) alia *realia*, etiam ab exteris ſolvenda
bona immobilia in territorio poſſident: alia *mi*
Vectigalia de mercibus exportatis vel importatis,
bella de rebus venditis aut vendendis ſolvuntur. Q
ſingulari cauſa vel neceſſitate extra ordinem e
ſolet, *collectæ* nomine venit. At enim tributor
cenſuum, collectarum, uno verbo contributio
longe plura excogitata ſunt nomina, ac plures t
li, quam recenſeri facile omnes poſſint.

(1) III. Reg. IX. 26. & ibid. X. 11. 22. II. Paral. V
18. & ib. IX. 21.

(2) I. Paral. XXVII. 26. ſeq.

(3) Gen. XIII. 2.

(4) I. Paral. XVIII. 2. 6. II. Paral. IX. 13. 14. &
XXVI. 8. III. Reg. IV. 21.

(5) l. unic. C. de capitat civium. l. fin. D. de mune
& honorib. Eiusmodi tributum perſonale deſignatur no
ne cenſus Matth. XXII. 17. *Eius indicendi cauſa, imper*
tenente Auguſto, facta eſt deſcriptio univerſi orbis Luc. I

§. CCXXX.

De iure perfecto Imperantis exigendi a ſubd
tributa, ac generatim contributiones tum ordi
rias tum extraordinarias dubitari non poteſt; c
d

d ex ipſa ſubiectione & conſociatione civili eruatur, c proinde maieſtaticum ſit, & ex iure imperii pendeat, contra ac in ſocietatibus ſit æqualibus, in quibus ſubſidia a ſociis præſtanda per modum pacti determinantur; idque ius Imperantis in regula eſt abſolutum, niſi ex legibus fundamentalibus limitetur; quapropter etſi audiendi eſſent ſubditi, vel ordines ut ſtatus provinciales, ut facultates ſubditorum inoteſcerent, neque ultra modum gravarentur ſubiti, tamen conſenſus eorundem, niſi, ut dictum, ex fundamentalis obſtet, neceſſarius haud eſt. Magiſtratui ſubalterno iura maieſtatica non competunt; roindeque nec ius collectandi, niſi expreſſa coneſſione, aut privilegio Imperantis, aut irruente neeſſitate ex voluntate præſumta, ut ſi urbs ab hoibus obſideatur. Sæpe tamen Magiſtratui ſubaltero datur ius ſubcollectandi; ſive ius collectas ab nperante indictas inter cives ſervata æqualitate aut ıſta proportione diſtribuendi; cum eidem inferio- Magiſtratui vires ac facultates ſubditorum magis xploratæ ſint, ac tum quoque recurſus ad Impentem negandus non eſt, ſi Magiſtratus excedat nites ſuæ poteſtatis. Cum hoc iure tributa exiendi coniunctum eſt ius, eadem adminiſtrandi, ac igendi æraria, & conſtituendi Præfectos ærario. militer perſpicuum eſt, eidem iuri reſpondere obgationem perfectam & internam ſubditorum, triıta ac vectigalia præſtandi, ita, ut in dubio de

eorum iuſtitia, præſumtio pro Imperante ſtet. (1 Iuri ac Iuſtitiæ tributorum multiplex e contrario re ſpondet iniuſtitiæ genus;

(*a*) Si exiguntur poteſtate abſoluta, quando non comp tit, niſi limitata poteſtas, & adſtricta ad conſenſu vel conſilium ſtatuum provincialium.

(*b*) Si immodicæ ſint exactiones, ac ſupra vires ſubd torum. *Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem* inquit divinus Spiritus: (2) a quo & durities Robo mi (3) improbatur: *dereliquit poſt ſe* (Salomon) *ſemine ſuo, gentis ſtultitiam, & imminutum a prude tia Roboam, qui avertit gentem conſilio ſuo.* (4)

(*c*) Quando iuſta proportio non ſervatur, aut contra d tam fidem, ac ius quæſitum exiguntur ab iis, qu præſtatione immunes ſunt. Cum Ægyptii fame pre ipſi ſe venderent, ac ſervos darent regi, *emit I ſeph omnem terram Ægypti vendentibus ſingulis p ſeſſiones ſuas præ magnitudine famis, ſubiecitque e Pharaoni - - præter terram Sacerdotum, quæ a ge tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt co pulſi vendere poſſeſſiones ſuas.* (5)

(*d*) Immodicarum exactionum fere immodicæ profuſ nes cauſa ſunt; qua in re non modo Principes p cant, qui, niſi approbantes haberent ſeu aſſentan alios, limites poteſtatis ſuæ raro transgrederent ſed in conſiliarios iniuſtitiæ culpa recidit, qui corrupti auro, vel humano metu deterriti in oppr ſionem ſubditorum conſpirant, nulla urgente, ſæpe dudum depulſa neceſſitate, non tamen rem onere, cuius nulla iam iuſta cauſa ſuppetit. At de cenſu, qui, cur ſolvi debeat, ignoratur, a te reſpondit Pontifex, *quod cenſus ignorantiæ nec vinis nec humanis legibus invenitur. Oportet quip ut omnis cenſus, ad quid, & quando perſolvi debit præſciatur.* (6)

(*e*) Fit aliquando, ut qui bona oppignorata, vel in fe dum tenent, contra pacti initi tenorem contribut nes exigant, aut iſtiusmodi ius ſibi arrogent, qui eod penitus deſtituuntur: cum maieſtaticum ſit, nec l-

ti,

teri, niſi ſingularis titulus oſtendatur, convenire poſſit. (7)

(1) Rom. XIII. 5. 6. 7. Matth. XXII. 21.

(2) Prov. XXX. 33

(3) III. Reg. XII.

(4) Eccli. XLVII. 27. 28. adde II. Paralip. XIII. 7. *ubi* *boamus a filio & ſucceſſore Abia* rudis *dicitur*, & corde vido.

(5) Gen. XLVII. 20. 22.

(6) c. *pervenit.* 5. *de cenſibus.*

(7) c. innovamus. 10. eod.

§. CCXXXI.

Pecunias ſubditorum in uſus publicos collige-, aut inferre in ærarium, eiusque rationes admi-ſtrare, cum per ſe ipſum Imperans haud poſſit, ceſſe eſt, ut alios ei negotio præficiat. Iſtorum unus in ſe malum non eſt, neque, cum pœniten-m in Iudæa prædicaret Domini Præcurſor, Pu-icanos ſermone commotos officio ſuo iuſſit renun-re; ſed id modo admonuit: *nihil amplius, quam od conſtitutum eſt vobis, faciatis.* (1) Periculoſum nen, multisque iniuſtitiæ laqueis obnoxium id unus eſſe, experientia docet, de qua re inſignis ctor ita diſſerit: „Qui ex inopi familia ad publi-um officium promoti mox lautius convivari, de-icatius bibere, pretioſius veſtiri, laxius habitare, npotentius laſcivire, immoderatius ludere, avidius oſſeſſiones concupiſcere, ſuperbius honorum ti-ulis inhiare, ineptius ſua prodigere deprehenditur;

„quis,

„quis, amabo, ſumtus ſuppeditare præſumitur,
„ſi ærarium publicum? - - Propriæ intemperan
„accedit ſæpenumero arrogantia, & faſtus uxor
„liberorum multitudo, amicorum copia, paraſi
„rum adulatio: his omnibus, ut ad menſuram i
„moderatorum affectuum ſatisfiat, non ſufficiunt v
„gares artes, nec levia furta." - - Addit dein ad c
troverſas delapſus quæſtiones: „Nolo mention
„facere de adminiſtratoribus publicam pecuniam r
„litioſe intercipientibus & retinentibus, contra q
„agit lex Iulia de *Reſiduis*: neque de aliis non
„miniſtrantibus, qui publicas pecunias ſurripiu
„quos perſequitur lex Iulia *peculatus*; ſed de iis
„lum adminiſtratoribus loquor, qui nolunt quid
„doloſe fiſco Principis aut ærario publico detrim
„tum inferre, rationesque acceptorum & exper
„rum redituum accurate exhibent: nihilominus
„terim, quamdiu pecunias in manibus tenent,
„utuntur ad propria commoda, negotiando, em
„do cenſus annuos, prædia &c.:"(1) De his ac
ratius agens ſequentia potiſſimum profert:

(*a*) Leges graviter prohibent, ne collectores pecu diutius apud ſe retineant, aut mutuas ex ærario mant, aut ad alias neceſſitates ſine ſublimium p ſtatum iuſſione transferant, niſi malint graviſſim veritate ſuam licentiam coerceri. (3)

(*b*) Sunt Adminiſtratores, qui pecunias ærario infe das, vel ad publicos uſus & occurrentes neceſſit expendendas, ſemper in promtu ratione officii h re debent. Atque hi, ſi lucrum quærunt ex pe nia Principis vel reipublicæ, contra graviſſimas e
es

ges & muneris ſui obligationem delinquunt, omnique percepto lucro privari poſſunt, præcipue in caſu, quo res frugiferæ ex hac pecunia ſunt emtæ; poteſt enim fiſcus eas cum lucris inde provenientibus vindicare vi legum, quæ militi vel pupillo vel eccleſiæ id permittunt. Omiſſa hac vindicatione villas emtas vel annuos cenſus fieri ementis credo; cum iſte plane non præſumatur gerere negotium Principis, nec, ut ponitur, ad lucrum Principis ex publicis pecuniis quærendum obſtringatur. Igitur lucrum, ex eiusmodi pecunia quæſitum, inita forſan ſocietate cum mercatore, cenſetur ex propria induſtria partum, proindeque ſecundum vulgata iuris principia tranſire in dominium adminiſtratoris; qui tamen gravis culpæ & pœnæ reum ſe facit; quia intereſt reipublicæ eiusmodi pecunias ſemper teneri paratas ob improviſos caſus, in quibus vel Princeps ad communem utilitatem iis indigebit; vel adminiſtrator impotens reddetur ad eas ex aliis ſuis facultatibus compenſandas (4).

Alia eſt conditio adminiſtratorum, ceu eorum, qui gabellas, aliaque tributa exigunt, quique certo & deſtinato tempore rationes reddunt, & collectas pecunias, quas interim ſuo periculo tenent, non ante illud tempus ærario inferunt. Hos, ait cit. Auctor, ſatisfacere videri, modo ſtatuto tempore id præſtent, neque ante id tempus dicuntur eſſe in mora: conſequenter non obligantur ad intereſſe quantitatis non ſolutæ. Quando autem intereſſe non debetur, longe minus poteſt peti lucrum, quod exactor fecit; cum illud ſuo proprio nomine tantum fecerit, & quidem, ſi velimus vere loqui, ex pecunia propria. Nam tales exactores videntur obligati ad pecuniarum reſtitutionem in genere, ita, ut periculum ſit penes ipſos, ſi aliquo caſu periret pecunia. Poſſunt igitur ſingulos nummos in ſpecie ſumtos, tanquam proprios permutare, & ad quoscunque contractus impendere, modo facultates illorum eo ſe extendant, ut deſtinato tempore ſolutionem Principi, vel reipublicæ præſtare poſſint: interim enim non poſſunt dici moroſi; nam ille, qui habet dilationem a lege, non dicitur eſſe in mora. (5)

(1)

(1) Luc. III. 13.

(2) P. Franc. Xav. Zech. de Ambitu C. IV. Sect. \

(3) l. un. C. de auri publici perſecut. l. 1. 2. 3. C. de quæ ex public. collat. &c.

(4) Conf. l. 8. C. Iuſtin. & l. 10. C. Theod. de iure

(5) Decius l. I. conſil. 6.

§. CCXXXII.

Tributa præſtantur ſecuritatis obtinendæ ca ea ſecuritas non tantum perſonis ſubditorum, etiam bonis, quibus inſidiantur iniquorum ho num manus, debita eſt. Quapropter ius Impe tis exigendi tributa, vel providendi bono com ni non ita extendi debet, ut omnia bona civ ac dominia abſorbeat, vel quovis boni publici p textu liberæ diſpoſitioni ſubiiciat; (1) quaſi rel ſubditis tenui victu, ac veſtitu cetera ad Princi pertinerent; id quod fini civitatis, ac divinis manisque legibus adverſatur. De Iure igitur perantis circa privata ſubditorum bona ſic vid ſtatuendum:

(*a*) Intereſt reipublicæ, ut a privatis bona acquira legitime, ut tuta conſerventur, & ſi ipſi velint nare, recte alienentur. Igitur non quivis iniu vel periculoſus ac fraudibus obnoxius bona ac rendi, retinendi vel conſervandi modus ferri in vitate poteſt, recteque feruntur leges de form modo contractuum, ſucceſſionum, ultimarum luntatum: prodigis adimitur adminiſtratio bo rum: pupillis, minorennibus, furioſis dantur tu & curatores &c.

(*b*) Quatenus bona ſubditorum ſecundum leges civ tis acquiruntur, per easdem conſervantur, ac defen

tur; eatenus S. Auguſtinus omnia iure Imperatorum poſſideri dixit; (2) agit enim contra Donatiſtas, qui leges Imperatorum culpabant, queis poſſideri bona ab Hæreticis interdictum fuerat; *recitemus*, inquit, *leges Imperatorum: videamus, ſi aliquid voluerint ab hæreticis poſſideri.* Si Donatiſtæ alias Imperatorum leges probant, quibus per contractus, ac teſtamenta aliasque vias bona acquiruntur, ac tenentur; neceſſe, ait Auguſtinus, eſſe, ut & illas probent leges, per quas hæretici ab acquirendis poſſeſſionibus excluduntur.

) Si ſubditorum bona a furibus ac latronibus tuta eſſe vi legum debeant; potiore iure exigent, nequid a propriis magiſtratibus, iudicibus & præfectis periculi & fraudis patiantur. *Erit abſurdum*, inquit Iuſtinianus, (3) *ſi eos quidem, qui in vilibus capiuntur furtis, ipſi torquebunt*, (Præſides provinciarum) *& non primitus quieſcunt, donec reddant furta; ipſi autem innoxii manſerint in maximis conſtituti furtis.* - -

) Siquid ex cauſſa neceſſitatis vel publicæ atque evidentis utilitatis de bonis ſubditorum diſponi ab Imperante debeat, id non ægre dabunt ſubditi imperio eminenti, modo incommodum quoque ac damnum, ſi fieri poſſit, uti prætenſum commodum, dividatur, & commune fiat.

(1) *Nihil*, inquit Leyſerus, *ſalutis vel utilitatis publicæ ntu frequentius, nihil etiam vanius; facillimum quippe rire aliquid, quod ſaltem indirecte ad bonum publicum ratur. Vetus hoc ſub Domitiano advocatorum artificium ; nec temere admittendum. Eadem facilitate fortaſſis di- ſalutem publicam poſcere, ut fundi omnes privatis ere- fiſco addicantur - - Si hanc poteſtatem Principi tribuis, tandem privatis relinquetur. Non ſufficit itaque allegare tem publicam; audiendi ſunt ſubditi, probanda neceſſi- cauſſa cognoſcenda.* V. L. B. de Kreittmayr Animadverſ. od. Maximil. P. I. C. II. §. VI. n. 5. & Ius publ. Univ. 31.

(2) Tract. VI. in C. I. Ioan. relat. in c. quo iure, 1. VIII.

(3) Nov. VIII. c. 10.

(4) I. Reg. VIII. 14.

CA-

CAPUT VIII.

Aliud medium, quod obtinendo civitatis fini neceſ[...] rium eſt, conſiſtit in conſiliis & miniſteriis officialium eiusdem.

ARGUMENTUM.

§. CCXXXIII. Neceſſitas conſiliariorum & Miniſtrorum in ſtatu civili. CCXXXIV. Ius Imperantis eos deligendi, CCXXXV. & conſtituendi ac conferendi dignitates. CCXXXVI. Obligatio præferendi digniores. CCXX[...] VII. Variæ viæ perveni[...] di ad munera & dignita[...] CCXXXVIII. Dimiſſio [...] ficialium. CCXXXIX. [...] rum obligationes. Ambi[...]

§. CCXXXIII.

Status perſonæ, quo certis negotiis dare o[...] ram, eaque obire perfecta obligatione adſtringit[...] *munus* dicitur, aut officium, utpote quod ex o[...] gatione provenire intelligitur. Officia vel *pri*[...] ſunt, ceu tutela, curatela &c., vel *publica*, uti [...] privatæ rei, aut publicæ adminiſtrationem con[...] gunt. Publicorum officiorum, genus duplex c[...] ſtitui ſolet: aliud in conſiliis dandis, aliud in m[...] ſterio exhibendo ſitum eſt: Unde & Conſiliarii ſ[...] & Miniſtri.

(*a*) Rerum etiam privatarum ad ſingulos pertinenti[...] multoque magis civilium varietas, multitudo, [...] vitas & obſcuritas, dein anguſtiæ, infirmitas, ac [...] quens perturbatio humanæ mentis neceſſitatem c[...] ſilii & petendi & ſuggerendi affert. Nemo enim t[...] omnem ſcientiam mente complectitur ad gerenda[...] vilia negotia neceſſariam, neque ſat acuminis h[...] pervidendis & extricandis incertis caſibus vel pr[...]

dendis futuris eventibus, neque uſu & experientia rerum ita pollet, ut non alii æque in aliis experti rebus ac negotiis ex præteritis conſtituere de futuris ſæpe poſſint. Ob hunc, credo, multiplicem uſum maxime dictum fuiſſe: *ubi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem, ubi multa conſilia.* (1) Moyſes quidem, etſi omni abundaret ſcientia Ægyptiorum, Iethronis conſilia audiit; & ſapientiſſimus regum cor docile efflagitavit a Deo, ne ſuo pertinaciter adhæreret ſenſui; & David, cum præ, quam oportet, indulgeret dolori ob necem Abſalonis, conſilio Ioabi paruit; nec fere, ut aliorum obtemperemus dictis, tam neceſſe eſt unquam, quam cum ipſi animum dolore, cupiditate, amore vel odio commotum perſentiſcimus. Non ſatis caute axioma a Machiavello traditum nonnulli prædicant: *bonum conſilium ex ipſius Principis mente ac conſilio naſci debere: non contra, prudentiam Principis ex bono conſilio; ſi ſecus fiat, Principem bono conſilio uti non poſſe.* Præclare quidem cum populo agitur, cui Princeps obtigit, alieni conſilii non multum indigus; at enim nunquam poſſe Principem, niſi ex ſe uno conſilium capere, ea certe falſa doctrina, & aſſentationis plena, & pernicioſa & Machiavello digna eſt.

) Uti vero unius hominis mens, ita nec unius manus, oculi, & aures gerendis rebus ac negotiis civilibus pares ſunt; quare miniſtris opus eſt, quo nomine ii vulgo veniunt, quibuscum Princeps præcipuam ſtatus publici curam communicat; ſed quia res diverſæ etiam nominibus ſegregandæ ſunt, idcirco conſiliariis quodammodo opponuntur ii, qui conſilia atque ipſa negotia expediunt. Miniſtri nempe & adminiſtratores negotiorum civilium, quales iudices inferiores & iudiciorum præſides; qui rem ædilitiam, qui politiam civitatis, qui ærarium ac fiſcum, qui res ad commercia ſpectantes, qui rem bellicam aut navalem, qui literariam curant, vel pro negotiis ac iuribus transeuntibus ad aulas exteras deſtinantur. *Non bonam rem facis*, inquiebat Iethro ad Moyſem regendo populo intentum, *ultra vires tuas eſt negotium: ſolus illud non poteris ſuſtinere.* (2) Triplex negotia expediendi ratio hoc loco indicatur. *Primo* quædam reſervantur uni Moyſi, nempe graviſſima divini cultus

officia & communicatio cum Deo, quæ ſinguli modo fiebat in theocratia populi hebræi: *Eſto tu pulo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, q dicuntur, ad eum, oſtendasque populo ceremonias, ritum colendi. Secundo*, alia delegabantur miniſtri iudicibus: *Provide viros potentes & timentes Deum conſtitue tribunos, centuriones - - qui iudicent popul Tertio*, denique alia referenda ante ad Moyſem era quam expediebantur ab inferioribus: *Quidquid m fuerit, referant ad te: & ipſi minora tantumm iudicent.* (3)

(c) Sæpe fit, ut officia conſiliarii ac miniſtri cu lentur, atque uni plura rerum gerendarum ca committantur: ſæpe pro negotiis generis unius i tuuntur collegia, & dicaſteria, ac ne collegio ac miniſtrorum operationes inter ſe collidantur, præſidibus eorum, aliisve conſiliariis ac miniſtris matur *ſupremum conſilium ſtatus*, quod velut cen unitatis ſit. Hoc modo Darius ſuper Satrapas cen viginti conſtituit principes tres, ut Satrapæ illis derent rationem. (4)

(1) Prov. XI. 14.

(2) Exod. XVIII. 17.

(3) *Conſiliarii ac miniſtri Davidis regis enumera* II. Reg. VIII. 16. & ib. XX. 23. I. Paral. XXVII. 32. O ales Salomonis III. Reg. IV. 2 - 6. *In his nominantur a commentariis erant, & hodierno ſtilo Cancellarii cenſ tur. Iuſſerat enim Deus, quæ memorabilia contigiſſe populo electo, monumentis conſignari.* Exod. XVII. 14. c II. Reg. VIII. 16. Eſther. VI. 1. I. Eſdr. V. 7. 17.

(4) Dan. VI. 1. 2.

§. CCXXXIV.

Ad Imperantem civilem plena poteſtas per adſciſcendi conſiliarios & miniſtros, niſi lex fu mentalis eius arbitrio limites ponat. Nam per ſociationem civilem fit unio virium: in hac un

on-

ntinentur actiones & operæ ſociorum: diſpenſatio applicatio virium penes ſummum imperium eſt. de palam fit, huic iuri obligationem perfectam ditorum reſpondere ſuſcipiendi munera, obeundi ata miniſteria, ac dandi, ſiquis interrogetur, ſilia. Duo ſunt, nec ea levis momenti, hoc loco madvertenda:

1) Obligatio Imperantis non ſine ſumma circumſpectione deligendi conſiliarios ac miniſtros, quorum ingenium ac virtutem exploratam habeat: (1) qui uſu rerum & experientia polleant, (2) quam fere provectior ætas confert; (3) conſtat enim, quantopere ab officialibus ſuis circumveniri Principes poſſint: (4) ipſam tamen civitatem non tam vi & armis, quam conſilio & patientia regi augerique palam eſt. (5) Cavendum etiam Principi, ne cum ſuo ac communi periculo conſiliarios ac miniſtros offendat, (6) multoque etiam magis, ne in ſuam ac ſubditorum pœnam caſtigetur a Deo, ipſa cæcitate ac malitia ſuorum officialium. (7)

2)Ex eadem Principis obligatione fini civitatis conſulendi per delectum & operam conſiliariorum ac miniſtrorum, perſpicitur eiusdem ius ac libera facultas, conſilia exquirendi a quocunque, qui in civitate eſt, & cui civile bonum dignoſcitur cordi eſſe; huic dein Imperantis iuri eorum, quorum conſilium vel opera expetitur, obligatio reſpondet, uti ſupra dictum eſt. Hinc iniuſtæ ſunt, ac iuribus maieſtaticis derogant eæ criminationes, quæ in ſtatum Eccleſiaſticum paſſim coniiciuntur, quod politicis ſe negotiis ingerant, quaſi aut Imperans iure interrogandi, aut ii, qui ſub ſingulari eius tutela ſunt, obligatione reſpondendi deſtituerentur: præſertim cum ſublimitas ſacerdotii uſu omnium gentium participes graviſſimorum regni negotiorum fecerit illos, qui ea dignitate eminebant. Inter miniſtros Davidis regis recenſetur Sadoc *Sacerdos*; qui idem intererat, cum de ſucceſſore regni ageretur: *dixit quoque rex David: vocate mihi Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam.* (8) Idem in numero miniſtrorum Salomonis erat: *Erat Rex Salo-*

mon regnans - - & hi principes, quos habebat Sadoc autem & Abiathar ſacerdotes - - Zabua fil Nathan ſacerdos, amicus regis. (9) Similiter de Re loa dicitur: *Fecit Ioas rectum coram domino cun diebus, quibus docuit eum Ioiada ſacerdos* (10) quis Imperanti abiudicabit, aut invidebit poteſtate deligendi quempiam, cui graviſſima conſcientiæ ne tia maiore fiducia aperiat? (11)

(1) *Perſonales qualitates eorum, a quibus in ce negotiis conſilia exquirenda non ſunt, exprimuntur* Ec XXXVII. 12. ſeq.

(2) Eccli. XXXIV. 9. 10. 11.

(3) *Iniit conſilium Rex Roboam cum ſenioribus - - d rúnt ei iuvenes.* III. Reg. XII. 6. 10.

(4) *Valde memorabile hac de re extat edictum A xerxis Regis.* Eſth. XVI.

(5) *De vaſtiſſima Romanorum potentia ſic proditum* I. Mach. VIII. 3. *poſſederunt omnem locum conſilio ſuo, & tientia.*

(6) Exemplum extat II. Reg. III. 8.

(7) *Paruit Roboam conſilio iuvenum, & non acqu populo, quoniam averſatus fuerat eum dominus.* III. R XII. 15. *Cum nunciatum eſſet Davidi, quod & Achito eſſet in coniuratione cum Abſalom, ſic rogavit ad Domin infatua, quæſo Domine, conſilium Achitophel.* II. Reg. 31. *Iſaias propheta plagas Ægypti enumerans ait: principes Taneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis, dede conſilium inſipiens - - dominus miſcuit in medio eius ſpiri vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere* Iſa. XIX. 11. & ſeq.

(8) III. Reg. I. 8. 32. 44.

(9) III. Reg. IV. 1. 2. 4. 5.

(10) IV. Reg. XII. 2.

(11) *Cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque co veris obſervantem timorem Dei - - qui cum titubaveri in tenebris, condolebit tibi; cor boni conſilii ſtatue tecum.* Ecli. XXXII.

XXVII. 15 16. 17. *Anima viri ſancti enunciat aliquando a, quam ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeundum.* ib. v. 8. *Multi pacifici ſint tibi; & conſiliarius ſit unus de mille,* Eccli. VI. 6. *nempe uni præcipue ex libus delecto ea committe, quæ ad privatas tuas ratiopertinent.*

§. CCXXXV.

Cum iure diſpenſandi munera publica connexum ius conferendi dignitates, eaque determinandi na externa, per quæ illæ repræſententur, vel exorntur; qualia ſunt tituli, præcedentia, inſignia ntilitia aut ordinis mere perſonalis: eodem refedum eſt ius decidendi lites de proëdria, & ſuum que aſſignandi gradum: ius inſtituendi ordines eſtres vel togatos ad excitandam æmulationem: ique ius ferendi leges, per quas delinquentium certis cauſis notetur fama, eosque dignitate vel bilitate privandi. Quibus omnibus ſpectatis Imans, civilium dignitatum fons nuncupatur. Nonum de dignitate analyſis ſequentibus articulis itinetur:

a) Hominum exiſtimatio & quaſi valor ex maiore vel minore perfectionis gradu pendet.

b) Spectato naturali ſtatu & primæva hominum æqualitate alia eſt exiſtimatio & fama ſimplex, alia intenſiva. (1) Sed hoc loco ſpectatur civilis & hypothetica hominum æſtimatio, quæ in civili ſtatu ex cauſis ſupra memoratis oritur.

c) Is, cui ſecundum civilem æſtimationem maior valor tribuitur, *præcellere* dicitur; ac præcellentia unius præ altero ſecundum determinatum gradum *dignitas* nuncupatur.

(*d*) Unde conſequitur, ſpectata civili æſtimatione ſu mam in civitate dignitatem penes Imperantem e quippe qui ſummis iuribus, & imperio gaudet, alii ſubiicere ſeſe, & cuius præcellentiam ſeu dig tatem agnoſcere tenentur.

(*e*) Ex hisce principiis & fontibus derivatur origo *i ceremonialis*; quod fere arbitrariis legibus, pactis, conſuetudine determinatur, nec etiam iuri imper aut quantitati poteſtatis commenſuratur.

(*f*) Quia publici officiales exercent iura civili imp annexa; idcirco in dignitate poſiti cenſentur; per ſe tanto maior eſt, quo maiora eidem mu demandata ſunt, eaque magis animi, quam corp robore obeuntur.

(1) §. LXXXIV.

§. CCXXXVI.

De obligatione digniores præferendi minus dig in diſtributione munerum ac dignitatum, par expedita, ſed tamen uſus & momenti graviſ diſputatio eſt. Eius præcipua capita hæc ſunt

(*a*) *Dignus* ſæpe vocatur quis ea tantum ex cauſa, q nullo aperto impedimento per leges inducto aff tur, quo minus dignitatem vel munus obtinere qu quin ratio habeatur eius fructus, aut damni, q ex eius adminiſtratione veroſimiliter in his adiu proventurum eſt.

(*b*) *Dignior* duplici reſpectu cenſetur, vel relate ad mu neris aut dignitatis adminiſtrationem, ut perinde ac ſi bono communi *utilior* & quaſi opportunior; vel relate ad præcedentia ipſius merita & affectiones perſonales, ob quas præ aliis videtur promoveri. Intereſt in officiis publicis inter id, quod meri ris eſt, cui ferendo certæ qualitates requiruntur, atque id, quod eſt honoris & emolumenti. Rate ad onus, dubium non eſt, quin eius, qui prom

tur, plena, ut ita dicam, virium ſufficientia requiratur: ea autem poſita in pluribus forte munerum canditatis, aliæ qualitates, vel merita conſiderari ſolent. Primum ſi negligitur, peccatur in iuſtitiam, ut vocant, commutativam; ſi alterum, in diſtributivam; fitque *acceptio perſonarum*, quæ in eo ſita eſt, ut alterum alteri præferendo reſpiciatur *cauſa impertinens*, ut vocatur. (1)

c) Electio quidem, quæ fit per ſuffragia plurium, uti ab aliis promovendi modis diſtinguitur, per ſe ac natura ſua eo ordinatur, ut eligentes meliori, quo fieri poteſt, modo ſecundum iudicium ſuum conſulant communi bono. Huc enim prævii tractatus, ac diligens inquiſitio in qualitates perſonæ eligendæ tendunt; ut proin cum iure ſuffragii obligatio præferendi digniorem connexa videatur. Eadem eſt ratio concurſus; quo habito, niſi præferatur, qui ſe digniorem exhibuit, iniuria ſtricte tali videtur affici; quia inter eos, qui concurſum convocant, & inter concurrentes pactum cenſetur initum.

d) Munera ac dignitates, quæ liberæ collationis ſunt, generatim dignioribus conferenda eſſe, dubium non eſt; ſecus enim penitus tollitur æmulatio eorum, qui ad publica munera ſeſe præparant, langueſcit ardor ſtudiorum, ac conatus ſeſe perficiendi. Non tamen negare auſim, ſupremum diſpenſatorem munerum ac dignitatum promovere aliquando poſſe, omiſſis dignioribus, etiam minus dignum, qui tamen obeundo officio impar non ſit; quia penes ſupremum diſpenſatorem non modo poteſtas eſſe debet bona communia diſpenſandi ex rigore iuſtitiæ, ſed etiam per viam gratiæ, præſertim ſiqua intervenit cauſa, quæ generatim in commune bonum redundat.

e) Illud manifeſtum, ſi indignis conferantur munera & dignitates, tum quidem publicæ rei adminiſtrationem maxime turbari, bonos torpeſcere, honeſtam æmulationem defervere, & a dignis quoque munera negligi.

(1) S. Thomas 2. 2. q. 63. a. 2. *ita diſſerit*: „*Quia perſonarum acceptio eſt, cum aliquid perſonæ attribuitur præter*

 „*pro-*

„proportionem dignitatis ipſius: conſiderare oportet, qu „dignitas alicuius perſonæ poteſt attendi dupliciter: 1 „modo ſimpliciter & ſecundum ſe; & ſic maioris dignit „eſt ille, qui magis abundat in ſpiritualibus gratiæ donis: „modo per comparationem ad bonum commune. Contin „quandoque, quod ille, qui eſt minus ſanctus, & mi „ſciens, poteſt magis conferre ad bonum commune prop „potentiam vel induſtriam ſecularem, vel propter aliq „huiusmodi.“

§. CCXXXVII.

Variæ perveniendi ad munera ac dignitates paſſim inventæ ſunt, quæ rectæ ſint, ac ſecus, iure publico univerſali diſquiri poteſt.

(*a*) Uti ius conferendi ipſa munera Imperanti compe ſic ab eodem concedi poteſt *exſpectativa*, vel *ius cedendi*, ex quo poſteriore candidatus ius perfect obtinet.

(*b*) Emtio. vel redemtio officiorum iis forte in lo iuſta eſſe poteſt, ubi tanta eſt emolumentorum geſtis muneribus profluentium ubertas, ut ipſa ve litas bono publico non obſit. At ubi annui offic lium reditus non pretio pro officiis expenſo, duræ ſolum ſuſtentationi reſpondent, cenſent auc res, qui publicis de rebus ſcribunt, omnium ſor dorum mercaturæ generum, quæ multa ac va ſunt, nullum ſordidius, nullum turpius eſſe, qu magiſtratuum & honorum mercaturam. Emtores er iſtiusmodi ius ſibi competere arbitrabuntur, eousq graſſandi in ſubditorum bona, donec datum preti multiplici cum fœnore recuperarint.

(*c*) Parentum merita iuſta ratio non ſunt promove ad officia filios, quibus obeundis pares non ſunt; cu Imperanti alia deeſſe ratio non poſſit, parentu merita in filiis remunerandi ſine reipublicæ detriment; nec vero parentes beneficiorum publicæ rei præ torum adeo pœnitere credendum eſt, ut eand peſſumdari a filiis velint, quam ipſi magnis laborib conſervarunt, atque auxerunt. Secus iisdem di

op-

oporteret, quód populus Samueli dixerat: *Ecce, tu ſenuiſti; & filii tui non ambulant in viis tuis.* (1)

d) Non multum abſimilis eſt ratio ad honores & officia perveniendi per coniugium ineundum cum vidua, aut filia anteceſſoris, aut etiam cum alia puella, cui Princeps in dotem dedit officium publicum, conferendum ei, qui illam uxorem duxerit. Pietatis ſpeciem id quidem habet; at ſæpe dolendum, quod officiorum diſtributores neſciant, pii eſſe in perſonam privatam, quin impii ſint in totam communitatem. Non enim commune bonum, ſed caro & ſanguis in conſilium vocatur, quando electio in arbitrium fœminæ coniicitur; aut certe libertati matrimonii ſatis conſultum non eſt, dum ſponſus puellæ obtruditur, conciliante non animi affectu, ſed honoris & commodorum cupiditate.

(1) I. Reg. VIII. 5.

§. CCXXXVIII.

Hactenus de promotione actum eſt; nec paucio- aut leviora de dimiſſione officialium a muneri- s publicis obſervanda ſunt.

1) Si officia non perſonalia ſint, ſed hæreditaria, nec culpa præſentis officialis legitimo hæredi generatim nocere poteſt. 2. Quando in ſuſcipiendo munere pacta, & ſtipulationes interceſſerunt, uti cum extraneus, non ſubditus ad gerendum officium publicum evocatus eſt, tum officialis contra datam fidem, & ſine legitima cauſa dimitti non poteſt; ſecus in Germania quidem ad ſumma imperii tribunalia provocare, & reſtitutionem, aut aliam compenſationem petere, atque etiam impetrare ſolet. 3. Difficilis etiam fit dimiſſio, quando officium obtentum eſt ſub oneroſa conditione exhibendæ pecuniæ, ineundi matrimonii, dimittendi officium aliud; tum collatio intuitu lucrorum ex officio percipiendorum facta usque ad mortem videtur.

(*b*) Si de officiis liberaliter conceſſis ſermo eſt, iuſtæ car ſæ dimiſſionis ſunt 1. negligentia aut delictum of cialis, 2. inſufficientia virium ipſius, 3. utilitas p blica. Ac dimiſſio ignominioſa, exauctoratio ac d poſitio ob gravia delicta, & graves negligentias ne dubio fieri poteſt, ac ſæpe debet, cognita tam cauſa, & audito reo. Qui ob morbum, ſeni &c. citra culpam obeundo officio impar ſit, ſine i humanitate abiici non poteſt, ſed aliunde, quantu congruit, ſuſtentari debet.

(*c*) Ex dimiſſione officialis, de cuius legitima cauſa n conſtat, periclitatur tum fama, & fortuna ipſius c ficialis, tum eius, qui ita dimittit.

(*d*) Ipſa officiorum diverſitas ſpectanda eſt. Quæd enim negotium mere temporarium reſpiciunt, qu eſt officium legati, iudicis delegati, commiſſa Eiusmodi officiales quovis tempore revocari poſſu eo fere modo, quo procuratores in privatis cau Quædam officia non natura ſua, ſed conſuetudin vel ſtatuto alligata ſunt certo tempori. Ab his a elapſum terminum citra maculam officialis, aut ſuſ cionem delicti, vix removetur officialis; quam n ſcio, an ſemper purget illud: *promoveatur, ut an veatur.* Si conceſſio per expreſſam clauſulam *ad neplacitum Principis* reſtricta ſit; tum quidem per motionem contra regulas *iuſti* non aget Princep at fieri poteſt, ut regulas *honeſti* violet. Nam iſti modi beneplacitum naturalibus æqui, & honeſti le bus continetur, nec diſplicere absque probabili ca poteſt, quod cum utilitate boni publici ante placu Neque vero collatio officiorum in meris gratiis n meranda eſt, more quorundam privilegiorum, q ad nutum concedentis auferri poſſe creduntur. gum enim prægrave ſunt, cui, ſiquis humeros ſu ponat, omni benevolentia dignus eſt; cum Sac menti religione ſe adſtringat ad gerendam publici b ni curam, graviſſimosque labores pro eo ſuſcipiend Beneficium eius, qui munus publicum confert, in ſitum eſt, quod huius potius, quam alterius perſo dotibus publicum teſtimonium præbeat; ipſa tam officii geſtio atque adminiſtratio oneris potius & neficii reipublicæ dati, non accepti rationem habet

(

) Quando officium neque ad beneplacitum, neque ſub pactis absque temporis definitione conceſſum eſt; tum quidem certum eſt, officialem nihil proprietatis in eo officio, ſed ſolam adminiſtrationem obtinere; neque tamen eiusmodi conceſſionis eadem ac *precarii* ratio eſt, ut quidam putant. Nam precarium mere in commodum illius cedit, qui id tenet precario; contrarium in officio obtinet. Dein precarium ad nullum *certum* uſum conceditur; in quo differt a commodato; idcirco ad libitum revocabile ſit, oportet, ne proprietas domino ſemper inutilis ſit. At officia natura ſua perpetuitatem habent; quia uno remoto alter ſubſtituitur. Qui apti ſunt gerendis rebus, fere non aliter induſtriam ſuam ac fidem oblato muneri accommodare cenſentur, quam ut absque ſua culpa & voluntate non dimittantur. Etſi igitur Princeps concedendo officium non ſe obſtringat, ut, ſiquem dimittat officialem, rationem in foro externo reddere teneatur; pro foro tamen interno non modo honeſtatem, ſed etiam iuſtitiam lædet, & ad compenſanda damna tenebitur, ſi absque iuſta cauſa dimiſſionem decernat, atque hoc modo officialem, qui alias vitæ ſuſtentandæ opportunitates dimiſit, non modo officii emolumentis privet, ſed etiam ignominia, & labe cuiusdam infamiæ aſpergat.

§. CCXXXIX.

Obligationes officialium tum poſitivæ, tum ne[ga]tivæ ipſi naturæ officiorum reſpondent; genera[lis] eſt lex contra ambitum, quem committere cen[se]tur, qui illicitas artes pro conſequendis honori[bu]s exercet; quem quidem Romani Legislatores [m]ultis legibus perſecuti ſunt. In ipſo officii aditu [pe]ccant permulti, cum imbecillitatis ſuæ & igno[ra]ntiæ, & deſidiæ conſcii officia captant, quibus ob[eu]ndis impares ſunt, ſicque miſerrimis conſcientiæ [la]queis ipſi ſeſe implicant. Unde graviſſimum eſt

mo-

monitum illud: *Noli quærere fieri iudex, niſi va[...] virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas [...] ciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* ([...]

(1) Eccli. VII. 6. *Ad modum adeundi officia pert[...] propoſitio* 28. *ab Innocentio P. XI. damnata.*

CAPUT IX.

Securitatis & tranquillitatis obtinendæ, conſerva[...] ac reſtituendæ nullum præſentius, magisque neceſſariu[...] remedium eſt, quam adminiſtratio iuſtitiæ.

ARGUMENTUM.

§. *CCXL. Imperans civilis ſupremus rerum civilium iudex eſt, & fons iurisdictionis. CCXLI. Iudicii notio. Ordo iudiciarius. CCXLII. Officia actoris & rei. CCXLIII. Advocatorum. CCXLIV. Iudicis. CCXLV. Sententia iudicialis. CCXLVI. Remedia contra eandem. CCXLVII. Iuſtitium. CCXLVIII. Iurisdictio criminalis. Notio ac diverſitas [...] narum. CCXLIX. [...] ſubiectum activum eſt [...] perans. CCL. Subiect[...] paſſivum pœnæ, ſeu de[...] quens. CCLI. Obiectum [...] næ ſeu delicta. CC[...] Proportio pœnæ & del[...] CCLIII. Circa qualita[...] pœnæ habetur ratio tem[...] rum. CCLIV. Iudic[...] criminale.*

§. CCXL.

Securitas & tranquillitas vitæ civilis in eo [...] eſt, ut quisque *το* ſuum integre obtineat, qui[...] conſervet, facile recuperet. *το* ſuum cuiusque [...] eſt, res & iura non modo a vi externa hoſtiu[...] ſed a proximis & civibus maxime periclitantur; q[...]

enn

m alter alteri propior eſt, ita fere cupiditate ha-
di aliena, invidia, odio citius accenditur; unde
ides, violentiæ, variaque iniuriarum genera exi-
it. Sæpe ipſius cauſæ anceps definitio eſt, ut
; utraque iure tueatur, aut poſtulet, quod ſibi
eri putat. In ſtatu naturali, dum quisque in
ſa ſua iudex, iuriumque ſuorum vindex eſt, ius
fectum cum iure belli, & violentæ perſecutio-
coniunctum eſt. Sed iſtuc ius maximis incom-
dis & perturbationibus eſt obnoxium; tum quod
ocens ac læſus, qui meliorem cauſam habet,
ı continuo etiam maiore vi phyſica polleat ad
ſequendas res ſuas: tum quod homines ſui aman-
rerum multarum cupidi, erroribus ac illuſioni-
imaginationis ſubiecti ac pertinaces cito ſibi iu-
confingant, quæ re ipſa nulla ſunt, & ius
endant, quando iniuriam inferunt. Quapro-
r in ſtatu civili æquabilitas iuris contra poten-
& iniquos & ſecuritas iurium maxime quæritur;
adeo ex ipſo fine ac notione civitatis penes ſum-
m imperium etiam iurisdictio ſit, ſeu poteſtas di-
di ius, & ſtatuendi æquitatem inter litigantes.
Nec vero id vel ab una perſona phyſica, vel ab
co collegio fieri poteſt, ſpectata amplitudine ſta-
m civilium, quales hac ætate habemus; hinc iu-
lictio etiam cum aliis communicanda eſt, ac con-
ui neceſſe eſt iudices ſubalternos vel iudicum
legia; ius vero dici in cauſis dubiis & intrica-
tis

tis nequit, niſi ordine quodam ac via procedat idcirco per leges ac conſuetudines introducitur o iudiciarius; quæ quidem omnia, cum ex fine c tatis dimanent, penes ſummum imperium ſunt; adeo Imperans non modo ſupremus iudex, fons omnis iurisdictionis ſit. Ex his pendet diſ cta notio, & probatio ſequentium theſium

(a) Ex fine civitatis manat neceſſitas, ſive obligatio, proinde etiam facultas dicendi iuris, cui reſpor obligatio ſubditorum ei iurisdictioni ſeſe ſubiicie Quia vero ea obligatio & facultas ex fine civitatis manat, palam eſt, eam non pertinere, niſi ad cauſas viles, quæ ad finem civitatis pertinent, & ad ſonas ſubditas. Qui ius dicit, vel in cauſa ad iuri ctionem non pertinente, vel in perſonam non ſu ctam, nihil agit; cum maior in dicendo iure d ctus eſſe non poſſit, quam defectus iurisdictio neque eo caſu per ſe ulla obligatio parendi, aut u effectus oriri intelligitur; quia ex nihilo nihil fit; q æque in moralibus, ac phyſicis valet.

(b) Quia Iurisdictio ex fine civitatis profluit, & cum mo imperio cohæret, idcirco omnis alia iudici poteſtas in civitate, & cauſis civilibus per ſe ſetur ſubalterna, ac demandata ab Imperante; q non obſtat, quo minus ſecundum receptam div nem iurisdictio alia dicatur *ordinaria*, alia *deleg* Illa enim exercetur ex munere proprio, ſed ta demandato ab Imperante: hæc ex commiſſione i vel hominis, eſtque diſtincta a iurisdictione illi cuius nomine, vice & auctoritate exercetur. N igitur iudici ſubalterno citius agendum eſt, quan noſcat limites poteſtatis ſibi demandatæ; ſi enim cedit; uſurpat ius, quo caret, ac iniuriam infert litigantibus, tum ſuperiori, cuius auctoritatem arrogat. Ex varietate, qua iurisdictio a ſupr Imperante in ſubalternos iudices derivatur, naſc diverſitas fori pro cauſarum & perſonarum cond ne: Eſt forum ordinarium, extraordinarium, c

mune vel ſingulare relate ad certas perſonas; quale eſt forum militare, academicum, mercatorium &c. denique relate ad cauſam & perſonam ſimul iurisdictioni ſubiectam aliud competens, aliud incompetens vocatur.

Imperans appellatur fons iurisdictionis civilis non ſolum, quod ſubalternos iudices det, & fora erigat, ſed quia alia præterea diverſa exercet iura ad ſupremam iurisdictionem pertinentia; cuiusmodi ſunt reſervatio certarum cauſarum, avocatio earundem ab inferiori ad ſuum tribunal, præſcriptio ordinis iudiciarii, exſtirpatio abuſuum & corruptelarum in iudicia irrumpentium: ius recipiendi relationes ab inferioribus iudicibus, & authentice declarandi leges iudiciarias, vel eas, quæ in contentionem veniunt: ius recipiendi recurſus, ſupplicationes, aut veras, ac proprias appellationes, ius decernendi reviſionem actorum: ius archivii, ius dandi reſcripta moratoria in cauſis civilibus, ius aggratiandi in criminalibus cauſis, atque univerſe circa iudicia & iurisdictionem inferiorum iudicum exercet poteſtatem inſpectoriam, legislativam, executoriam.

) Obligatio ſubditorum iurisdictioni ſupremæ, vel ſubalternæ reſpondens in eo ſita eſt, ut nemo ſibimet ius dicat, aut vi privata perſequatur; unde illæ regulæ profluunt: ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus: lite pendente nihil eſt innovandum: nec iudicii mutandi cauſa res alienanda eſt. Unde etiam conſtitutis nunc ſummis imperii tribunalibus eidem obligationi repugnant diffidationes, ac ius manuarium, ac duellum, quod vocant, fortunarum vindex; item omnis *contumacia*, ſive inobedientia a ſubdito legitime in ius vocato erga iudicem in iis, quæ ad iurisdictionem exercendam pertinent.

(1) *Eadem pæne apud omnes nationes & Imperantis Iudicis notio erat*: *Conſtitue nobis Regem*, aiebant Iſrae- ad Samuelem, *ut iudicet nos*, *ſicut & univerſæ ha- nationes.* I. Reg. VIII. 5. *Cum paternum regnum am- t Abſalon, non ſe Regem, ſed iudicem eſſe velle profeſ- eſt*: „*Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, ut ad me niant omnes, qui habent negotium, & iuſte iudicem;*" *nempe*

pe filius rebellis nullis promiſſis aptius ſolicitari , ad defectionem permoveri ſubditos poſſe exiſtimavit , ſi diceret : non eſt , qui te audiat conſtitutus a Rege. iuſtam fuiſſe hanc criminationem patet ex iis , quæ II. VIII. 15. *conſignata ſunt : Faciebat quoque David cium & iuſtitiam omni populo. Ceterum ex ratione bis deducta patet , in ſtatu hypothetico iudicia quoad ſtantiam a natura eſſe , non arbitrario hominum facto præſcindatur a civili ſtatu , videtur etiam paterfamili dex eſſe naturalis in familia ſua ; ut in hac quoqu privata omnis inter domeſticos , quæ cum tranquillit ſecuritate eorum conſiſtere haud poſſet , prohibita cenſea*

§. CCXLI.

Ex iurisdictione procedit *iudicium* , quo legitima cauſæ inter actorem & reum contro per iudicem facta diſcuſſio & definitio; vocatu *civile* , quando is , qui litem movet, privatam utilitatem ſpectat : *criminale*, in quo tenditu vindictam publicam delicti. In utroque tres primariæ perſonæ , actor , reus , iudex ; quam in criminali indicia delicti vicem accuſatoris pleant ; ſed nunc quidem de civili.

(*a*) Primo omnium finis iudicii ſpectandus , ne cuique ius ſuum tribuatur ; quapropter verita & merita cauſæ explorari debent : ad eum pertinet ordo iudiciarius , iura & obligatione gantium , ipſius iudicis. Quidquid ei fini obe teſt , a iudiciis removendum eſt : ac quidquid tati rei , meritis cauſæ, bonæ fidei , ac conſc perſonarum in iudicio præſentium repugnat , i ter legi repugnat naturali,(1) ceu *calumnia* ; q mine venit omne id , quod per fraudem , ac ter fit ad lites iniquas movendas vel protelan

(*b*) Ordo iudiciarius alius eſt *naturalis*, qui ge in cognitione cauſæ, iisque omnibus , quæ cognitionem neceſſaria ſunt, & in ſententia

executione conſiſtit; alius *civilis* multas ſæpe formalitates, ambages, ſubtilitates continens, quæ ad cauſæ cognitionem acquirendam non inutiliter præſcriptæ, non tamen ita anxie obſervandæ ſunt. ut per uſum mediorum finis evertatur.

Cognitio cauſæ, quam ordo naturalis poſcit, ſita eſt 1. in petitione actoris: 2. citatione & exceptione rei quoad ius aut factum: 3. probationibus earumque eliſionibus, quoad res patitur.

) Omnes conſentiunt, de iure naturali ac divino eſſe, ut nemo condemnetur aut privetur iure ſuo, niſi ſe defendendi habuerit copiam; quia multa ſæpenumero manifeſta adparent hominibus, quæ longe aliter ſe habere videntur, quando altera etiam pars auditur; ac ſi factum notorium ſit, tamen eius bonitas aut malitia tum ab intentione, tum aliis adiunctis pendet, quæ audienda ſunt ex auctore facti, cui uni notiſſima eſſe poſſunt. (3)

Ordo civilis, quem Imperans ad determinandum, perficiendumque naturalem dictavit, exacte ſervandus ſubalternis iudicibus eſt; Summus Imperans quoad ea, quæ a natura ac Deo præſcripta non ſunt, & pro forma tantum inferiorum iudiciorum ſunt deſignata, non adſtringitur ſuis legibus. Quapropter iure gaudet cauſam *de plano* dirimendi ſola inſpecta veritate, vel eandem citra ſtrepitum ac ſolemnitatem ordinarii iudicii aliis delegandi.

r) *Contingit non raro, ut, quæ iuſta habentur in humano reprobentur a Deo. Homo enim (etſi ſummus ſit Imſ) videt ea, quæ parent; dominus autem intuetur cor.* eg. XVI. 7. *Exempla ſunt iſtiusmodi. Agit quis ex mento ſuper dato mutuo & quidem poſt biennium, ultra exceptio non numeratæ pecuniæ per leges non conceditur. negat, pecuniam fuiſſe numeratam, at oneri probandi, gravatur, ſatisfacere non poteſt. Novit id actor apud um ſuum; at inſtrumento ſuo, ac recognitione ſcripturæ r. Reus igitur ſuccumbit: ſententia tranſit in rem num. Enimvero quanta quanta eſt auctoritas rei iudi- nunquam ea conſcientiam actoris læſam ſanabit.* Mole I. & I. tract. II. diſp. 302. n. 12.

(2) *Ad excludendas calumnias introductum eſt iuram*[...] *tum calumniæ, plura continens capita, vulgatis verſic*[...] *comprehenſa: illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur; &* [...] *quæretur, verum non inficietur: nil promittetur, nec ſ*[...] *probatio detur; ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.* [...] *quo patet, id iuramentum partim aſſertorium eſſe, p*[...] *tim promiſſorium.*

(3) *Non eſt Romanis conſuetudo, inquiebat Feſtus P*[...] *ſes provinciæ, damnare aliquem hominem, priusquam* [...] *qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores. locumque de*[...] *dendi accipiat ad abluenda crimina.* Act. XXV. 16. *Exemp*[...] *dedit divinus iudex, in cuius tamen conſpectu omnia n*[...] *& aperta ſunt. Vocavit (& quaſi citavit) dominus* [...] *Adam, & dixit ei: ubi es?* Geneſ. III. 9. *& ait dom*[...] *ad Cain: ubi eſt Abel frater tuus?* Gen. IV. 9. *Clamor S*[...] *morum & Gomorrhæ multiplicatus eſt - - deſcendam &* [...] *debo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleve*[...] Gen. XVIII. 20. 21.

§. CCLXII.

Actor dicitur, qui factum alteri imputat, [...] qui iuris experiendi cauſa alterum in iudicium [...] cat. *Reum* a re dictum volunt, de qua conveni[...] eſtque is, cui fit imputatio facti, ſeu cui lis mo[...] tur. Iſtorum ſingulares obligationes ac iura h[...] continentur poſitionibus.

(*a*) Invitus nemo agere, alterumve generatim ſe[...] regula, accuſare cogitur. Nam verecunda & [...] neſta eſt cogitatio lites execrari; (1) quarum ex[...] & anceps per ſe eſt, ac ſæpe inimicitias creat [...] numeroſas familias, aut etiam univerſitates inte[...] comittit. Cavent tamen ex pari æquitate hum[...] leges, ne via agendi innocentibus præcludatur [...] contingeret, ſi dominus ſervum aut ſubditum, [...] giſtratus civem ob cauſas mere civiles carceri d[...] non ante dimitteret, quam ſolemniter iuraſſet de [...] vindicando carcere. Quæ obligatio iurata *Urp*[...] vocari ſolet. Cumque id iuramentum exigatu[...]

te[...]

tegendam tutamque præſtandam iniquitatem; hinc per leges proviſum eſt, ut petita informatione & cauſa cognita, eiusdem relaxatio ad effectum agendi concedatur.

) Uti litem movere non cogitur actor; ita nec continuo ius ſuum liberaliter remittere tenetur; poteſt enim per ſe alteri id cedere: poteſt arbitrium, tranſactionem, compenſationem offerre; ac ſi nec iſta placent, ſemper æquitas poſcit, ut ante debitorem amice moneat, quam ad agendum proſiliat. Imo plerisque iudiciorum ordinationibus ſalubriter conſtitutum eſt, ut non ante admittatur proceſſus, ac deductio iuris partium, quam eædem in audientia fuerint perceptæ, in qua tranſactio tentanda, & quid conſcientiæ conſultum ſit, inculcandum eſt, antequam fortunas ſuas oceano proceſſus ordinarii committant.

) Actori ſatis non eſt, de iuſtitia cauſæ ſuæ cogitare, niſi viæ ſuppetant, per quas eandem legitime comprobet. Imo actor nihil probans calumniari videtur; ſuntque partes rei, qui invitus trahitur in iudicium, magis favorabiles; & univerſe delicta, debita, facta non præſumuntur, ſed probari debent.

) Uti vel contra reum etiam invitum lis movetur, vel is ſponte ſua contra actorem in iudicio ſe ſiſtit vel ſuæ vel publicæ utilitatis cauſa (2) ita *neceſſarius*, aut *voluntarius* cenſetur reus. Eius præcipua obligatio eſt, ut citationi pareat, ſi legitima eſt, aut eum ſaltem in finem compareat coram iudice, ut de incompetentia fori, vel ſuo privilegio eundem informet, niſi eadem incompetentia notaria ſit.

) Actori proinde, ut reo, in cauſis civilibus ius competit procuratorem litis conſtituendi cum libera vel limitata poteſtate, ad univerſam cauſam, vel partem illius. Procuratoris ergo tota poteſtas ex mandato pendet, quo deficiente dicitur *falſus*: fitque proceſſus irritus perinde, ac ſi alterutra pars audita non fuiſſet. Cum res iudiciales ſingulari diligentia agendæ ſint; idcirco per leges poſitivas declaratum eſt, eum, qui mandatum procuratorium agendi in iudicio ſuſcipit, cenſeri adpromittere diligentiam exactiſſimam, ut ſi

non modo dolo, ſed vel culpa leviſſima damn intulerit, atque id, quod domini intereſt; non raverit diligenter, id præſtare teneatur.

(1) l. item ſi 4. §. 1. D. de Alienat. iudic. mut. cauſ.

(2) Uti ſiquis agat ex l. diffamari. S. C. de ingenuis.

§. CCXLIII.

Partes litigantes fere adſciſcunt advocatos, patronos cauſarum, qui *poſtulare* dicuntur, id e in iudicio deſiderium ſuum vel amici ſui expone aut deſiderio alterius contradicere. Eorum præ gativæ iure poſitivo determinantur: iura & obli tiones naturales potiſſimum iſtæ ſunt:

(*a*) Ut cauſam non ſuſcipiant, cui agendæ pares ſint ingenio ac peritia iuris, facundiaque.

(*b*) Ut cauſam non agant, niſi iuſtis honeſtisque me ac viis.

(*c*) Siqua delata cauſa noſcatur iniuſta, aut eius obtine ſpes nulla ſit, tenentur ab ea abſtinere vel reced neque tum ſuadere transactionem poſſunt.

(*d*) Poſt latam adverſam ſententiam, male minuit rium advocato pars litigans, eoquod patiatur damn advocatus autem male petit auctarium ſalarii: eoq erubeſcat, & patiatur diminutionem famæ; quer modum idem de medico dicendum eſt, ſub c cura moritur ægrotus. Uterque enim & ſuſcipie litem, & curationem morbi quaſi contractum q dam aleatorium init.

(*e*) Iuſtæ ſunt leges poſitivæ, quæ paciſci advocat quota litis, aliumve contractum inire prohib Palmarium ratione victoriæ accipere licitum eſt: item exigere, præſertim quando advocati iurant nihil exacturos ultra conſuetum ſalarium.

§. CCXLIV.

§. CCXLIV.

Iudici tum ſupremo, tum ſubalterno multa præ-
bit ius ipſum naturale in hypotheſi poteſtatis
icariæ civilis ſeu eccleſiaſticæ; inprimis ut *poſſit*,
n ut *velit* iuſtitiam adminiſtrare; quocirca neceſſe
primo, ut iurisdictione, ſeu poteſtate dicendi
s præditus ſit tum ſpectata cauſa, tum perſona
ul. Alterutrum ſi deficit, nihil agit magnis
paratibus & ſumptibus. Voluntas iudicis immoto
inexorabili iuſtitiæ amore teneatur neceſſe eſt;
a ipſius tribunal veluti portus innocentiæ, &
fugium contra iniurias eſt. Sublata eius iuſtitia
untur *moveri* ac labare *fundamenta terræ*; eoquod
ius civitatis finis, ac ipſa quodammodo civitas
vertatur. (1) Voluntas conſtans ius ſuum cuique
buendi, poſcit

a) Primo, ut iudex facilem ſe præbeat in adeundo, & partem utramque patienter audiat.

b) Secundo, ut perturbationes & cupiditates animi ſui excludat, per quas iuſtitia maxime corrumpitur. Quare nec excandeſcere eum oportet adverſus eos, quos malos putat, nec calamitoſorum precibus illacrymari. (2) Quæ animum maxime inflectunt, ſunt malum ac bonum vel relate ad ipſum iudicem, nempe timor & cupiditas, vel relate ad alium, nempe odium & amor; quæ gravibus præceptis & exemplis ex ſacro Codice illuſtrari poſſunt.

c) Tertio ut media adhibeat cognoſcendæ veritati, meritisque cauſæ ponderandis idonea. *Iudicantem oportet cunctari, rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.* (3) Iudicis igitur eſt, ea ſupplere, quæ ſunt iuris, inducendo leges, ſtatuta, ac legitimas conſuetudines,

(4) aut quæ ex deductis in iudicium parti liti competere dignoſcuntur, etſi ipſamet ea ignore

(1) Pſal. LXXXI. *in quo Deus tanquam ſupr omnium iudicum iudex exhibetur: „Deus ſtetit in ſyna „deorum: in medio autem deos diiudicat: (intereſt co „iudicum, eosque ipſe iudicat) neſcierunt (iniqui iud „neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur „damenta terræ.“*

(2) l. obſervandum. 19. D. de officio Præſidis.

(3) C. 11. XXX. q. 5.

(4) l. un. C. ut quæ deſunt advocatis.

§. CCXLV.

Auditis probationibus & exceptionibus fit clusio in cauſa, quam ſequitur ſententia definiti de qua nota

(*a*) Iudex ſententiam pronunciare tenetur pro ea p quæ penſatis omnibus cauſam habet probabiliorem Neque quando litigantes habent pro ſe opini æque probabiles, poteſt iudex pecuniam acci pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio. Neque citra acceptam pecuniam litem amico adi care poteſt, utpote cuius dominus ipſe iudex non ſed vel generalia iuris principia, ceu de poſſeſſi valore actus &c. in ſubſidium aſſumenda f vel recurrendum ad transactionem, diviſion ſortem.

(*b*) Quærunt, iuſtene condemnet iudex in cauſa c aut criminali eum, quem privata ſcientia *certo* ſ eſſe innocentem, etſi in iudicio videatur probari cens? Tentanda quidem ſunt omnia, ne innocen vulneret, quem ſanare debebat petitum ab adverſa imo potius decedendum eſt ab officio, quam ut co veritatem pronunciet; ſi nec decedere poſſit, in u que cauſa potius ferenda, quam facienda mala ſ Non enim publica perſona dicitur, quia publi ſequi tenetur falſitatem; nec ita mechanice adſtring

a-

allegatis, ut ſententia non ex ipſius iudicio, conſcientia ac religione procedere debeat.

*) Altera eſt quæſtio de vi rei iudicatæ, tantane ſit, ut, ſi de iure partis poſtea certo conſtet, eidem tamen inhærere pars victrix poſſit? Novi, quid præſcriptioni tribuant leges; parem vim transferendi dominia tributam eſſe rei iudicatæ, non novi. Generalis eſt regula, præſumtionem cedere veritati: ac ſententia quidem iudicialis præſumtione facti particularis nititur.

(1) Prop. 2. inter damnatas ab Innoc. P. XI.

(2) Prop. 26. inter damnatas ab Alexandro P. VII.

§. CCXLVI.

Vitia iudicum ſpeciali notata nomine, itemque remedia ſanandi plagas ab iisdem inflictas enumerare breviter oportet.

a) Crimen *barratariæ* committit iudex, quando pecunia corruptus iniquam profert ſententiam: *crimen concuſſionis*, quando intentato metu extorquet a litigantibus pecuniam. Dubium non eſt, quin iudex parti læſæ teneatur ad reparationem damni, quando corruptione, dolo malo aut per culpam cum gravi peccato coniunctam eidem nocuit, aut ſi ob culpam & imperitiam a iudice ſuperiore ad reparandum damnum condemnatus eſt. Si ea teneatur doctrina, quam de culpa vulgo tradunt, tamen animadvertendum eſt, contingere poſſe, ut negligentia, quæ in externo foro pro levi vulgo habetur, ſpectata re, eiusque gravitate, quæ in iudicio agitatur, pro conſcientiæ foro gravis ſæpe habenda ſit.

b) Contra ſuſpectos iudices per leges poſitivas ſuppetit iuramentum perhorreſcentiæ, ſive eieratio bonæ ſpei.

c) Contra iniquam ſententiam appellatio iudicialis locum habet, ſive provocatio ab inferiore iudice ad ſuperiorem ratione gravaminis per ſententiam illati, & gra-

datim facta. Eodem pertinet remedium ſupplicatio vel reviſionis a ſummo Imperante petitæ. (1)

(*d*) Contra fraudes, ſordes, craſſam ignorantiam iudic datur *accuſatio ſyndicatus*, in qua ſi probatione d ciat actor, eo graviore id pœna luet, quam ma intereſt boni communis, auctoritatem iudicum, tribunalium fartam tectam conſervari.

(1) Eccli. V. 7. 8.

§. CCXLVII.

Iuſtitium eſt ſtatus civitatis, in quo iudicia ceſſa eſtque vel *univerſale*, ſi tota in civitate ſeu republi vel *particulare*, ſiqua in parte ceſſent: dein *neceſ rium*, quod ob publicas calamitates invito eti Imperante contingit; *voluntarium*, cuius ratio in e arbitrio ſita eſt: rurſus *continuum & perpetuum*, c ſpes nulla eſt, iudicia reſtitutum iri, *temporariu* quando iurisdictio ſuſpenditur ad tempus. De ſic ſtatuendum:

(*a*) In iuſtitio particulari vel adeunda ſunt ſuperiora t bunalia vel mora ferenda eſt cohibita vi priva niſi ſummum ſit in mora periculum, uti contingit defenſione poſſeſſionis adhibita in continenti.

(*b*) Si iuſtitium incidit voluntarium & univerſale, temporarium, lapſus termini exſpectandus eſt, c in feriis. Siquod negotium moram haud patitur, dicetur; quemadmodum contingit de vi & alimen tempore feriarum.

(*c*) Vis privata locum habet in iuſtitio continuo & u verſali, idque vel obtingit de *iure*, cum quis ver tur in locis non occupatis, in quibus nulla eſt ci tas: aut *de facto*, cum civitas in anarchiam abiit, ſubditi Imperantem non audiunt.

(

l) Si iudex cognitionem cauſæ ad dilatæ aperte reiicit, cenſetur incidere iuſtitium voluntarium ac particulare; ac tum ab inferiore ad ſuperiorem provocare licet; ſi ſupremus ſit iudex, qui adminiſtrationem iuſtitiæ neget, potius ferendum eſt privatum malum, quam commune bonum turbandum.

§. CCXLVIII.

A civili iurisdictione ad criminalem progredior; notio *pœnæ* præmittenda eſt, quæ definiente Gro- eſt *malum paſſionis, quod infligitur ob malum actio-* Opera veniunt pœnæ nomine, quatenus mo- a ſunt, vel ignominioſa, & ad paſſiones inferun- (1) Colliges:

) Uti bonorum ac malorum, ita pœnarum genus eſt multiplex; ac dividi ſolent in capitales, non capitales: corporis afflictivas: quædam opponuntur bonis fortunæ, ut mulctæ pecuniariæ, confiſcatio: aliæ honori, libertati, iuribus acquiſitis civitatis, nobilitatis.

) Infliguntur pœnæ ob malum actionis. Igitur earum finis eſt, 1. *ſatisfactio*, ut iniuria caſtigetur, & delinquens animum nocendi deponat, aut forte etiam vires male agendi amittat; uti ſi extra ſtatum nocendi ponitur; quo ſpectato fine pœna dicitur *aſſecuratoria.* 2. *Emendatio*, ut mutet animum male agendi, & reſipiſcat: unde *emendatrix* vel *medicinalis* nominatur; 3. ut alii ſucceſſu vel impunitate improborum non modo non alliciantur ad peccandum, ſed potius alieno periculo ſapere diſcant, & deterreantur a malo: unde *exemplaris* dicitur. Dicunt, *ultionem* ſeu *vindictam* non eſſe aptum finem, quem puniens ſibi præfigat; quia vindicta ſeu ultio nihil eſt, niſi voluptas ex ſolo delinquentis dolore capta; quæ quidem voluptas inhumana ſit, neque conducibilis, vel ad perfectionem delinquentis, vel ſocietatis humanæ, ſeu ad ſalutem civitatis. Niſi vehementer fallor, tota hæc deductio, quæ noſtra ætate novas in-

duxit etiam in theologia, quod mirere, opiniones, titur definitione arbitraria, a Wolfio parum cogi te propoſita. Si ob læſum honorem Dei vel homi pœna infligitur lædenti, non ego tam voluptatem pio, quia malum ſit lædenti, ſed quia æquum e ut honori læſi ſatisfiat: qui, quod iuſtum eſt, r facit; patiatur, quod iuſtum eſt: nihil mali eid opto, quamdiu bonus eſt; ſi bonus eſſe præfra renuit, cupio, ne impune opprimatur dignitas & nor læſi. Mens mea non eſt fixa in malo læd tis, ſed in dignitate læſi. nec tam peccant quam peccatum averſor. Si iuſtiſſimus Deus c demnat, & affligit contemtores maieſtatis ſu voluptatem ſentio, quod ſumma maieſtas quodam do ſalva ſit. & impietati non ſuccumbat; quod ſi ri non poſſit ſine calamitate læſi, hic exedat off quam intrivit: volo honorem Dei impune non c culcari. Si ſummus Imperans civilis miniſter Dei ſi non fruſtra gladium portat; non video, quare *nam vindicativam* infligere non poſſit; oportet er ut miniſter honori domini conſulat. Multi ſunt ci V. T., qui hanc mihi notionem ingerunt; (2) que vero ideæ rerum ad ius neceſſarium, & abſ tum pertinentium aliæ ſunt in novo, quam veteri ſtamento.

(*c*) Differt igitur pœna a reſtitutione vel reparati damni dati. Nam reſtitutio fundatur in læſione ris perfecti relativi ſeu proximo competentis: na irrogatur propter violationem legis qua tal reſtitutionis menſura eſt quantitas læſionis: pœna terminatur ex quantitate tum læſionis, tum mo tatis, qua delictum patratum eſt; reſtitutio lo habet, ubi nullum delictum vel culpa interceſſit: na non item. Idcirco reſtitutio non recte appell *pœna compenſatoria.* (3) Remiſſa pœna proprie non continuo reparatio damni cenſetur remiſſa; iuri privatorum ſine neceſſitate vel utilitate pu derogari non poteſt.

(1) De I. B. ac P. L. II. C. XX. §. 1.

(2) Exod. XXXII. 26. Deut. XXVII. 15. &c.

(3) *Pœna dupli & quadrupli, quatenus ſimplum con-ent, utique reparationem damni reſpiciunt, quoad exceſ-propriæ pœnæ rationem habent. Dudum illæ quidem in erant.* Exod. XXII. 1. II. Reg. XII. 6. Luc. XIX. 9. *iſtiusmodi pœnæ, quæ favorem & utilitatem actoris e reſpiciunt, abrogatæ nunc ſunt, & pœnæ pecuniariæ fructus iurisdictionis referuntur.*

§. CCXLIX.

Subiectum activum pœnæ eſt is, cui ius eandem igendi convenit, de quo poſitiones ſunt ſequen-:

) Imperanti civili ius puniendi indubitato competit tanquam medium ad obtinendum finem ſecuritatis neceſſarium. Legis auctoritas ſine comminatione pœnæ nulla eſt; cum infinitus ſit numerus ſtultorum, qui non tam virtutis amore, quam formidine pœnæ in officio continendi ſunt. Ex quo fit, ut qui pœnam exerit in delinquentes, revera beneficus ſit in alios, totamque communitatem. De iure vitæ ac necis, poſteaquam id tot iam ſeculis inde a conditis civitatibus exercitum eſt; diſputant nunc, quod mireris, verene Imperantibus competat. Nihil in hanc ſententiam, quod æque peremtorium ſit, afferri poteſt, ac ſententia Doctoris Gentium: *Dei miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malum feceris, time; non ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter, vindex in iram ei, qui malum agit.* (1) Enimvero gladius non mulctas pecuniarias aut confiſcationem, non damnationem ad opera publica, non exilium, non perpetuos carceres, neque verbera aut ſolam mutilationem, ſed necem, pœnamque mortis denotat. Sed revera neceſſitas capitalis pœnæ obſcura non eſt, ſi integra conſervanda eſt ſalus publica; abſcindenda a corpore ſunt membra putrida, nec ſatis reſtinguitur ardor ſeu furor delinquendi, niſi ſanguine reſtinguatur. Quid enim, ſi Princeps morte afficere haud poſſet transfugas, proditores, perduelles, graſſatores viarum?

(*b*)

(*b*) Non modo ius, at obligatio quoque puniendi pe
Imperantem eſt; (2) cum alias nec delinquenti
nec aliorum coerceri proclivitas peccandi poſſit.
que vero hæc obligatio tollit ius aggratiandi; c
finis per pœnas intentus ex ſpecialibus caſibus
pendet, nec ad quemlibet uſum mediorum adſtri
eſt. Habet enim ipſe ſuos gradus, & conciliari
bet cum fine, qui per gratiam factam intenditur. P
ceptum illud divinum V. T. *maleficos non pati
vivere*, (3) qua poſitivum eſt, ad legem gratiæ ac
bertatis non pertinet, neque vero pertinere unq
Eccleſia agnovit, ad quam unam ſpectat, leges d
nas authentice interpretari: quamquam eo loco
cri Codicis non quæcunque malefacta, ſed præſt
unice reſpiciuntur.

(*c*) In ſtatu naturali cuivis quidem ius defenſionis e
cruentæ, ac ius ſecuritatis eo, quo explicavi
modo intelligitur attributum; non item *ius
niendi*, quod ex imperio & ſubiectione dima
ius cogendi alterum ad ſemet perficiendum ope
nœ emendatricis manifeſte pugnat cum iure l
tatis, omnemque tolleret de rebus ſuis diſpon
facultatem; cum iam cuivis in determinandis a
nibus ſuis non liceret ſuum ſequi iudicium, ſe
ter alteri ſubiiceretur. Delinquens fit inferior i
cente in foro Dei; non autem æqualitatis ac l
tatis iura in ſocietate humana ob delictum pe
Verba Caini: *omnis, qui invenerit me, occidet*
(4) non aliorum ius occidendi vel puniendi ho
dam, ſed acerbos conſcientiæ morſus, menti
ſceleratæ perturbationem indicant. Iſtiusmodi
enim homines omnia tuta timent. Accedit,
ſacræ literæ addant: *Dixitque ei Dominus: n
quam ita fiet; ſed omnis, qui occiderit Cain, ſ
plum punietur;* (5) id eſt ſecundum notum he
mum, valde, graviter, cumulate punietur. Ne
ergo competebat ius occidendi hominem ſonte
reum.

(1) Rom. XIII. 4.

(2) c. eſt iniuſta. 33. XXIII. q. 4. & c. ut Clericorum 1
de vita & honeſt. Cler.

3) Exod. XXII. 18.

4) Gen. IV. 14.

5) ibid. v. 15.

§. CCL.

ubiectum paſſivum pœnæ eſt delinquens, id eſt, ti cauſa phyſica vel moralis, cui id imputari ſt. (1) Eſt igitur iuris naturalis regula, quam Romanæ proferunt: *Sancimus, ibi eſſe pœnam, & noxia eſt - - peccata ſuos teneant auctores; nec ius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.* Unde confectaria deducuntur.

Communicatio pœnarum intuitu tertii iuſta eſt, quatenus tertio delictum imputari poteſt. Reparatio damni per ſe delictum prævium non requirit. Igitur per ſententiam iniungi poteſt ei, qui culpam theologicam non commiſit; neque ea ſententia ex præſumtione culpæ theologicæ cenſetur ferri, ſed ad acuendam hominum induſtriam, ac vigilantiam; nec etiam obeſt, quod qui illud incommodum ferre debet, *puniri* dicatur, nempe pœna improprie & latius ſumta, cuius iuſtiſſima cauſa ſubeſt. Hinc regula iuris ſuam exceptionem ipſa addit: *ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* (3)

Æque iuris naturalis eſt: quod in legibus citatis adiungitur: *propinquos, notos, familiares procul a calumnia ſubmovebimus, quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim affinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt.* (4) Conſentit alia lex: *crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Nam unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur.* (5) Quando Deus iniquitatem patrum viſitare in tertiam & quartam generationem dicitur; (6) id, quod pœna eſt relate ad parentes, quorum poſteritati nulla felicitas relinquitur, cenſetur *calamitas* relate ad liberos, eamque poſte-

poſteritatem, quæ privatur iure, quod totum a[...] vina diſpoſitione pendet; & quod ipſum nec in[...] tibus debetur. (7) Eadem tamen calamitas parent[...] & avis ante prænunciata magnam abſterrendi a [...] cato vim habet: qui liberorum ac nepotum t[...] ſtudio tenentur, ut illorum ærumnis plus, quam[...] affici aliquando videantur. Legibus humanis effe[...] quidam pœnarum a parentibus in liberos deriva[...] præcautionis iure, tum ne liberi improbitatem pa[...] tum imitentur, tum ne ulciſcantur iuſtam paren[...] necem. Hinc pœna perduellionis in liberos exte[...] tur, at non capitalis. Ius civitatis & ſucce[...] nis in bona parentum ad filios non devolvitur, [...] ſi per patrem. Hinc confiſcatio bonorum & pe[...] tua excluſio a iure civitatis relate ad liberos tan[...] indirecte & per conſequentiam in inſontes cadit[...]

(c) Hæres ex delicto defuncti non tenetur ad pœn[...] niſi nova obligationis cauſa ſolvendi mulctam p[...] niariam aliunde acceſſerit; id, quod ex diſpoſit[...] iuris Romani contingit, 1. ſi poſt litem conteſtat[...] in qua ad perſecutionem pœnæ pecuniariæ agi[...] reus moriatur. 2. Si eiusmodi pœna per ſenten[...] iam dictata ſit. 3. Siquid ex delicto defuncti ad [...] redem pervenit. 4. Si ipſe defunctus datum [...] num compenſare ex bonis ſuis obligatus in conſc[...] tia vel ante ſententiam iudicis fuit. Ita ex æq[...] te canonica decidi ſolet. (8) 5. Si in cauſa crim[...] expenſæ litis debeantur. 6. Si reus ex conſci[...] criminis, cui publicatio bonorum adhæret, mo[...] ſibi conſciverit.

(d) Quæſtiones aliæ non paucæ huius loci propriæ [...] 1. Quomodo paterfamilias teneatur ex delictis d[...] ſticorum. 2. Quomodo Princeps aut tota civitas [...] ligetur ex delictis privatorum ſubditorum & da[...] exteris illato. 3. Quomodo ſubditi ac civitas ob[...] tur ex delicto privato Imperantis.

(1) § XXXV. & ſeq.

(2) l. ſancimus. 22. C. de Pœnis.

(3) c. 23. de R. I. in VI.

4) cit. l. 22. C. de Pœnis.

5) l. crimen. 26. D. de Pœnis.

6) Exod. XX. 5.

7) Unde explicatum habet proverbium illud Iudæorum: ı. XXXI. 29. & Ezech XXXVIII. 2 *Patres comede- uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt, id eſt, s peccarunt, filii luunt.*

8) c. final. de ſepult.

§. CCLI.

Obiectum pœnæ ſunt delicta & culpæ; ea ſpectan- duplici ex parte; 1. qua obſunt tranquillitati ecuritati civium, aut civitatis: 2. qua repugnant immediate divino honori, ceu blaſphemia, vel ectioni ipſius delinquentis. De utroque genere atue.

Naturalibus iisque graviſſimis erga ſummum Deum officiis non ſatisfacit Imperans, qui divinum hono- rem, ac ſacroſanctam religionem impune violari à ſuis, & conculcari patitur; præſertim cum divina iuſtitia acerbiſſimas plagas in civitates impias ſoleat ef- fundere. (1)

Vulgo dicitur: cogitationis pœnam nemo patitur, nempe in foro humano; nec conatus criminis uni- verſe punitur, quo interna voluntas in actum quen- dam exteriorem, ſed imperfectum & inchoatum pro- ceſſit. *Quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum?* (2) Sunt tamen delicta, in qui- bus conatus criminis pro crimine habetur, & plecti- tur, ceu crimen læſæ maieſtatis, homicidium prodi- torium, parricidium; ac fere univerſe pœna extraor- dinaria afficitur conatus pro illius quantitate; habet enim criminis præparatio ſuos gradus.

(c)

(*c*) Peccata, quorum oppoſitæ virtutes coactionem n habent, non continuo ſemper impunita manent; q officia imperfecta in ſtatu civili ſæpe evadunt per cta. Imo Iuſtinianus quatuor ſpecies *quaſi delictor* enumerat, ſuntque 1. imperitia male iudicantis. Deiectio vel effuſio ex cœnaculo. 3. Poſitio vel ſpenſio eius, quod transeuntibus periculo eſſe pot 4. Damnum in navi, caupona vel ſtabulo datum. (De culpis, quas iuridicas vocant, adnotatio facta paulo ant. (4)

(1) Conf. §. CCXXXI.

(2) l. 1. §. 2. in fin. D. quod quisque iuris.

(3) Inſtit. L. IV. tit. 5. de obligationibus, quæ ex q delicto naſcuntur.

(4) §. CCL. (a.)

§. CCLII.

Proportio inter delictum & pœnam ſpectatur t in determinatione pœnæ ob meritum, tum in e ctione illius, quatenus exaſperanda, vel mitiga eſt. Præcipuæ ſunt regulæ ſequentes:

(*a*) Determinatio pœnæ ob meritum pendet 1. a fu cto, quod læſum eſt; quo loco conſideratur q tas perſonæ offendentis & offenſæ, adiuncta ar rum, partis læſæ, cauſæ, loci, temporis. 2. Ex fectibus ac damnis, quæ in rempublicam redund unde fit, ut delicta in ſe non admodum atrocia invaleſcere incipiunt, gravioribus ſuppliciis coerc tur. 3. Ex proæreſi, ſive quantitate moralit qua delictum patratum eſt.

(*b*) In determinanda pœna etiam perſonæ, quæ illam ire cogitur, habetur ratio; *ſi perſona vilior fue* inquiunt Imp. Honorius & Theodoſius, *cui dam famæ non ſit iniuria, pœnam patiatur exilii.* (1)

:) Proportio pænarum quoad exactionem reſpondet pænarum finibus; uti cum finis pænæ ſit delinquentis emendatio, fieri poteſt, ut is in continenti pænitentiam declararit, vitam longo iam tempore inde a delicto patrato emendarit, (2) aut ipſa carceris diuturnitate partem pænæ exſolverit. (3) Aliquando offendiculo eſt hominibus, dum delicta protrahuntur in lucem inflicta pæna publica. De multitudine peccantium ita diſſerit S. Thomas: „Quando tota multi„tudo peccat, eſt de ea vindicta ſumenda, vel quantum „ad totam multitudinem, ſicut Ægyptii ſubmerſi ſunt „in mari rubro, proſequentes filios Iſrael, ut habetur „Exod. XIV. & ſicut Sodomitæ univerſaliter perierunt, „Gen. XIX. vel quantum ad magnam multitudinis „partem, ſicut patet Exod. XXXII. in pæna eorum, „qui vitulum adoraverunt. Quandoque vero, ſi ſpe„retur multorum correctio, debet ſeveritas vindictæ „exerceri in aliquos paucos principaliores, quibus pu„nitis ceteri terreantur; ſicut dominus Numer. XXV. „4. mandavit ſuſpendi populi principes pro peccato „multitudinis. Si autem non tota multitudo pecca„vit, ſed pro parte, tunc ſi poſſunt mali ſecerni a „bonis, debet in eos vindicta exerceri, ſi tamen hoc „fieri poſſit ſine ſcandalo aliorum; alioquin parcendum „multitudini, & detrahendum ſeveritati." (4)

1) l. noverint. 2. C. ut intra certum tempus.

2) *Ob eam cauſam per humanas leges a perſecutione* [...]*i regulariter eximit præſcriptio* 20. ann. *id, quod æqui-* [...] *naturalem habet. Unde Plinius* l. X. Epiſt. 40. *ait:* [...]*re pænæ poſt longum tempus pleroſque iam ſenes, &* [...]*um affirmatur, frugaliter modeſteque viventes, nimis* [...]*m arbitrabar. Pariter iuris poſitivi eſt abolitio cri-* [...] *per actum gratiæ a Principe facta, quæ ad ius aggra-* [...] *referri poteſt. Exemplum extat* l. 1. C. *de ſententiam* [...] *& reſtitutis; ubi Antoninus Imperator quendam in inſu-* [...]*portatum provinciæ ſuæ in integrum reſtituit, dicens:* [...]*ias, quid ſit in integrum reſtituere honoribus & ordini* [...] *omnibus ceteris te reſtituo.*

[...]) *Etſi carcer ſecundum ius civile Romanum (ſecus de* [...]*nonico) ad cuſtodiam, non ad pænam deſtinatus ſit,* [...] tit. D. de cuſtodia & exhibit. reor. & C. tit. de cuſto-

dia reor.) *continet tamen in ſe pænam, & ideo eius diutu- nitas eſt cauſa mitigandi pænam ordinariam.* Hinc l. 23. de pænis, *Imperatores vetant in exilium eiici illos, longo carcere afflicti fuerunt.*

(4) 2. 2. q. 108. a. 1. ad. 5.

§. CCLIII.

De ipſa pœnarum natura ex temporibus di rendum eſt; certe aliter de pœnis non nulli ho philoſophantur auctores, ac præterito ævo.

(*a*) Pæna infamiæ ac mutilationis non emendari de quentem, ſeu ad nova delicta incitari putant; eoq iſtiusmodi homines publico odio expoſiti hone ſuſtentationem quærere non iam poſſint.

(*b*) Pœnam exilii tum bono civitatis, quæ numer vium & capitibus minuitur, tum iuſtitiæ erga exte in quorum territoria peſſimi homines extrudun tum emendationi delinquentis obeſſe putant, qui lin externæ forte ignarus, cum alimenta ſibi prom ægre poſſit, ad furta ac rapinas impellitur.

(*c*) *Talio* eſt vindicta par, ut quod quis fecit, ide ſemet ferat. In homicidio certe locum habet, ut effuderit ſanguinem alterius, fundatur ſanguis il In aliis alia multa circumſpicienda ſunt.

§. CCLIV.

Hac de pœnis præmiſſa theoria præcipua ca iuriſdictionis criminalis, quantum id ad noſt inſtitutum pertinet, cito expedientur. Ea iuriſd olim *merum imperium* vocabatur. (1) Eandem, per ac civilem hoc ævo dividunt in patrimonialem a in hæredes transeuntem, quæ nempe territ annexa, & Principum propria eſt, atque in

[..]ialem, quæ vi demandati officii conceditur, ſive [..] uno iudice, ſive a collegio iudicum exerceatur. [..]id certiſſimum eſt, iudicium criminale ſine gra[..]iima multorum iniuria exerceri non poſſe ab eo, [..] iurisdictione criminali caret. Ex ipſa autem [..]s iudicii gravitate, in quo de vita & ſanguine, [..] bonis & fama delinquentis agitur, multa corolla[..] derivari poſſunt:

[a]) Inquiſitio *ſpecialis* de commiſſo crimine in perſonam determinatam fieri non poteſt, niſi eadem ſufficientibus indiciis gravata ſit.

[b]) Probationes pro condemnatione rei, unde unde petantur, plenæ eſſe debent, & luce meridiana clariores. (2)

[c]) Torturæ uſum ſeu iuſtitiam paſſim impugnant, ea ducti ratione, quam dudum attulit S. Auguſtinus l. XIX. c. 6. de civ. Dei: *Cum quæritur, utrum ſit nocens, cruciatur; & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur; ac per hoc ignorantia iudicis plerumque eſt calamitas innocentis.* Sed qui uſu pollent rerum criminalium, alia doceri ſe aiunt ab ipſa experientia, optima rerum magiſtra.

[d]) Æquitas ac ſana ratio poſtulat, ut reo defenſionis locus detur admiſſis etiam advocatis, quorum opera ad formandos pro ſua innocentia articulos poſſit uti. Imo Imperator Severus reſcripſit; *Confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat.* (3)

[e]) Quamvis iſtiusmodi advocatorum officium non expoſcat, ut reos variis artibus in perniciem reipublicæ a pœnis eximant; tamen operam dare debent, ne accuſati clientes ipſorum imperitia, incuria, negligentia, ac ſolertis defenſionis defectu irreparabile damnum ſubeant. Non ineptis argumentis a pæna

 ordi-

ordinaria defendent eum, qui volens occidere Caiu
errore improviſo occidit Sempronium.

(*f*) An reus in iudicio capitali, in quo citra confeſſion
ſuam ſe convinci non poſſe videt, crimen ſuum fat
teneatur, non levis eſt diſputatio, ex generalibus i
tionibus iuris ac reſpondentis obligationis, dein
principiis iuris publici univerſalis decidenda. Puf
dorfius de pœnis ita diſſerit: „Certum eſt, legis natu
„lis transgreſſores pænam manere; quia hæc le
„cuiuscunque certa comes; & naturæ haud quidqu
„repugnat, ut, qui malum fecit, malum patiat
„Sed illa nimis imperita foret illatio, ſiquis dicer
„ius parit obligationem; ergo qui legem violat, o
„gatur in foro humano ad pœnam ultro ſibi arceſſ
„dam. Argute Hobbeſius de cive c. XIV. §.
„*Secunda pars legis, quæ pœnaria appellatur, m*
„*datoria eſt, & loquitur tantum ad miniſtros publi*
„Non extat in lege hoc præceptum: tu fur patr
„furto ad patibulum ultro ambula; ſed hoc ext
„tu magiſtratus furem convictum ſuſpendi cur
„Ergo non peccat in eo fur, ſi non ſuſpenditur,
„magiſtratus, qui proficuam reipublicæ animadver
„nem prætermiſit. - - Ex iſtis porro & hoc coll
„tur, quemadmodum in tribunali humano ſe ip
„nemo deferre, aut de crimine ultro fateri tenet
„ita iniquum eſſe, in cauſis criminalibus reo iuran
„tum calumniæ iniungere." (4)

(1) l. 3. D. de Iurisdict. *Merum eſt imperium, habere*
dii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos homi
quod etiam poteſtas appellatur.

(2) l. 16. C. de Pœnis. l. fin. ib. de Probationibu
fin. ib. ſi ex falſis inſtrumentis.

(3) l. 1. §. 17. D. de quæſtion.

(4) Pufendorf. de I. N. & G. l. VIII. c. III. §. 4. c
Böckn. tract. de delictis. l. I. C. I. §. II. a n. 35.

CAPUT X.

r poteſtatem legislativam non modo fini civitatis nediate conſulitur, ſed etiam omnia media eidem : conſentanea in uſum deducuntur, ut adeo poteſtas legislativa velut anima corporis civilis, ac leges ceu totidem operationes eiusdem animæ ſpectari debeant.

ARGUMENTUM.

CCLV. Ratio ordinis: notio egis. CCLVI. finis, & materia legum, ſeu actiones. CCLVII. circa quas lex erſatur variis modis. CCLVIII. Lex fundata in præſumtione. CCLIX. quid ub legem non cadat? CCLX. Subiectum activum legis. CCLXI. forma legis ſeu promulgatio. CCLXII. Effectus, ſeu obligatio, CCLXIII. conſcientiam afficit. CCLXIV. ſubiectum paſſivum legis. CCLXV. territorium.

§. CCLV.

Infirmitati humanæ voluntatis, & opinionum ɔnſtantiæ ac varietati, & quo maxime hominum perturbatur, neglectui officiorum mederi debet etas civilis ac commune imperium, ut adeo le- , ſive actus, quo iſtuc imperium ſe potiſſimum :it, inſtar medicamentorum ſpectari ſoleant. il igitur mirum cuiquam videri debet, quod : de legibus tractationem quaſi ad calcem iuris- lentiæ publicæ reiecerimus. Quippe neceſſe erat, nterna corporis civilis conſtitutio, eiusdemque :ationes, atque etiam morbi, tum ſingulorum

 membro-

membrorum, tum corporis univerſi ante perſpicere tur, quam empyricorum more, nulla præmiſſa the ria ad notitiam medicamentorum procederetur. Nu igitur a notione legis exordiendum eſt, quæ paſſ duce S. Thoma dicitur ordinatio rationis ad bon commune ab eo, qui curam communitatis hab promulgata. (1) In hac notione, quacum alii, verbis diſcrepent, re conveniunt, inſunt iſtiusm notæ, quæ totidem partes ſint præſentis tractatio Nam *eſſentia* legis in ordinatione, ſive iuſſu aut creto ſita eſt: *materia* in eo, quod rationabile rationi conſentaneum, & *fini* civitatis, nempe co muni bono accommodatum eſt: *Principium activ* ſive cauſa efficiens legum eſt ſummus Impera qui curam communitatis habet; cuius iuri non po non obligatio ſubditorum tanquam *effectus* reſp dere, qui ipſi *ſubiectum paſſivum* legum vocan Denique *forma legis* in promulgatione commun facta conſiſtit. Ex his colligitur, quid inter leg aliosque affines actus interſit.

(*a*) *Pactum* inter æquales potiſſimum initur, eosque ſentientes in idem placitum. Non repugnat tan ut Imperans pacto ſe adſtringat ſubditis; quod ſpiciat publicum regimen civitatis, relate ad Impera rationem pacti ſervabit, relate ad ſubditos lex ce tur, unde leges fundamentales nomen habent. verſe lex relationem Imperantis ac ſubditi conti atque in invitos cadit: non item pactum.

(*b*) *Præceptum* quoad obligandi vim a lege non dif ut omnis lex præceptum ſit, non contra præcep etiam lex. Illud enim in ſocietate minore, ceu fili &

& parentali, itemque in commodum præcipientis dari poteſt; non item lex.

(c) *Statutum* communitatis ſubalternæ maxime proprium eſt.

(d) *Conſilium & dogma* magis ad intellectum referuntur: lex ad voluntatem Imperantis ac ſubiecti. Ac conſilium quidem nullam parendi neceſſitatem affert, & ſuperiori quoque ſuggeritur. Dogma doctrinam fidei ac morum, eiusque authenticam interpretationem denotat.

(e) *Reſcriptum* eſt reſponſum ſingulare ſummi Principis datum ad ſupplicationem ſubditi, vel conſultationem iudicis ſubalterni.

(f) *Mandatum* peculiare iuſſum Imperantis vel iudicis eſt, ac non tam communitati, quam ſingulis datur. Sæpe actum denotat, quo alteri negotium gratis gerendum committitur, & ab hoc ſuſcipitur; cumque iſtius conſenſum poſcat; etiam æquali, imo Superiori committi poteſt. Quo modo apoſtoli Ioannem, & Petrum totius Eccleſiæ caput in Samariam miſiſſe memorantur. (2)

g) *Regula* latius patet, ac lex, & non præcepta duntaxat, ſed conſilia quoque complectitur; qui legem appellant *regulam, ſecundum quam actiones inſtituere obligamur*, legem a præceptis ac ſtatutis non diſtinguunt. præterquam quod ex præconceptis de naturali lege & obligatione opinionibus notam quoque ſuperioris ex notione legis contra communes receptasque ideas expungant. (3)

(1) 1. 2. q. 90. a. 4.

(2) Act. VIII. 14.

(3) Canon, *a qua voce iuris canonici appellatio ducta, regulam denotat, non quod conſtitutiones eccleſiaſticæ vi igandi deſtituantur, ſed quod id nomen antiquis eccleſiæ tribus ad evitandam profanorum hominum invidiam, ſuavita-*

vitatemque eccleſiaſtici regiminis exprimendam accommodati visum ſit.

§. CCLVI.

Finis ultimus legum civilium, isque intrinſeci idem eſt, ac finis civitatis, ſeu commune bonum fines propiores ſunt media ad finem ultimum accommodata, ceu informatio Politiæ, determinatio ordir iudiciarii, contributiones &c. ut proinde univer & ipſa lex medium ſit, & determinatio mediorum ac poteſtas legislativa in iure determinandi med ad finem obtinendum neceſſaria conſiſtat, atque hanc cauſam ex ipſo fine ac natura mediorum fu limites nanciſcatur. Ea media ad obtinendam tranquillitatem & ſecuritatem vitæ civilis neceſſai potiſſimum in actionibus ſubditorum conſiſtu tum poſitivis, tum negativis, tum ſimplicibus, tu prægnantibus ſive talibus, quæ ad aliquid præſtandu vel efficiendum ordinantur; quales actiones ſu operæ publicæ, contributio &c. Lex igitur cir actiones determinandas, & ad finem civitatis di gendas tanquam circa materiam ſeu obiectum ve ſatur, ut, ſi adcurate loquendum ſit, non idem finis legis, & materia ſeu obiectum legis. Non eni iubetur fieri quidpiam, vel omitti præciſe, ut f vel omittatur, ſed ut ex actionibus & omiſſionibi certus civium ac civitatis ſtatus reſultet, nempe tranquillitas & beatitas vitæ. (1) Cum his princip connexæ ſunt complures poſitiones:

(1)

1) Imperans per leges non ſuum, ſed civitatis commodum & emolumentum ſpectat, contra ac in ſocietate herili fit (2); quapropter cum per imperium civile bona ſubditorum ſecuritate gaudere debeant, nequeunt eadem nec ex plenitudine poteſtatis privatis auferri, niſi communis ac vera neceſſitas, aut evidens utilitas publica id expoſcat. Hinc generalis eſt regula, irrita eſſe reſcripta a Principe impetrata in præiudicium tertii, vel, in quibus iuri alieno derogatur, niſi expreſſa iſtius rei mentio in illis fiat. Et quia per leges civiles etiam libertas civilis ſalva eſſe debet, nequit dici, eas ſolum pro exercitio obedientiæ Imperanti exhibendæ latas eſſe, ſed ad aliam virtutem ceu ad iuſtitiam, caritatem, temperantiam, parſimoniam ſeu frugalitatem referendæ ſunt, ut actio vel omiſſio legibus determinata in materia neceſſaria eius virtutis conſtitui cenſeatur.

Uti aliæ ſunt actiones pertinentes ad conſervandum ſtatum publicum, & priſtinam formam regiminis, aliæ ad bonum ſingulorum civium; ita etiam leges, per quas iſtiusmodi actiones determinantur, aliæ dicuntur *publicæ*, aliæ *privatæ*.

Sunt quædam actiones ad bonum commune aut ſemper neceſſariæ, aut eidem ſemper repugnantes: aliæ pro temporum ratione aliam atque aliam conducentiam habent; ita leges quædam civitatis ſunt immutabiles, aliæ variabiles. (3) In his non eædem ſtatui monarchico, & ariſtocratico vel democratico aut mixto ex æquo aptatæ ſunt. Circa leges immutabiles, quæ ex natura atque eſſentia rerum pariter immutabili deducuntur, non uno modo verſatur poteſtas legislativa. 1. Easdem declarando, ad caſus iisdem comprehenſos applicando; uti cum legi naturali: *non occides*, declaratur annexa prohibitio duelli: vel legi *non furaberis*, adiuncta declaratur rapina, damnum iniuria datum, læſio in contractibus. 2. Easdem firmando pœnis propoſitis, ac præmiis. Nam *plures pœnarum gravitas, quam Dei timor arcere ſolet a voluntate peccandi.* (4) Eiusmodi lex dein ratione edicti ſeu materialiter cenſetur naturalis, ratione ſanctio-

 nis

nis ſeu formaliter, poſitiva; & hac parte muta ni ſubiacet. 3. Lex affirmativa naturalis per poſiti determinatur quoad modum, quantitatem &c., lex de colendo Deo, præſtando tributo. In his tur ineſt aliquid naturale, & aliquid poſitivum. Officia imperfecta naturæ per legem poſitivam f perfecta & coactioni ſubiiciuntur: ut cum quis gitur dare hoſpitium calamitoſis, vel cum quis t pore inopiæ cogitur vendere frumentum determ to iuſto pretio. 5. Iura libertatis, æqualitatis in ſtatu civili reſtringuntur per leges poſitivas. Actus iure naturali validi irritari id eſt, effectu privari, aut ad certam formam adſtringi poſſunt ſi ad valorem contractus neceſſitas ſcripturæ vel ſtrumenti iudicialis per leges requiritur. 7. Lex mana ſupplet actus, ſine quibus alias, & ſpectato turali iure nihil ageretur; uti cum dicitur pœna *iure* incurri ſine prævia cognitione iudicis: a *ipſo iure* irritus ſine exceptione, reſciſſione, reſ tione: hæreditas *ipſo iure* acquiri vel transmitti petitione: dominium *ipſo iure* transferri ſine t tione: donatio per mortem donantis *ipſo iure* firmari ſine alia declaratione: obligatio *ipſo iure* tingui ſine remiſſione: ius quoddam amitti *ipſo* *& iure* absque expreſſa renunciatione.

(*d*) Ex fine civitatis, natura actionum, ac temp ſeu adiunctorum ratione deſumendum eſt, quid ducibile ſit communi bono, ac per leges dete nari debeat. Leges ergo non deſtituuntur ra ſufficiente, quæ tamen multiplex intelligi p *Rationes intrinſecæ legum* ſunt, quæ continent natura actionum, ac fine civitatis vel abſolute, ſub datis circumſtantiis. Quia vero obtinend plura ſuppetere media, & actiones hoc illove r determinatæ cum fine conſentire poſſunt, idcirc tio huius potius, quam alterius determinationis legis in arbitrio Imperantis ſita, & *extrinſeca* Id arbitrium cum ſæpe nos fugiat præſertim Veterum leges, aut quia relatio legis ad finer rum explorari poteſt; idcirco *non omnium, q maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.* (5) *tiones publicæ ac politicæ* legum dicuntur, qu

conſervationem ſtatus publici vel iurium Imperantis pertinent. *Rationes legum hiſtoricæ* ſunt facta hiſtorica, quæ ad condendam legem occaſionem præbuerunt. Sunt aliæ rationes *iuſtæ*, aliæ *iniuſtæ*; *ſuaſoriæ*, ſeu reipſa intentæ ab Imperante, etſi eas propalare nunc publica communitatis, nunc privata legislatoris utilitas prohibeat: his opponuntur *iuſtificæ*, quæ eum in finem palam fiunt, nequid ſine ratione ſtatutum videatur. Unde inferes, eſſe aliquando rationes legum *arcanas*, nec ob id iniuſtas. Denique aliæ *certæ*, vel incertæ, *ſufficientes*, vel inſufficientes cenſendæ ſunt. Vulgo dicitur: *ratio eſt anima legis*, nempe ad genuinam eius interpretationem faciendam, ſi conſtat, legem exiſtere; at ſi de exiſtentia non conſtet, illud principium valet: ratio legis non eſt lex; uti nec quævis connexio motivi cum actione, pro lege aut obligatione haberi poteſt. (6)

(1) Acute id animadvertit S. Thomas 1. 2. q. 100. art. 2. „*Intentio legislatoris eſt de duobus; de uno quidem, quod intendit per præcepta legis inducere; & hoc eſt* [...]*tus. Aliud autem eſt, de quo intendit præceptum fa*[...]*e; & hoc eſt, quod ducit, vel diſponit ad virtutem,* [...]*icet actus virtutis; non enim eſt idem finis præcepti,* [...] *id, de quo præceptum datur, ſicut neque in aliis re*[...]*t idem eſt finis; & quod eſt ad finem.*“

(2) Cicero l. 1. c. 38. de invent. „*Eam virtutem & ſa*[...]*ntiam Maiorum fuiſſe, ait, ut in legibus ſcribendis ni*[...] *ſibi aliud, niſi ſalutem atque utilitatem reipublicæ pro*[...]*ierent; neque enim ipſi, quod obeſſet, ſcribere volebant;* [...] *ſi ſcripſiſſent, cum eſſet intellectum, repudiatum iri le*[...]*n intelligebant. Nemo enim leges legum cauſa ſalvas eſſe* [...]*t, ſed reipublicæ.*“ *Salomon quidem non ut rationibus* [...]*atis ſuis, ſed ut populo conſulere, eumque iudicare,* [...]*liſcernere inter bonum & malum poſſet, ſapientiam a Deo* [...]*gitavit.* III. Reg. III. 9. & II. Paral. I. 10. 11.

(3) *Non enim ſemper & ubique utile eſt, quod aliquando* [...]*licubi utile eſt.* l. un. C. de caducis tollend.

(4) Extrav. deteſtabile 2. de Simonia int. comm.

(5) l. 20. D. de Legib.

(6) §. XII. (d.)

§. CCLVII.

Lex verſatur circa actiones tanquam obiectu vel materiam ſuam diverſis modis:

(*a*) *Eas determinando, ut ſint*, ſi eſt lex affirmativa, praecipiens; eaque ut impleri queat, poſcit facultate vires, occaſionem &c. (1) Poſſunt autem praecipi n modo, quae ab ipſa natura iure perfecto vel imp fecto, generatim vel ſpeciatim praeſcripta ſunt, etiam, quae videntur adiaphora, iudicio tamen I perantis ad finem civitatis conducibilia.

(*b*) *Vel ut iure eſſe poſſint*, ſi eſt conceſſiva, aut ius buens e. g. exercendi commercia, opificia, facie teſtamentum.

(*c*) *Vel ut non impediantur ab aliis*, ſi eſt mere perm ſiva, ut ſi tolerentur falſae ſectae, earumque ex citium. Prioris generis lex dat ius internum, poſ rioris duntaxat externum. (2)

(*d*) *Vel ut non ſint*, ſi eſt lex prohibens, vel ea, quae ſe & ex natura ſunt mala, vel quae indifferentia ap rent, ſed arbitrio Imperantis cum bono communi temporum ratione non conſentiunt, imo & quae in bona ſunt, ſed certis temporibus, vel locis non c gruunt, uti vigiliae aut conventus nocturni in te plis, ieiunium in paſchate.

(*e*) Vel *ut actionibus annexa ſint certa conſectaria* bona moleſta, ſi eſt praemians aut poenalis: atque haec q dem duplicis generis cenſetur, *poenalis mixta*, & *p re poenalis*. Maxima quidem legum pars ab omnib cenſetur poenalis mixta, id eſt, ſimul diſpoſition ſimul comminationem continens hoc modo: *non f cies; & qui fecerit, poenas dabit*: pure poenalis q ſi disiunctive diſponit: *aut non facies, aut poenam*

mulct

mulctam ſolves; vel, ut Pufendorfius inquit, pœnæ determinatio velut conditio interdicto adiecta cenſetur, hoc modo: *non facies, niſi hoc mulctæ nomine exſolvere malis.* „Et in hoc genere legum, quæ ſan„ctio pœnalis videri poteſt, revera eſt inſtar tributi, „dum in arbitrio ſubiectorum relinquitur, pecuniam „lege dictatam exſolvere velint, an actu aliquo abſti„nere; id quod potiſſimum in legibus ſumtuariis uſu „venit, quarum finis ſæpe eſt alternativus, aut ad fru„galitatem cives adducere, aut ærarium locupletare. „Nam licentiam violandi leges naturales pecunia re„dimendam proſtituere, illicitum fuerit. Sed reliquæ „leges regulariter id tantum per pœnam intendunt, „ut cives a peccatis abſterreantur; inde naturam pœ„næ haud quidquam intellexit ferox ille iuvenis, qui „cum a Prætore ſciſcitaretur, quanta mulcta eſſet ſol„venda pro inflicta alapa; pecuniam depoſuit, & „ipſi Prætori alapam inflixit. - - Unde & apparet, in „illis duntaxat legibus, ubi prohibitio eſt alternativa, „aut conditionalis, a culpa regulariter immunem eſſe, „qui mulctam exſolverit, aut exſolvere paratus eſt, „ad quam præſtandam etiam obligatur. - - Addimus „autem & hoc, non debere eſſe leges pure pœnales, „ſeu quæ nihil aliud intendant, quam ex mulcta lu„crum facere. (3)

Vel *ut certa conſectaria aut effectus non habeat*, ſi eſt lex irritans; & I. attingens eos actus, qui vel naturali iure irriti ac nulli ſunt, nempe declarando ius naturæ, & quod in foro interno nullum eſt, etiam pro foro externo, iudiciali ac publico authentice habendo, ac decernendo pro nullo ac irrito (4) II. attingens actus, qui vi naturæ validi eſſent, ſed ſumma Imperantis poteſtate, cui ſubiecta ſunt iura ſubditorum, nulli eſſe iubentur; quod fit duplici modo, *primo*, ut ſint *irriti ipſo iure & facto*, & quidem *directe*, quando agendi ius & habilitas promittendi, contrahendi, quidpiam efficiendi ſubtrahitur, & inhabilis quis fiat: *indirecte*, quando actui præſcribitur forma, aut ſolemnitas *ſubſtantialis*, ſive talis, qua non obſervata actus non habeat ſuam naturam, proindeque nullus ſit. *Secundo*, ut *per ſententiam & miniſterium iudicis* cauſa cognita reſcindantur; ſi nempe eius naturæ ſit actus, ut reſcindi vel diſſolvi poſ-

ſit.

ſit. Id inter homines contingit ex duplici cau
quando ob vinculum perſonale alteri in alterius
luntatem ius competit, aut quando materia, qu
actus attingit, alterius diſpoſitioni vel diſponendi
teſtati ſubiecta eſt; quo modo res temporales ſu
torum non dominio, ſed imperio & poteſtati
perantis ſubiectæ ſunt. De hac irritatione, quæ fit
leges poſitivas, notandæ ſunt præcipuæ reg
Prima: uti lex prohibens vel præcipiens utrum
forum afficit; ſic etiam lex irritans non modo
foro externo, ſed etiam interno, id eſt, pro foro c
ſcientiæ valet; neque effectus fori interni & ex
ni ſpectata poteſtate legislatoris ſive ſummi imp
& vi iuſtæ legis per ſe diverſi & ſeparabiles ſu
Secunda, perſpicacia tamen opus eſt in expend
lege irritante, ut appareat, quid diſponat, & *qu*
nus valorem actus tollat. Conſtat enim plures
ctus quorundam actuum proprios eſſe, quorum
qui divino vel naturali iure, alii humano iisdem
tributi ſunt; unde fieri poteſt, ut lex irritans co
derato tenore, ac fine ſuo aliquos effectus pro
tis adiunctis tollat, alios omnino intactos relin
Tertia, lex irritans directe, vel indirecte vim
retinet, etſi invincibiliter ignoretur, aut nece
valide agendi ſuperveniat; neque enim ignora
aut neceſſitas poteſtatem agendi confert, quæ pe
gem irritantem ſublata eſt, nec formam dat actui,
per eiusmodi legem præſcripta eſt. (5)

(1) §. XIV.

(2) §. XVIII. *Cavendum maxime eſt, ne permiſſi*
gativa ſeu tolerantia confundatur cum favore poſitivo
conceſſione iuris vel approbatione actus; *ipſa Eccleſia*
gravium malorum ſæpe tolerat iniuſtas invaſiones in
iura, quibus donata eſt a Domino Noſtro Ieſu Chriſt
tum valet illud S. Gregorii: *ſuo ingenio relinquendi*
ne forte peiores exiſtant, ſi a tali conſuetudine prohi
tur; ut enim ait Salomon: *qui multum emungit, ſang*
elicit. c. denique 6. Diſtinct. IV. Accuratius de leg
mittente agit Ioan. Petr. Banniza diſſ. de diverſarum
gionum in eodem territorio tolerantia. Theſaur. Iur.
T. III. n. XII. Quatenus permiſſio ad leges referatur
cis verbis indicat Grotius de I. B. ac P. l. I. C. I. §.

iſſio proprie non eſt actio legis, ſed actionis negatio, quatenus alium ab eo, cui permittitur, obligat, ne impedimentum ponat.

3) Pufendorf. de I. N. & G. L. VIII. C. III. §. 4. in fin. Riegger in ſyſtemate Iurisprudentiæ naturalis ſeu univerſalis. C. IV. §. XXXIX. ita ſcripſerat: „*Quidam omnem legem præcipientem, aut vetantem obligare conſcientias contendunt; quia in omni lege eſt poteſtas cum voluntate obligandi, & in violatione inobedientia, quæ peccatum eſt, atque ne quidem in poteſtate legislatoris eſſe putant, non obligare, ſi legem ferre velit. Alii vero fieri poſſe cum quibus & ego ſentio, iudicant, ut legislator vere præcipiat, non modo ordinet, aut dirigat, quin tamen peccet legis transgreſſor; quia poteſt eum nolle obligare ad culpam, ſed tantum ad pœnam, ut tamen vera lex ſit. Poteſt enim lex abſolute poni hac intentione, ut ad ſolam pœnam obliget; qui præcipiendi modus, utpote finem habens iuſtum, non eſt contra rationem legis, nec contra rationem iuſtitiæ. Nam pœna ſine culpa, non tamen ſine cauſa inferri poteſt. - - - Lex pœnalis obligat iudicem, ut ſecundum eam, pœnam decernat. - - Poſt latam ſententiam incumbit obligatio, ut patienter, ſine obluctatione pœnam ſubeat.*" ita cel Riegger. in diſſert. edita a. 1744. At in Inſtitutionibus Iurisprud. Eccleſ. P. II. §. XLII. in modum ſtatuit: „*Quam (legem) ſchola mere pœnalem vocat, figmentum eſt ſubruendis legibus aptum.* Mirum *autem, quas illi appellant, non ſatis ex arte diviſam faciunt ſpeciem. Nullam enim eſſe legem prohibentem, ſatis certum eſt, quæ non & prohibeat actum, & plectat temerarios violatores.*" *Noſtra ætate ſunt, qui pro chimæris habent leges pure pœnales, eoquod Imperans mi... præceptionem, quam pœnam pro fine haberet, ac voluptatem caperet ex ſubditorum pœnis, eosque odio haberet. Enim legislator non ſubditorum pœnam ſpectat, ſed id agit, ut metu pœnæ agant, vel omittant, quod fieri, vel omitti publicæ intereſt; uti cum ſub peccato obligat, non peccatum, ſed obſervationem legis ſpectat.*

4) *Siqua lex poſitiva actum quempiam reſcindi, vel nullo declarari iubet, non illico inferri debet, eum iure naturæ fuiſſe validum; ſola enim publica, iudicialis & authentica reſciſſio vel nullitatis declaratio præſcribitur. Fac etiam,*

etiam, in ea opinione fuiſſe legislatorem, iſtiusmodi actu ex naturali iure validum eſſe; eritne ob id validus?

(5) ***Recenſui plura obiecta, pluresque ſpecies legum, in iure Romano continentur,*** in quo l. 7. D. de Leg. proditur: ***legis virtus hæc eſt: imperare, vetare, permitt re, punire.***

§. CCLVIII.

Intereſt inter malum, & mali periculum, ha ſecus, ac inter præcipitium, ipſumque caſum. M lum, quod naturæ repugnat, nunquam non malu eſt; at periculum variis temporibus & perſonaru adiunctis ceſſare, aut minui, vel removeri aut pr pediri poteſt. Utrumque tamen obiectum legis pr hibentis eſſe poteſt; de qua re in hunc modum detur pronunciandum:

(*a*) Quando lex poſitiva quidquam prohibet, aut quoq modo diſponit ob generale incommodi aut mali pe culum, cui oppoſitus actus ſubiacet; tum illa l omnino ſervanda eſt, etſi particulari caſu nihil parum periculi ex actu immineret. Nam ſufficie iſtiusmodi generalis prohibitionis ratio eſt ipſa c *titudo generalis* periculi, ſeu, ut aiunt, præſumtio ris; neque ea lex nititur facto quodam, conditio aut qualitate particulari; quodſi eo obtentu qui liberare ſe ab obſervanda iſtiusmodi lege poſſet, qu nihil ipſe, vel a ſe alii periculi ſubituri ſint, eoi eluderetur, atque inefficax lex fieret; præterqu quod non æqualis, & uniformis eſſet ſubditorum ligatio. (1) Aliter ſentiendum, ſi lex aut ſenten legislatoris vel iudicis facto aut conditione particu ri nititur, ut iuſta cenſeri poſſit. (2)

(*b*) Iure naturali eatenus tenetur quisque peccati vel da ni alteri inferendi periculum vitare, ut habenda ratio, quam illud propinquum, quam iuſta ſit ra eiusdem periculi ob cauſas veras ſubeundi, quantaq

ſp

ſpes ſit, peccatum vel damnum adhibita præcautione evitatum iri.

() Lex naturæ, cum ſit lex mentis & rationis ſingulos homines pro ſingularibus adiunctis afficiens, non indeterminate, uti humanæ leges, concipienda eſt, ſed quaſi veſtita quovis caſu, quo obligat, certis ac determinatis adiunctis perſonæ, loci, temporis, negotii, cauſæ &c. ob quam rationem negant vulgo, in naturales leges veram epikiam cadere. Siqua ergo actio, quæ generatim conſiderata periculis, incommodis, abuſibus obnoxia eſt, relate ad hanc perſonam, hoc tempus, hæc adiuncta &c. nihil periculi magnopere continet, non ſuppetit ratio, cur ea ipſo naturæ iure prohibita eſſe cenſeatur.

1) *Exempla innumera extant in legibus poſitivis, per ſæpe prohibetur geſtatio armorum, venditio veneni, mercium cum hoſtibus patriæ, circumductio ferarum beſtiarum, conventus clandeſtini &c.*

2) *Lex, vel ſententia, quæ præcipit reddere debitum ... ti coniugi, ſupponit non interceſſiſſe in contractu matri... impedimentum dirimens; quod ſi ea præſumtio fallit, ... certe ea lex vel ſententia veritati cedit, nec obſervari ... . Similiter in iudiciis omnia recte atque ordine geſta ... ponitur.*

§. CCLIX.

[I]ndicandum nunc eſt, quæ non ſit apta legis ...ria, aut quale obiectum poteſtatis civilis eſſe ... poſſit; idque ſequentibus articulis potiſſimum ...inetur.

() Quæ legi divinæ naturali aut poſitivæ repugnant, lege humana tolli, vel mutari non poſſunt; ac ſiquid ab Imperante hoc modo attentari contingeret, nulla eſt parendi neceſſitas, etſi obligatio reverentiæ eidem debitæ ob id non ceſſet. (1)

() Alia eſt lex *præcipiens iniuſta*, ſeu naturali lege prohibita, (2) & alia eſt *lex iniuſta*, ceu quæ tributa ultra

modum imponit. Neutra ut talis præſumitur, niſi
iniuſtitia certo conſtet, ne inani obtentu leges el
dantur, & ſubditorum iudicio ſeu lubidini ſubiicianti
Lex in ſe iniuſta, cuius obſervatio in ſe mala n
eſt, quando eius neglectus graviora mala parere
obſervari aliquando debet. Alia eſt notorie ſtult
quæ non obligat hominem, qua homo eſt, cuiusm
eſt, quæ actum phyſice aut facto impoſſibilem pr
cipit, aut phyſice neceſſarium prohibet.

(*c*) Quæ nimis ardua & moraliter impoſſibilia ſunt, l
nituntur regula: lex poſitiva naturæ humanæ acco
modata eſſe debet; ſecus deflectit a natura leg;
itemque omnis lex poſitiva exceptionem patitur n
ceſſitatis, niſi vi ſtatus aut ob bonum publicum qu
piam ad ardua adſtringatur, ceu miles, aut cui a
marum cura tempore peſtis obtigit.

(*d*) Quod iuri Imperantis aut præcipientis ſubiectum n
eſt, id neque eſt, neque eſſe poteſt materia legis
eodem ferendæ.

(*e*) Quia leges actionum norma ſunt, non trahuntur
ſe ad præterita, ſed futuris tantum negotiis & a
bus adhibentur. (3) Fieri tamen poteſt, ut in p
ſenti lege de præterito tempore aut pendentibus
gotiis quidquam caveatur. (4)

(*f*) Actus internos ſe ſolis, & quatenus ad externos
perficiendos non requiruntur, haud eſſe legis civ
materiam, vulgo cenſent; cum ea lege externa duntax
tranquillitas & beatitas ſpectetur; unde & vulgo
cunt: *De internis non iudicat Prætor.* Grotius al
iuſtitiam *internam*, ſive perſonæ, aliam *externa*
ſive actionis vocat, atque hanc diſpoſitioni civi
Imperantis ſubiectam ait.

(*g*) Vulgo etiam dicunt, legum obiectum non eſſe, ſi
quæ communiter ac ſæpe contingunt; (5) quæ en
inopinata ſunt, nec ſatis prævideri, nec expri
poſſunt. Extant tamen nonnullæ leges circa cas
admodum raros, uti de inſula in mari nata. (6)

(1) *Exemplum modeſtiæ præbuerunt Apoſtoli* Act IV. 9.
ad cœtum Principum, Scribarum ac Seniorum ita loquens:
Si

Iuſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audire, quam Deum, iudicate. Univerſe cum de fide, religione ac iure divino agitur, divinus magiſter in hunc modum ſuos inſtruxit: *nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Matth. X. 28.

(2) Exempla extant Daniel. VI. 10. Tob. II. 9. Exod. I. 17. & II. 2.

(3) c. 2. & ult. de conſtitutionibus.

(4) l. 7. C. de Legibus.

(5) conf. l. 3. 4. 5. 6. 10. D. de Legib. & Novell. 94. c. 2.

(6) §. 22. Inſt. de Rer. diviſ.

§. CCLX.

Subiectum activum legis eſt id, penes quod eſt ſuprema poteſtas legislatoria pro varia civitatis forma, ſimplici abſoluta, vel limitata, aut mixta denique. Atque id ius ex notione civitatis dimanans certe maieſtaticum, nec ſoli prærogativæ, ſed ſummo imperio annexum, vocaturque poteſtas publica, contra ac fit in ſocietate herili, aut parentali; ubi privata heri aut familiæ commoda ſpectantur. Unde concludes:

a) Poteſtas legislatoria ac vis legum non pendet a moribus & probitate Imperantis, nec vitiis eiusdem infringitur, aut tollitur; cum Apoſtoli etiam ſuperſtitioſis ac ethnicis Principibus obtemperari præceperint fidelibus, ac Princeps Apoſtolorum diſerte præſcripſerit: *Servi ſubditi eſtote in omni timore dominis non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis* (difficilibus, moroſis, aſperis. (1) *Lex bona etiam a non bono fieri poteſt*, inquit S. Auguſtinus. (2)

b) Leges ex ſummo imperio procedunt; imperare autem, ac præcipere idem eſt, ac movere, impellere, imo neceſſi-

neceſſitate morali, ſeu impoſita obligatione determin ad agendum; quod fit per iuſſum ſeu actum volun tis, ſecundum illud: *Fac hoc. & facit.* (3) Igitur l ſita eſt in actu voluntatis; etſi hic actus cœcus n ſit, ſed cognitione tum præſtituti finis, tum medi rum regatur.

(*c*) Ex notione ſummi imperii voluntas Imperantis n pendet a ſubditorum voluntate, ſed ſubditorum v luntas ab Imperantis voluntate; quapropter in feren legibus voluntate & conſenſu ſubditorum Imper non eget; neque eorundem acceptatio ad vim & va rem legis neceſſaria eſt. Summum imperium & n ceſſitas acceptationis inter ſe pugnant. Quod enim dependens eſt, fit dependens, atque exercitium i perii pro arbitrio ſubditorum eluditur. Voluntati imperio ſummo, uti & libertati non obeſt pactor ac promiſſorum fides ſancta & inviolabilis. (4) Il ex iure Romano: *quod populo placuit, legis habet gorem*, ad ſtatum democraticum referendum eſt, ad fictitiam illius umbram.

(*d*) Quia conſenſu ſubditorum opus non eſt ad vim gis; hinc ſi conſtat, eandem latam eſſe, opus n eſt, ut probetur, fuiſſe receptam; ſed legis clyp tamdiu obtendi poteſt, quoad de abrogatione, q quo legitimo modo facta, afferatur ſufficiens pro tio. Qui conſuetudinem contrariam allegant, & ip & ipſius requiſita palam facere tenentur.

(*e*) Cum ius ferendi leges ſit maieſtaticum, ac ſum imperii proprium, neque a conſenſu ſubditorum p deat; eius exercitium aut exercitii pars non aliter rivari in magiſtratus ſubalternos poteſt, niſi ex c ceſſione maieſtatis, cui totum id, quod conceſſ eſt, ſemper ſubordinatum permanet. Huius ſubo nationis tria ſunt capita. I. Ut magiſtratus ſubalter limites conceſſi iuris non tranſiliat. II. Ut eiuſ ſtatuta nec præeminentiæ ſummi Imperantis, nec anterioribus legibus, nec bono publico officiant. I Ut eadem confirmationi Imperantis expreſſæ vel citæ, imo & correctioni atque abrogationi ſubi ſint. Confirmationis in forma communi factæ is m effectus eſt, ut eiusmodi ſtatuta nihil, quod illicit

ſit, continere cenſeantur; propterea ea confirmatio non obſtat, quo minus illa ſtatuta mutentur a magiſtratu ſubalterno. Aliter ſentiendum, ſi confirmatio facta ſit in forma ſpeciali; tum enim legis perfectæ vis iſtiusmodi ſtatutis acceſſit.

(*f*) Lex a voluntate Imperantis pendet; nemo autem ita ſibimet legem dicere poteſt, ut ab ea recedere nefas ſit; (5) igitur uti conſtitutio legis, ſic & mutatio, abrogatio, derogatio, diſpenſatio, ac conceſſio privilegiorum ex eodem fonte, unde leges profluunt, petendæ ac derivandæ ſunt: unde vulgatum eſt: *inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris.* Similiter ad Imperantem *authentica legis declaratio* pertinet, qua non conſtitui ius novum, ſed vetus ſtabiliri intelligitur: denique ab expreſſa, vel tacita aut legali voluntate Imperantis pendet, quæ conſuetudo vim legis habere, aut legitima cenſeri poſſit. Neque enim vel conſtitutio vel abrogatio legis a voluntate ſubditorum pendet.

(1) I. Petr. II. 18. *Hoc eodem ſpiritu ac fide Principis capitis ſui S. Petri, Vicarii Ieſu Chriſti animata Eccleſia* [illegible]*ata eſt contra Hæreticos iura legitima Imperantium, ac* [illegible]*mnavit & deteſtata eſt propoſitionem XV. Wiclefi, iisdem*[illegible] *verbis conceptam propoſitionem XXX. Huſſii: Nullus eſt* [illegible]*minus civilis - - dum eſt in peccato mortali.*

(2) De lib. arbitr. L. I. C. 5.

(3) Luc. VII. 8.

(4) conf. propoſitio 28. inter damnatas ab Alexandro P. [illegible]I.

(5) §. LIX. (d) & §. CXXVIII. (a)

§. CCLXI.

Forma legis ea cenſetur, ſine qua ratio atque [illegible]entia legis non intelligitur; ſita igitur eſt in [illegible]*omulgatione*, ſive actu, quo legislator voluntatem [illegible]am ſubditis manifeſtat, ſive animum eosdem obli-

 gandi

gandi. Sola interna voluntas, aut propoſitum ferendi legem vel eiusdem propoſiti aſſertio lex non eſt; cum nondum ſit iuſſus populo datus. Analogia manifeſta habetur in pactis, præceptis, ſententiis, teſtamentis, aliisque entibus moralibus, ut vocant, quæ, quamdiu non apparent, nihil ſunt. Parum intereſt, eane promulgatio pars legis eſſentialis, an connotatum vocitetur; attributum legis dici profecto non poteſt, niſi vocibus abuti quis velit; nam attributa ex eſſentia rei dimanant; at legis eſſentia ſine promulgatione nulla eſt; neque ea mera eſt applicatio legis; cum tota legis ratio haberi poſſit, ſi uni alterive ſubdito nondum applicata ſit, ſive in notitiam venerit. Conſiſtit ergo non in actu ſubditorum, ſed legislatoris, eoque externo ac tali, quo ſubditi intra quoddam tempus in notitiam legis venire poſſint. (1) Ex his conficies:

(*a*) Cum promulgatio ad legis rationem ſpectet, Princeps omni ſuo imperandi iure efficere non poteſt, ut lex non promulgata legis vim habeat. Neque enim naturas rerum ſuo imperio ſubiectas habet.

(*b*) Quia diverſi eſſe poſſunt actus externi, per quos Imperans ſuam voluntatem manifeſtat; penes Imperantem eſt eundem determinare, neque a ſubditis ad certum promulgationis modum adſtringi poteſt; ſimiliter Imperans decidet, quæ promulgatio pro ſufficiente haberi debeat. Niſi expreſſe determinet tempus, ex quo lex obligare incipiat, mox ut promulgata eſt, obligabit; quia iuri imperandi obligatio parendi reſpondet, neque exercitium eius iuris in ... concipi poteſt: imo ea obligatio, uti & promulgatio more entium moralium permanere, & ad poſteros quoque pervenire cenſetur, quin repeti debeat.

c) Quatenus ad rationem legis neceſſaria omnino eſt promulgatio, eatenus diſtingui debet a ſingularibus mediis, quibus Imperans utitur, ut ſingulis ſubditis, quantum fieri poteſt, diligenter lex proponatur, explicetur, commendetur, iterato inculcetur, in memoriam revocetur. (2)

d) Etſi conſultum ſit, ut leges tanquam ſtabiles actionum & iudiciorum normæ uno ac conſtanti codice comprehendantur; nemo tamen ſcripturam eſſe neceſſariam ad legis vim idcirco ſtatuet. Eſt tamen genus quoddam promulgationis, quo legum compilatio, aut novus codex ad magiſtratus vel iudices ſubalternos mittitur. (3)

(1) c. 1. de Poſtulat. Prælator. l. leges ſacratiſſimæ. 9. C. ..egib. c. in iſtis. 3. §. leges. diſtinct. IV.

(2) *Singularis fuit cura Innocentii III. qua canonem ..ilii Lateranenſis a. 1216. de confeſſione & communione ..chali frequenter publicari in eccleſiis iuſſit, ne quisquam, ..ait, ex ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. ..mnis. 12. de Pænit. & remiſſ. olim leges in cantilenas re..tæ ſunt, ne memoria exciderent; & apud Romanos loco ..bri in XII. tabulis proponebantur.*

(3) Conferatur Iuſtinianæa Digeſtorum confirmatio §. item. Novell. VI. Epil. §. 1.

§. CCLXII.

Effectus legis præcipuus in obligatione conſiſtit, ..a ſubditi adſtringuntur tum in conſcientia ſeu ..o Dei, tum in foro humano, ubi ad reddendam ..uum rationem, ac ſubeundas pœnas adigi poſſunt. ..circo fit obligationis non una diviſio;

a) *Activa* obligatio ſita eſt in voluntate ac iuſſu Imperantis: *paſſiva* in parendi neceſſitate, quæ ſubditum afficit. (1)

(*b*) Internam & externam obligationem diverſo ſig-
ficatu nominant: aliquando *interna* vocatur, cu
ratio ſufficiens in natura rerum hominisque & act
num ſita eſt, qualis eſt quævis obligatio legi na
rali propria; cui *externa* opponitur, cuius ratio
voluntate Imperantis, non rerum hominisque & ac
num natura quæri debet. (2) Aliter dicitur *interna*
ligatio, quæ conſcientiam afficit, & transgreſſo
coram Deo reum facit: *externa*, quæ ad pœnas
legislatore annexas, ad forum humanum &
coactivum refertur; atque hoc ſenſu aiunt: oblig
ſummi Imperantis, ut data ſubditis fide, ac pa
ſtet, eſt interna & perfecta, non tamen extern
quia Imperans cogi non poteſt a ſubditis, vel
reddendas rationes, pœnasque ſubeundas adſtri
Sed iſta non ſatis faciunt penitus; nam quæri pot
quare cum interna hac perfecta obligatione, q
lis eſt obligatio ſervandi fidem, coniuncta non
externa ſeu ius cogendi, contra ac in iure nat
privato generatim traditur. (3) Sic igitur ſtatuend
videtur: obligatio ex pacto orta cenſeri debet
terna, tum quia eſt naturalis, tum quia maxi
conſcientiam afficit: iſtiusmodi obligatio per
coactioni obnoxia eſt, & extorqueri poteſt;
patet ex bellis ſummorum Principum, & ex coac
one, qua Imperans ſubditos ad parendum adſtr
git: at ex ipſa natura ſummi imperii & conſoc
tionis civilis, ius cogendi a ſubditis cenſetur
dicatum; quia neceſſe eſt in ea ſocietate, ut b
num publicum præferatur privato, & inter d
mala eligatur minus; quare cum obligatio ſocia
debeat naturæ ſocietatis accommodari; ea inter I
perantem & ſubditos neceſſario inæqualis eſt.

(1) §. XI.

(2) ibid. (c) (f)

(3) §. XVII. (a)

§. CCLXII

§. CCLXIII.

Dubium non eſt, quin leges civiles in con- ſentia obligent, eoque ſenſu obligationem inter- n pariant; cenſentur enim latæ poteſtate a o conceſſa, qua auctore naturæ; (1) idque oprium eſt, tum omni obligationi ex pacto pro- nienti, ex quo ipſa ſocietas civilis demum ori- ; tum neceſſarium eſt ad finem ſtatus civilis; m neceſſitatem tanquam principium civilis ſub- ionis expreſſit Paulus: *neceſſitate ſubditi eſtote ſolum propter iram* (id eſt, ob pœnas vel lctas fori humani) *ſed etiam propter conſcientiam.* Hæc interna conſcientiæ obligatio longe effi- ior, & humana natura, quæ interna virtute uſtitia exornari debet, multo dignior eſt, quam ſublata ſolus pœnarum metus, qui facile eludi- Accedit, quod nulla ſit præſtantior hominis , quam quæ ex motivo divinæ voluntatis, ani- que in eam intento perficitur. (3) Ex his duo potiſſimum, quæ inferas:

() Ex iisdem rationibus obligatio parendi non modo ad iuſſa ac leges ſummi Imperantis, ſed etiam ad præcepta ac ſtatuta ſubalterni cuiusvis magiſtratus, cui exercitium quoddam ſummi imperii demandatum eſt, pertinet. (4) Quod ex ipſa neceſſitate, qua inferioribus magiſtratibus ſocietas civilis eget, faci- le colligitur.

(Fieri non poteſt, ut quis ſupremum legislatorem ac iudicem Deum fallat; cum igitur in obſervandis hu- manis legibus eiusdem voluntas maxime ſpectari de- beat, legibus & obligationi non ſatisfit ab eo, qui

ſpecie quadam, non re & ex mente legis obte-perat, ſive qui in fraudem legis agit; quod quid-quale ſit, in iure Romano non paucis verbis dec-ratum eſt: *Contra legem facit, qui id facit, quod prohibet: in fraudem vero, qui ſalvis verbis leg-ſententiam eius circumvenit.* (5) *Fraus enim legi ubi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id & quod diſtat ρητον απο διανοιας, id eſt, dictu-ſententia, hoc diſtat fraus ab eo, quod contra legem* (6) *Non dubium eſt, in legem committere eum, verba legis amplexus, contra legis nititur voluntat-Nec pœnas inſertas legibus evitabit, qui ſe contra iu-ſententiam ſæva prærogativa verborum fraudulenter cuſat.* (7)

(1) Rom. XIII. 4. 6. item. I. Petr. II. 13. 15. *Subi-eſtote; - - quia ſic eſt voluntas Dei.*

(2) Rom. XIII. 5.

(3) *Qui ita definiunt in iure naturali, ut obligatio connexio motivi cum actione; connexio vero motivi in adi-ctione pœnarum ab Imperante collocetur, obligationem in-nam ex voluntate Dei profluentem non explicant, neque cere poſſunt, cum Doctore gentium: non ſolum propter ir-ſed etiam propter conſcientiam.*

(4) *Quod generatim dicitur: non eſt poteſtas, niſi a D-etiam ad ſubalternos magiſtratus pertinet.* Princeps A-ſtolorum diſtincte ait: *ſubiecti eſtote omni humanæ cre-ræ (Magiſtratui) ſive Regi - - ſive Ducibus.* I. Petr. II. 14., *& Centurio de ſe, homo,* inquit, *ſum ſub poteſtate -ſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: vade, & -dit; & alii: veni, & venit; & ſervo meo: fac hoc, & fa-* Luc. VII. 8.

(5) l. 29. D. de Legib.

(6) l. 30. ib.

(7) l. 5. C. de Legib. conſentit. c. fin. de R. I. in VI.

§. CCLXIV.

Subiectum paſſivum Legis illud vocatur, qu-lege conſtringitur, ſeu in quo ineſt obligatio

legis, eſtque communitas, eiusve certa pars, pupilli, minorennes. Communitas non mo- perſonas civili nexu ſociatas, ſed fere etiam itorium reſpicit, cui leges cenſentur affixæ; c de utrisque agendum. De perſonis celebris ea quæſtio, ipſene legislator, ſi eſt una per- a phyſica, ſuis legibus adſtringatur. Nam opti- es quidem in Ariſtocratia, ac ſingulos patresfa- ias in democratico ſtatu, ſi ſeorſim ſpectentur, bus obligari, dubium non eſt. De Imperante gulari ſic videtur definiendum:

) Imperans obligatur legibus naturalibus ac divinis; (1) quas ſi violat, a ſubditis qua talibus ad reddendam rationem, pœnamve ſubeundam adſtringi non poteſt.

) Si qua eſt lex naturalis quoad ſubſtantiam, quæ ex diſpoſitione humana ſolam determinationem temporis, modi vel quantitatis habet, ad eam obſervandam Imperans obligatur; ſecus non ſatisfaceret naturæ legi. Niſi eiusmodi ſors ponatur lex, quæ ex notione ſua ſubditum reſpicit, qualis eſt præſtatio tributi. Nonnulli in hunc modum differunt: ſiqua lex ex motivo certæ virtutis, ceu religionis, caritatis, temperantiæ, fertur, tum actum lege præſcriptum conſtitui in materia neceſſaria eius virtutis relate ad totam communitatem; cum igitur Imperans communitatis membrum ſit, idque præcipuum, adſtringetur is quoque, non qua ſubditus, ſed qua civis, ac membrum communitatis. (2)

Quando Imperans iure privati agit emendo, contrahendo, permutando &c. ſtare debet pretiis rerum lege poſitiva taxatis, ne contra iuſtitiæ æqualitatem aliis noceat. De Teſtamentis Principum multi putant, ea ad ſolemnitates iure civili requiſitas neceſſario exigi non debere. Cum enim ſubditos eximere ab iis obſervandis ſolemnitatibus poſſint, & aliorum teſtamen-

mentis ſibi oblatis absque alia ſolemnitate aucto tem & fidem publicam præſtare, non videntur ſi met ad fidem proprio teſtamento conciliandam trinſecis ſolemnitatibus indigere. At enim anir verti neceſſe eſt, non agi de Principum auctori quæ haud dubie omnem venerationem & ſumn fidem meretur; ſed quæſtionem eſſe de fide adhi da illi ſcripturæ, in qua Principis defuncti ul voluntas contineri dicitur. Solemnitates teſtar torum inventæ ſunt non ob modicam auctorit teſtatorum, ſed ad evitandas omnes fraudes, & voluntas teſtatoris certius impleatur. Si igitur requiruntur in teſtamentis privatorum, ubi pler que levia continentur negotia, multo magis o moda certitudo de voluntate Principis def requiritur, quæ circa ſummi momenti neg verſari ſolet. Hæc certitudo, niſi illi ipſi, quorum præiudicio fors agitur, voluntatem mo tis percepiſſe noſcantur, haberi cenſetur per ptas in civitate ſolemnitates; an credimus, ſu las artes non æque in aulis Principum, quam bus privatorum timendas eſſe? -- Dein contr ſia ex teſtamento Principis orta, ſubiicitur deci cameræ imperialis: hæc autem iudicium ſuum format legibus communibus iuris civilis. Id permitti poteſt, teſtamenta Principum non eſſe puloſe diiudicanda circa omnes iuris civilis ſubt tes, modo de eorum ſeria voluntate iuxta lege imperio receptas ſufficienter conſtet, nihilque ibi tineatur pactis familiæ, iuribus feudalibus, aut ſucce nibus per conſtitutiones imperii ſtabilitis adver Quoad formam autem extrinſecam multi putant defectu aliarum ſolemnitatum ſaltem requiri, ut ceps teſtamentum ſuum condat coram conſil ſuis, & ad acta Cancellariæ ſuæ reponi iubeat

(*d*) Si Princeps vel eius prædeceſſor quidpiam ſubditis vel extraneis conſtituit non per modum gis, ſed pacti, neceſſe habet, fidem ſervare ius translatum ſervare illæſum; dignitas enim cipis, quæ in eo ineundo pacto ſpectabatur, non ri, vel extingui cenſetur.

Diſtingui neceſſe eſt inter obligationem ex iure imperii ac ſubiectione civili ortam , & aliam ex generalibus iuris naturæ principiis de æquitate ſervanda, præbendo virtutis exemplo, vitando ſcandalo vel contemtu legis provenientem. In quam ſententiam appoſite Grotius, *ut quis legibus obligetur*, inquit, *requiritur in legis auctore & poteſtas & voluntas ſaltem præſumta. Se per modum legis, id eſt, per modum ſuperioris obligare nemo poteſt; & hinc eſt, quod legum auctores habent ius leges ſuas mutandi: poteſt tamen quis obligari ſua lege non directe, ſed per reflexionem, qua ſcilicet pars eſt communitatis, ex æquitate naturali, quæ partes vult componi ad rationem integri.* (4) Ea decori & æquitatis ratio, etſi propriæ obligationis fundamentum haud ſit, tamen Imperantem magnopere movere debet, *ne, ſi aliter ille vixerit, præceptis ſuis fidem detrahat, levioremque doctrinam ſuam faciat, ſi reipſa reſolvat, quod verbis nititur adſtringere.* (5)

Tota hæc deciſio pertinet ad caſum, quo Imperans de cetero leges manere, ac ſalvas eſſe vult; neque enim ita iisdem adſtringitur vel ſuis, vel prædeceſſorum legibus, ut pro temporum ratione mutare haud poſſit. Par enim utriusque poteſtas eſt, & par in parem non habet imperium. De incommodis, quæ cum legum mutatione coniuncta ſunt fere, non ad præſentem iuris diſciplinam, ſed prudentiam politicam definire pertinet.

1) Sapient. VI. 2. & ſeq.

2) *Exempla ſunt huiusmodi, quando in Ninive ex ore* *s & Principum eius edictum prodiit: homines & iu*a - - *non guſtent quidquam: nec paſcantur, & aquam* *bibant, & operiantur ſaccis homines.* Ion. III. 7. 8. *fac, Principem imperare ſubditis, ut aliis calamitoſis ſubſidia præſtent, vel ut contribuant pro ſuſtentatio*-*niſtrorum eccleſiæ, pro gerendo bello contra hoſtes re*-*gnis.*

3) Ita cl. P. Zech de Iur. rer. Eccleſ. Sect. IV. §. 501 & 502.

(4)

(4) de I. B. ac P. L. II. C. IV. §. 12.

(5) Lactant. Div. Inſtit. L. IV. C. 23. Ceterum, q
l. 4. C. de Leg. dicitur: *Digna vox maieſtate regnantis legibus ſe alligatum Principem profiteri*; *totum id pro ſculo rhetorico habetur*; *quamdiu enim Romani Princ.* (inquit Heineccius ad Pand. P. I. §. 37.) *tyrannidis ſpicionem averſabantur, hoc libertatis ſimulacro illudel civibus, ut ſe legibus teneri præſeferrent, quippe non a ſed a populo ſenatuque latis.* Conf. L. B. de Kreittmayı I. Annotat. in Cod. Maximil. C. I. §. III.

§. CCLXV.

Territorium proprie eſt locus, ubi ſummum i perium exercetur; qui id exercet, *territorii do nus* dicitur, non quod bona omnia territorio c tenta ſuo in dominio habeat, ſed quod ea ſint na univerſorum, quos repræſentat. Iura, quæ late ad eum locum vel tractum genti competu *territorialia* vocantur, ac maieſtatica per ſe cenſen vel maieſtati analoga. Eiusmodi iura ſunt:

(*a*) Populus, qui territorium tenet, ius præcipuum bet, ſingularia bona eodem contenta occupa quæ a ſingulis occupata non ſunt, atque extrar excludendi; unde eiusmodi bona non ſunt pro *nullius*, ſed *adeſpota*, & *iacentia* vocantur, u relicta ab eo bona, qui inteſtatus deceſſit, & redem ab inteſtato non habet. (1)

(*b*) Siqua civitas ſuo in territorio alteri civitati ius q dam concedit, ceu habendi præſidii vel telonii non maieſtaticum eſt, ſed *ſervitus iuris gentium* minatur.

(*c*) Poteſtas Imperantis maxime in territorio ſe exh in quo ſecuritatem ſubditis præſtare poteſt, ac de Eadem ſecuritas in obſervandis officiis perfecti ta eſt: igitur cavere debet, ne ſuo in territorio

ficia perfecta violentur. In territorio igitur iura maieſtatica in primis exercet, neque permittere tenetur, ut alius exerceat.

Secluſa neceſſitate iure perfecto exigere nemo poteſt, vel tranſitum per alienum territorium, vel ut permittatur, domicilium in eo figere. Sæpe tamen contra æquitatis, iurisque imperfecti regulas ea in re peccatur. Ius quærendæ ſtationis, habitationis, appulſus improba neceſſitas tribuit naufragis, eiectis, in periculo naufragii conſtitutis. Contra a domino territorii admiſſio negari poteſt ob difficultatem annonæ, ſuſpectam & ignavam indolem vagorum, periculum contagionis, perturbationis ac perverſionis, quæ ex novis ſectis in ſubditos redundare poteſt. Penes dominum territorii eſt iudicium & arbitrium de admittendis peregrinis & vagis.

Admiſſio in alienum territorium nec iuſte exigi poteſt, nec concedi ſolet, niſi his conditionibus ſaltem tacite initis, 1. ut admiſſus leges negativas ſancte ſervet de non nocendo civibus, ac civitati. 2. Ut etiam affirmativis, quæ diſerte pro peregrinis latæ ſunt, pareat, ceu ut ultra certum dierum numerum ibi non commoretur. 3. Ut delinquens ſubiiciatur ei foro delicti, pœnisque ſubiaceat in foro delicti conſtitutis. 4. Ut cauſæ controverſæ ibi exortæ ibidem cognoſcantur, ac terminentur. 5. Ut ibi contrahens ſervet formam & ſolemnitates contractus eodem loco conſtitutas; ac teſtamenta quoque ſecundum leges loci, ubi condita ſunt, pro validis aut invalidis habeantur. 6. Siquid de bonis immobilibus in territorio ſitis conſtituatur ab Imperante, eaque onere graventur, etiam exterus eorum bonorum dominus ratione rei ſitæ tenebitur. Unde *forum rei ſitæ* enaſcitur. 7. Materia ac finis legum in territorio vigentium exigere poteſt, ut æque a peregrinis, quam ſubditis obſervari debeant; cuiusmodi ſunt leges de valore monetarum, quæ expenduntur, de pretio mercium, viſitandis rebus invectis, de vectigalibus, de rebus non exportandis. 8. Iure retorſionis in aliam gentem duriores in peregrinos leges ferendæ aliquando ſunt. 9. Ius albinagii eſt, quo exteri excluduntur iure ſucceſſionis in

in bonis defuncti civis. Id ſi imponitur bonis de-functi peregrini, repugnat humanitati gentium, non tamen iuſtitiæ, imo nec humanitati, ſi imponitur iure retorſionis, aut ſi peregrini noverint, non aliter ſibi tranſitum patere, niſi hac inita conditione. His quidem articulis peregrini ac vagi legibus territorii ſubiiciuntur, in quo verſantur; an ob eam cauſam *ſubditi temporarii* vocari & cenſeri debeant, de nomine eſt quæſtio. Secundum notiones receptorum iurium ſubditus non cenſetur, qui foro non ſubiacet; modus autem acquirendi forum ſolus ingreſſus non eſt, uti nec tranſitus per alienum territorium, ſed domicilium, quaſi domicilium, contractus, res ſita, delictum. (2)

(*f*) Quia leges pro ſalute ac felicitate eorum, qui in territorio degunt, feruntur, easdem territorio affixas vulgo putant, atque ita ſtatuunt, legibus iis, quæ ob dictam cauſam *locales* vocantur, obligari eos, qui ſubſunt imperio eius loci, atque in territorio, pro quo latæ ſunt, verſantur; præcepta tamen ſingulis data eorundem oſſibus adhærere cenſentur, imo & leges concipi poſſunt, quæ territorium non afficiunt; uti ſi ſubditi genti exteræ militare prohibeantur.

(1) Conf. §. CCXXVIII. (e)

(2) c. ult. de foro competente.

INSTITUTIONUM
IURIS NATURÆ
LIBER IV.

IUS NATURALE GENTIUM.

INSTITUTIONUM
IURIS NATURÆ
LIBER IV.
IUS NATURALE GENTIUM.

CAPUT I.

Notio Gentis, & Juris Gentium, eiuſdemque principia.

ARGUMENTUM.

§ *CCLXVI. Notio Gentis, CCLXVII. quà perſonæ moralis. CCLXVIII. Definitio Juris Gentium.*

§. CCLXVI.

Appellatione *gentis* eadem ſæpe notio, ac familiæ nomine venit; *familiam dicimus omnium agnatorum*, inquit Ulpianus. *Nam etſi Patrefamilias mortuo ſinguli ſingulas familias habent: tamen omnes, qui ſub unius poteſtate fuerunt, recte eiuſdem familiæ appellantur, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt.* (1) In hac autem diſciplina gentis notio affigitur integræ civitati, aut nationi ſeu populo, qui ex multitudine familiarum, communi ac ſummo imperio copulatarum conſtat, & ab alia eiuſmodi multitudine, ſeu ab alia civitate independens eſt; ut adeo, ſi plures

res gentes ſpectentur, neque altera alteri, neque ſi-gulæ communi imperio ſubiectæ ſint. Cum ve-gentes citra commune imperium iuribus & obli-tionibus naturalibus, ſibique propriis, qua gen-ſunt, gaudeant, prima in uſu huius diſciplinæ ea quæſtio, utrum multitudo familiarum hominum de qua agitur, pro gente vere haberi poſſit, debe-que; longe enim diſtat a notione gentis

(*a*) Quantacunque turba latronum, aut prædonum; iure naturali nulla eſt ea ſocietas, quæ maleficii c-coaluit.

(*b*) Populus rebellis, & a ſuo Imperante deſciſcens continuo gentis appellatione ac iure venit.

(*c*) Homines vagi in inſulis, & eorum familiæ nullo c-muni imperio colligatæ iuribus & obligationibus vatis naturæ, non item iis, quæ gentium propriæ utuntur, neque tam pro ſocietate aut coniunctio-quam aggregatione familiarum ſunt habendæ.

(*d*) Contra vero ratio gentis notioque haud tollitur, civitas alteri nexu clientelari, aut feudali adſtricta vel ad præſtationem tributi, aut alienam maieſt-comiter venerandam ſeſe obligavit; modo alieno-perio haud ſubiiciatur; quamprimum enim ita ſub-fit, ut iam nec ſui iuris nec libera cenſeri poſſit, tis nomine & iuribus excidit.

(*e*) Forma imperii in notione gentis accidentaria eſt intereſt ad gentis rationem, illane ſimplex, an fit; imo etiam fœderatæ civitates gentis unius ne veniunt, etſi *unam* civitatem non efficiant.

(1) l. pronunciatio. 195. §. 2. D. de V. S.

§. CCLXVII.

Quævis civitas eſt perſona moralis, affecta iuri-bus & obligationibus naturalibus; ergo plures civi-

ta-

tas aut gentes ſunt perſonæ morales plures, altera b altera independentes, inter ſe liberæ, proinque in ſtatu naturali, ac primævo libertatis & æquatis viventes. Hæc perſonarum iſtiusmodi moran multitudo palam fit cogitanti orbem noſtrum itabilem, diverſasque eius plagas animo volven-. Ex antiquiſſimis ſacræ hiſtoriæ monumentis con-, in varias gentes homines coaluiſſe. Noemi fiac nepotes enumerans Moyſes, *ab his*, inquit, *ſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unusquisſecundum linguam ſuam & familias ſuas in nationiſuis.* (1) Ubi inſulæ gentium appellantur more raico provinciæ omnes transmarinæ, etiamſi in is continentibus ſitæ ſint. *Natique ſunt Heber fiduo: nomen uni Pahleg, eoquod in diebus eius diviſa terra, & nomen fratris eius Iectan* (2). Occaſion præcipuam dedit confuſio linguarum; *venite*, int Deus, *deſcendamus, & confundamus ibi linguam um, ut non audiat unusquisque vocem proximi ſui. que ita diviſit eos Dominus ex illo loco in univer terras, & ceſſaverunt ædificare civitatem, & ido vocatum eſt nomen eius Babel; quia ibi confuſum labium univerſæ terræ: & inde diſperſit eos Domiſuper faciem cunctarum regionum.* (3) De pluris iſtiusmodi perſonis, ſive gentibus, conſideranſunt quædam generatim, præſenti inſtituto maxiaccommodata,

a) Singulæ civitates ſeu gentes iura *immanentia*, ſive relate ad ſeipſas, atque hoc ſenſu abſoluta habent, quæ

tum ad religionem, Deique cultum, tum ad con-
vationem, perfectionemque totius ſocietatis ac ſin
lorum pertinent. Eædem iura perfecta & imperfe
abſoluta & hypothetica, itidemque eiusdem gen
obligationes habent erga extraneos, id eſt, erga
gulos homines, qui de ſocietate civili non ſunt
erga univerſos, ſive extraneas civitates; hæc vo
tur iura *transeuntia*, quorum præſtatio ad alios tr
extra propriæ civitatis limites; uti enim ſingulis
minibus ſua iura & obligationes erga Deum,
priamque conſervationem ac perfectionem competu
alia ad alios in ſtatu etiam primævo libertatis &
qualitatis naturalis; ita idem exiſtimandum eſt de
ſonis moralibus vel gentibus diverſis. (4) Atque
poſterioris generis iura & obligationes vocantu
ciales, ſpectando ſocietatem abſolutam generis
mani; etſi eædem, quatenus ad proximum refe
tur, Dei cultum, ac ipſius proximi conſervatio
perfectionemque poſſint attingere.

(*b*) Relate ad iura transeuntia gentes ſpectantur in
pacis, aut belli; quemvis ſtatum comitatur iu
obligatio aliqua, quæ ſine obiecto, in quo vim
exerat, non intelligitur: magis expreſſe tamen
nulli ſtatus reſpectum erga alios homines notant;
bus ſcilicet ſimul exprimitur modus, quo ſua n
tia invicem expediunt homines. Ita Puſendorfius (5
Pax eſt ſtatus ille, quo homines inter ſe quiete
citra iniurias violentas agunt, & quæ invicem de
bent, velut ex obligatione, & ultro præſtant. *Bel*
lum contra eſt ſtatus iniurias violentas mutuo
rentium, & propulſantium, aut quæ ſibi deber
vi extorquere nitentium.

(*c*) Diviſio gentium, ſedium ſeparatio, rerumque com
munium & imperii diverſitas ſegregat illa quidem ho-
mines inter ſe, & quodammodo ſcindit; communis
tamen neceſſitas & indigentia novos nexus conciat,
perinde ut in ſyſtemate copernico Neutoniano glo-
bi totales, etſi ipſi Totum quoddam perfectum ſint
ſinguli, tamen mutua inter ſe attractione connectun-
tur. Vulgatum eſt: *Non omnis fert omnia tellus.*
Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ. Gentes ergo
imperio ſegregatæ mutuis indigentiæ & naturali ſo-
cia,

cialitatis ſtimulis ac vinculis coniunguntur, præſertim, ſi finitimæ ſint; unde fit, ut & mutua negotia, mutuaque iura atque obligationes exiſtant.

l) Mutua negotia, mutuaque iura & obligationes gentium ratione ſubiecti, in quo inſunt, & obiecti, quod attingunt, haud parum differunt a negotiis, iuribus & obligationibus ſingulorum hominum in ſtatu naturali viventium. Nam alia eſt conſervatio totius civitatis, eiusque nexus, alia conſervatio ſingulorum individuorum; uti alius eſt ortus ac interitus ſingulorum, alius civitatum. Itidem aliæ læſiones iurium ſunt publicorum, aliæ privatorum. Nam violatio iuris gentium præ delictis privatis graviſſimum ſcelus, modisque omnibus vindicandum nullo non tempore hominibus viſum eſt. Acquiſitio dominii originaria ac derivativa aliter cadit in gentes, aliter in ſingulos. Occupare per univerſitatem, poſſidere loca ampliora, partem maris, inſulam, fluvium redigere in poteſtatem &c. gentium eſt proprium, non hominum ſingulorum. Aliter privati vim inter ſe exerunt: aliter gentes congrediuntur per exercitus armatos. Admiſſio legatorum, fœdera, ſuccurſus per miſſas copias &c. itidem propria gentium negotia ſunt. Uti ergo negotia, actionesque, & iniuriæ, ſic iura & obligationes gentium per naturam earundem determinantur; quod non obſtat, quo minus ſimilitudo ac proportio inter perſonas phyſicas ac morales ſola quantitate quodammodo differentes maneat.

e) Quæ de negotiis, actionibus, iniuriis, iuribus & obligationibus gentium dicta ſunt; eadem pro diverſa imperii forma ad monarchas; ad ſenatum optimatum, & ad comitia populi, quæ ipſas gentes repræſentant, applicari debent.

(1) Gen. X. 5.

(2) Ibid. v. 25.

(3) Gen. XI. 7. 8. 9. de numero & diverſitate linguarum vid. Weitenauerum in hunc locum; acute S. Auguſtinus inquit: „*Linguarum diverſitas hominem alienat ab homine*

,,mine. Nam ſi duo ſibimet invicem ſtant obviam , ne
,,præterire , ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogantur , q
,,rum neuter norit linguam alterius : facilius ſibi anim
,,muta , etiam diverſi generis , quam illi, cum ſint homi
,,ambo ſociantur. - - Ita ut libentius homo ſit cum cane
,,quam cum homine alieno.“ l. 19. de Civ. Dei. c. 8.

(4) *Uti in ſtatu etiam naturali officia hominis cuius ad Deum, propriam conſervationem ac perfectionem, vel alios referuntur : ita auctores ius divinum, monaſticum, ſociale pro illo etiam ſtatu diſtinguunt. Officia abſoluta ponuntur tum hypotheticis, tum relativis ſive ſocialibus.*

(5) De I. N. & G. l. I. C. I. §. 8.

§. CCLXVIII.

Ius gentium naturale eſt complexio iurium & o ligationum, quæ inter diverſas gentes ab ipſa tura conſtitutæ ſunt. Eius exiſtentia in dubium cari nequit. Nam per conſociationem ſingulo in ſtatum civilem nec ſinguli, nec univerſi exue naturam humanam; in qua ratio iurium & obligao num erga alios homines continetur; qui etſi eo ſtatu civili non contineantur, tamen humanitaten & naturalis iuris communionem retinent: gentes, ut perſonæ morales, lædere poſſunt alias gentes, & al iis lædi: aliarum officiis imperfectis egere poſſint, vel aliis egentibus eadem præſtare: negotia, actio nesque & iniuriæ certis legibus conſtringi debent, er inde ut negotia, actionesque & iniuriæ ſingulorum ho minum, ac multo etiam magis; quia maioris mo menti ſunt, maioraque commoda aut incommoda fe runt. Unde hypotheſis de bello omnium in omnes æque gentium, ac ſingulorum naturæ ac fini rou gnat. Ex his colliges:

a)

a) Ius gentium *naturale* id quidem eſt, & analogiam cum iure naturæ privato habet, qualis inter phyſicam, ac moralem perſonam intercedit; at ſubiecto tamen & obiecto differt, ac per naturam gentium, negotiorumque, actionum & iniuriarum, uno verbo, cauſarum determinatur. Unde etiam intelligitur, alia per naturam eſſe negotia & officia ſingulorum in ſtatu naturali, alia ſociorum generatim: alia civitatum interna, alia denique civitatum externa; ſecundum quam diverſitatem iurisprudentia naturalis quadrifariam dividi ſolet.

b) Ex notione iuris naturalis gentium palam fit, id eſſe *immutabile*, qualis hominum & gentium natura eſt: *univerſale*, a quo nulla ſe gens eximere queat: conſtare officiis tum abſolutis, perfectis & imperfectis, tum hypotheticis; & pertinere ad ſtatum pacis ac belli; nullo enim tempore lex naturæ ſaltem negativa ceſſat, aut obdormiſcit. Quod vulgo aiunt: *inter arma leges ſilent*; id de poſitivis legibus ac iuſtitio, non de iniuriis legi naturali repugnantibus intelligi debet.

c) Non ſine graviſſimis argumentis prævaluit doctorum ſententia, negantium ius gentium *conſuetudinarium* ex longo uſu, obſervantia, ac diuturnis moribus populorum ductum; uti & *pactitium*, ſeu pactis gentium tacitis innixum. Conſuetudo enim ex generali Imperantis voluntate inter cives communi imperio ſubiectos vim habet: inter perſonas liberas, quæ communi imperio ſubiectæ non ſunt, vim habere omnino non poteſt. Dein quæ conſuetudinario iuri adſcribuntur, neque ad omnes gentes pertinent, aut iuris naturalis propria ſunt, aut decori tantum rationem habent. Pacta perſonas paciſcentium non egrediuntur; quamquam etiam de iſtiusmodi pactis nullæ tabulæ, nulli teſtes proferri valeant. Siquæ conventiones aut conſuetudines inter Europæ gentes uſu ac moribus receptæ ſint, *ad earum cuſtodiam*, inquit L. B. de Martini, (1) *ſingulæ gentes eo fortiori iuſtitiæ vinculo obſtringuntur, quo minus iuris ſemel agniti poſſeſſione alios deiicere licet.* Qui ſervato naturali iure, receptam inter cultiores gentes bellandi conſuetudinem non obſervaverit, eo modo violati iuris gentium poteſt argui, quo ille imperitiæ inter gladiatores accuſatur,

qui hoſtes non iuxta regulas artis violaverit, Pufendorfius opinatur. (2)

(*d*) Fuere, qui ideam civitatis gentium *maxima* effingerent, cuius membra, ac veluti cives cen debeant gentes ſingulæ. At enim libertas gent omnem unionem, ex qua ſubiectio provenit, omne commune imperium reſpuit. Societas abſo hominum gentiumque ex ipſa natura fluit, pariter abſoluta eſt; cuius iuribus perfectis ſatisfit per ac nes negativas. Neque multitudo gentium diverſa cum democratia conferri poteſt, uti nec ſola ag gatio familiarum ſtatum democraticum parit. In mocratia quidem ſinguli cives ob ſpeciale ſubiec nis pactum imperio corporis politici ſubiacent. ſubiectionis pactum ſingulis gentibus relate ad uni ſitatem earundem attribui nequit, ipſoque ſtatu n ralis libertatis, ſupremique imperii, quo ſing gaudent, excluditur. Singuli quidem cives demo tiæ, etſi non ſingulis, ſed ſoli univerſitati ſubiecti ob id tamen in ſtatu libertatis naturalis non verſar uti gentes liberæ.

(*e*) ICti Romani ad ius gentium retulerunt tum ea, inter cives ſingularum gentium in uſu erant, tum inter ipſas gentes tanquam perſonas morales co tudine invaluerant, atque hoc modo id a iure n rali, quod cum omnibus animalibus commune bant, diſtinguere conati ſunt. (3) Siqua lex po civilis a pluribus gentibus adoptata eſt, ea om improprie ius gentium audiet; cum a ſingulis arbitrio mutari, atque ad formam, & rationes civitatis aptari poſſit.

(1) Poſit. de Iur. civ. & Gent. §. DXXVIII.

(2) L. II. C. III. §. 23.

(3) §. 2. Inſt. de I. N. G. & C. l. 1. §. 4. D. de I. Gratianus. c. 9. diſt. 1.

CAPUT II.

Officia abſoluta Gentium, perfecta & imperfecta.

ARGUMENTUM.

§ CCLXIX. Differentia officiorum. CCLXX. ius perfectum æqualitatis. CCLXXI. libertatis & independentiæ. CCLXXII. conſervationis & perfectionis. CCLXXIII. Ius ad media. CCLXXIV. ius commerciorum. CCLXXV. libertas eorundem, & annexa. CCLXXVI. Exiſtimatio gentium. CCLXXVII. Perfectiones mentis. CCLXXVIII. motiva & obiecta officiorum imperfectorum.

§. CCLXIX.

Abſoluta Gentium officia hic nuncupantur, quæ ...eri genti erga alteram vi ſolius ſtatus naturalis, ...llo poſito facto incumbunt; quæ enim ex hypo...ſi cuiusdam facti emergunt, *hypothetica* ſunt. ...ora illa aut perfecta aut imperfecta cenſentur ea...n vi & notione, ac in Iure privato explicatum ...; *illa* enim negativa ſunt: *Quod tibi non vis fieri, ...ri ne feceris*; *hæc* affirmativa: *quodcunque vultis, faciant vobis homines, & vos facite. Illa* vi ex...queri poſſunt, & verſantur circa *το ſuum* gentis, ...que connatum, ſi de abſolutis ſermo eſt; *hæc* ...va naturali libertate coactionem non admittunt; ...ia requirunt, ut altera gens præſtet *το ſuum*, ...t in *τω ſuo* quidpiam patiatur in alterius commo...m; denique *illa* ad iuſtitiam ſtricte talem, quam ...pletricem vocat Grotius, *hæc* ad æquitatem & ...orem, ſive iuſtitiam late talem & attributricem refe-

referuntur; quæ ipſa eſt ratio, cur vim non adm[illegible] tant; nam iudicio præſtantis, aut in re ſua quidpia[illegible] patientis ſtandum eſt, an facultas, & occaſio præ[illegible] ſit, nec ipſimet immineat incommodum; acced[illegible] quod amor, ex quo imperfecta officia profluu[illegible] natura ſua, ut aiunt, vi extorqueri non poſſit. [illegible] hisce imperfectis officiis annotandum:

(*a*) Officia imperfecta, quæ alteri non præſtantur ſine [illegible] qua moleſtia, aut diminutione rei vel iuris ſui, ſ[illegible] *humanitatis eminentis*, ac *noxiæ utilitatis*, eaque [illegible] beneficentiæ ſeu liberalitatis, quæ in præſtatione [illegible] aut *officioſitatis*, quæ in præſtatione facti utilis [illegible] ſunt. Uti cum quis mediatoris aut pacificatoris i[illegible] munus ſuſcipit. Qui officia gratitudinis addunt, [illegible] animadvertunt, per ea non ſpeciem novam, ſed al[illegible] cauſam moventem aſſignari, ob quam priora ben[illegible] centiæ vel officioſitatis officia præſtari ſolent.

(*b*) Officia *humanitatis vulgaris* aut *innoxiæ utilit*[illegible] ſunt, quæ ſine moleſtia vel diminutione rei vel i[illegible] ſui exhibentur; qualia ſunt non prohibere aq[illegible] præterfluentem: pati ab igne ignem capere: err[illegible] monſtrare viam, conſilium fidele deliberanti d[illegible]; quæ ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non mol[illegible]. In hoc genere alia *activa* vel *affirmativa* ſunt, [illegible] gens in alterius utilitatem ſine detrimento ſuo q[illegible] quam agit, aut vires ſuas accommodat: *paſſiva*, ſi [illegible] ab altera gente utilitatis in hanc ipſam redund[illegible] cauſa fieri patitur in re ſua. Putat Grotius, [illegible]) officia innoxiæ utilitatis generatim pertinere ad [illegible] ex primæva communione reſidua, proindeque [illegible] *fecta* eſſe; quia denegari non poſſunt ex pro[illegible] utilitatis præ aliena promovendæ ſtudio; eoquod [illegible] nantur eſſe innoxiæ utilitatis; proindeque ſolum ex defectu ſocialitatis, odio, atque invidia, hoc eſt, [illegible] iniuria ſtricte tali negentur. Alii eadem imperf[illegible] annumerant; eoquod vi dominii de re ſua pro [illegible] trio quisque diſponere, ſuoque iudicio definire po[illegible], verene innoxia ſint, an ſecus. Alii demum affi[illegible] tiva eſſe imperfecta, at paſſiva putant perfecta e[illegible].

(*c*)

(c) Si rigore iuris ſtandum, neque porta aperienda eſt alienis turbandis & invadendis iuribus, omnia officia, per quæ in alterius commodum quidquam præſtare, facere, aut in re noſtra pati debemus, imperfecta ſunt, & extra neceſſitatis caſum coactionem reſpuunt. Illud certum, prius petenda, quam uſurpanda, aut vindicanda eſſe iſtiusmodi officia; cum alias conſtare non poſſit, anne ob proprium detrimentum, ſeu periculum, aut ex malignitate negentur: dein æque certum puto, minorem neceſſitatis gradum ſufficere, ut, ſi inique negentur, officia paſſiva ſibi quisquam vindicet, quam ut activa vi extorqueat; cum in prioribus ſalva relinquatur negantis libertas, ſolumque permittere quidquam aut pati, non facere debeat. (2)

(d) In magno errore verſatur pars magna hominum, qui ſe bonos ſcelerisque puros iactitant, eo quod neminem læſerint, ſive ſolis ſatisfecerint perfectis officiis; etſi nec bene quidquam fecerint aliis, & nihili ducant imperfecta officia caritatis, quæ æque afficiunt conſcientiam, Deumque ultorem habent. (3) Si graviores ſunt iniuriæ, quæ gentibus inferuntur, cum omnium ſociorum iura quaſi in unam perſonam congeſta uno ictu vulnerentur; profecto etiam graviores ſunt neglectus officiorum imperfectorum, qui fiunt a gentibus; cum eodem tempore ſocii omnes, qui eadem negligunt, cenſeantur deeſſe officio ſuo. (4)

(e) Imperfecta officia abeunt in perfecta, 1. vi pacti, 2. iure neceſſitatis (5), 3. lege (6); ſed lex inter ſocios eiusdem gentis, non item inter gentes locum habet.

(f) Inter officia imperfecta gentium alia *indefinita* dicuntur, quæ ſine diſcrimine omnibus egentibus parata ſunt; uti ſi quibusvis de copia frumenti, quo gens quæpiam abundat, ſubſidia petere integrum ſit: alia *definita*, quæ actu præſtantur alteri genti.

(1) De I. B. ac P. L. II. C. II. §. 11.

(2) Exempla affert Pufendorf. de I. N. & G. L. I. C. III. conf. Numer. XX. 19. ſeq. II. Paralip. XXXII. 3. 4. XXVI. 20. 21. 22.

(3) Matth. XXV. 41. adde ibid. a v. 35. & Matth. V. 42. X. 40. 41. 42. XVIII. 33. XIX. 21.

(4) Virgil. L. I. a v. 543. *Quod genus hoc homin quœve hunc tam barbara morem permittit patria? hoſ prohibemur arenæ: bella cient, primaque vetant conſ terra. Si genus humanum, & mortalia temnitis arma ſperate, Deos memores fandi, atque neſandi.*

(5) Conf. §. XCV.

(6) Levit. XIX. 9. 10. XXIII. 22. Deut. XXIII. 24. XXIV. 19. 20. 21.

§. CCLXX.

Æqualitas Gentium in iuribus earundem abſolu id eſt, connatis & perfectis primum locum obti neque enim in iuribus ſociorum componenti neque in compoſitionis modo ulla inæqualitatis ineſt; quia in quavis gente ſocii paribus a na iuribus præditi in ſummum, id eſt, ubique imperium conveniunt. Inferes

(*a*) Uti in ſingulis hominibus præſtantia virium corporis vel animi, aut opes iuris naturalis æqualitatem non tollunt, ſed uſum iurium ſecundum prudentiæ regulas moderantur; ſic idem fit in gentibus, ut, etſi quæpiam gens nulli cedat firmitate iurium, tamen conſilia ſua viribus ſuis cogatur accommodare.

(*b*) Qua parte iuris æqualitas eſt, prærogativa & prœdrie non habet locum; quapropter cum in congreſſu gentium, id eſt, ſummorum Imperantium, vel naturumcunque perſonarun eas repræſentantium non poſſit non ordo quidam conſtitui, is ex pactis tacitis vel expreſſis repetendus eſt. (1)

(*c*)

(1) Caritas patrii ſoli aut nationis non ita inflammanda eſt apud cives, ut eadem plane frigeſcat erga extraneos, aut in deſpectum eorundem deſinat. Vidi ego non unum, qui captus amore nationis ſuæ, vel plenus natione, quaſi totam repræſentaret, cum Phariſæo ſuſpirare viſus eſt: *Deus gratias ago tibi; quia non ſum, ſicut ceteri hominum - - velut etiam hic.* - (2) Populus quidem electus in hæreditatem ſuam introductus ſingularibus ex cauſis conſortium extraneorum vitare iuſſus eſt. Extant tamen leges divinæ etiam alienigenis faventes. (3) Ubi additur ratio: *Memento, quod & tu ſervieris in Ægypto; & idciro præcipio tibi, ut facias hanc rem.* (4) *Non pervertes iudicium advenæ & pupilli.* (5) Sed homini Chriſtiano lex gratiæ ob oculos inprimis habenda eſt, *ubi non eſt gentilis, & Iudæus, circumciſio & præputium, barbarus & Scytha, ſervus & liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.* (6) Sic Beati quoque in communi patria exultant, cantantque: *Redemiſti nos in ſanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo, & natione.* (7) Sunt extra communionem terræ patriæ alia vincula, quæ hominem homini adſtringunt, & benefaciendi opportunitatem præſtant; unde divini Spiritus effatum eſt: *Vir amabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater.* (8)

(1) *Nominis Romani cultus* (inquit Petrus de Marca L. Concord. C. II. n. 9.) *quod in titulis imperatoriis hodie ...t, B. Petri memoria & ſummi Pontificis unctione con...itum apud ceteros Chriſtianos Principes non invitos pri...ı locum Imperatoribus Romano - Germanicis conciliavit.*

(2) Luc. XVIII. 11.

(3) Deuteron. XXIII. 7. & XXIV. 19. 20. 21.

(4) ibid. v. 8. & 22.

(5) ibid. v. 17.

(6) Coloſſ. III. 11.

(7) Apoc. IV. 9.

(8) Prov. XVIII. 24.

§. CCLXXI.

§. CCLXXI.

Ex æqualitate gentium, libertas earunden independentia profluit; par enim in parem non bet imperium, & omnis ſubiectio inæqualit continet. Gens ergo ſive Imperans *Superiorem temporalibus minime recognoſcit.* (1)

(*a*) Libertatis eſt, actiones arbitrio ſuo determi atque in iis determinandis ſuum ſequi iudicium ut nemini rationem teneatur reddere, cur ita fe qui liber eſt; neque cuiusquam pœnæ proprie ſubiaceat; etſi alter, qui pari libertate gaudet ſuum perfectum lædi impune non patiatur, ne debeat. Liberum ergo genti eſt, cum hac p quam alia gente exercere commercia, inire fœder quamdiu nil quidquam agit, quod eſt contr perfectum alterius.

(*b*) Vi libertatis neque regimini & exercitio iuriu ieſtaticorum gentes ſeſe immiſcent, neque pati piam tenetur, ut alia ſeſe immiſceat, aut uſum i maieſtaticorum turbet, & priorem civitatis forma mutet. Inferunt, genti extraneæ fas non eſſe, tos alienos vi & bello defendere ab iniuria ſu Imperantium (2), aut ſubditis rebellibus aſſiſter

(*c*) Quia iura maieſtatica præcipue in territorio cui gentis ſeſe exerunt; idcirco neque in alieno te rio ea iura exercenda ſunt, neque gens ulla i ercitio eorundem iurium in ſuo territorio impe eſt. Effectus eiusdem exercitii, an & quate ab alia gente agnoſcendi ſint, ex theoria de c imperfectis pendet.

(*d*) Ius connatum libertatis coniunctum eſt cum perfecto conſervandi independentiam, tum ab in alterius gentis, tum a potentia gentis extraneæ prævalente. (3) Contra vero imperfecta eſt ob aſſiſtendi alteri genti, cuius libertas a gente te iuſte læditur.

(1

(1) Ita profitetur de Rege Francorum Innocentius P. c. per venerabilem. 13. qui ſint filii legitimi. *Ea liber- non obſtat, quo minus ſummi Imperantes catholici tan- n piiſſimi Eccleſiæ filii eius ſe legibus in re quavis ad ſa- anctam religionem & ſempiternam ſalutem ſpectante ſub- s eſſe, lubentiſſime agnoſcant, & profiteantur. Longe latius patet ſpiritualis eccleſiæ poteſtas, quam terrena ncipum. Id quod eloquenter pro more deducit S. Io- es Chryſoſtomus in Pſalm. 44. prope finem de Apoſtolis unc modum differens: „Univerſum orbem terrarum per- ſerunt apoſtoli: & omnibus Principibus fuerunt magis oprie Principes, regibus potentiores. Reges enim, dum unt, dominatum obtinent: iis autem mortuis intercidit minatus. Et Regum quidem leges ratæ ſunt, & validæ ra eorum fines: iuſſa autem piſcatorum per univerſum bem terræ extenſa ſunt. Imperator Romanorum Perſis n poſſet ferre leges: nec Perſarum Rex poſſet ferre leges manis. Hi autem Palæſtini & Perſis & Romanis & racibus & Scythis & Indis & Mauris & univerſo deni- e orbi terrarum leges dederunt. Nec ſolum, dum ii vi- rent, firmæ & ratæ fuerunt, ſed his etiam mortuis con- matæ ſunt, & qui eas leges acceperunt, mallent animam llies profundere, quam ab illis deſciſcere. Memor ero minis tui in omni generatione & generatione. Propterea puli confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi."*

(2) Schrodt Syſt. Iur. Gent. P. I. C. II. §. 13. 14.

(3) Ibid. C. I. §. 9.

§. CCLXXII.

Ius perfectum connatumque conſervandi ſeipſum, le ſingulis hominibus agitur, tum ad totum in- iduum, tum ad integritatem membrorum eius tinet; ſimiliter apud gentes conſervatio indivi- pertinet ad conſervandam civilem conſociatio- n, hanc individualem civitatis formam, has le- fundamentales, atque hæc iura maieſtatica: con- vatio autem membrorum refertur ad ſingulos ſo-

cios, ex quibus corpus politicum tanquam mem conſtat. Præter ius conſervationis ius etiam p ciendi ſeſe tum ſingulis hominibus, tum univ ſive gentibus a natura attributum eſt; quod ve eo quoque manifeſtum fit, quod media ad co vationem neceſſaria tam accurate arcteque de nec poſſint, nec debeant, ut ſoli neceſſitati ſe tur; unde perfectio nihil eſt, niſi maior qu conſervationis gradus; neque ius perficiendi ſe iure conſervationis ſeiungi poteſt. Perfectio iusvis ſocietatis ex aptitudine adipiſcendi fi quem ſibi præfixum habet, intelligitur; finis ci tum ſingularum eſt ſecuritas civium quoad per ſuas, vitam ac membra, bona fortunæ, honor aliaque iura ſive connata, ſive acquiſita; unde, fit perfectio ſocietatis civilis, non poteſt non perſpicuum. Ex his concludes:

(*a*) Gentibus ſingulis competit ius adhibendi media ſervationi totius ſtatus neceſſaria. ius præcave avertendi ea, per quæ is ſtatus diſſolvi, & na moralis interire poſſit vel debeat. Huic iu rum gentium reſpondet perfecta obligatio, a c riis abſtinendi. Similiter cuivis genti compe adhibendi media ad perfectionem ſui nece & impedimenta removendi, cui itidem reſ aliarum gentium conſentanea huic iuri obligati

(*b*) Æque apertum eſt, gentibus competere ius c vandi membra, bona, honorem, aliaque iur connata ſive acquiſita. Unde, qui membrum toti corpori infert iniuriam, totiusque corpo tereſt, membrorum ſuorum tuitionem ſuſcipere. Pe cat ergo gens in gentem, quæ alterius ſubdit aut arte ſubducit, quæ illicitas militum conqu

nes in alieno territorio citra conſenſum ſummi Imperantis inſtituit. *Plagium* committere dicuntur, qui furantur homines liberos vel ſervos, eosque vendunt, vel iis perſuadent, ut a parentibus vel dominis ſuis aufugiant. (1)

(1) *Cavendum eſt, ne quis paritate inter corpus phyſicum norale ad minutias abutatur; ſecus ſiquis naturali morte ingeretur civis, civitas membro quodam mutilata cenſeri eret, & quemadmodum nemini fas eſt, ſanum membrum rpore amputare; ſic neque cum facultate Imperantis cia corpore politico dimitti poſſet. Illud certum, quemvis m iure gaudere, ut a vi & circumventionibus tum inter tum externis tutus ſit, & tutus præſtetur a ſummo imo. Quapropter ad ſummum imperium pertinet cavere, iolentia aut ſeductione civis quispiam abſtrahatur.*

§. CCLXXIII.

Iuri conſervationis perfectionisque adiunctum ius utendi mediis eundem in finem neceſſariis, ue in primis procurandi copiam rerum, quæ ad e civilis neceſſitatem, commoditatem, honeſtam- iucunditatem appoſitæ ſunt, augendique vires ; modis nempe iis, qui iuri perfecto aliorum non rahunt. Iniuriam facit proprie dictam, qui imlimenta genti ponit, ne hisce iuribus utatur. At o officii imperfecti duntaxat eſt, aliarum gentium ufficientiam ſublevare rebus & proventibus ſuis; od præcipue inopiæ ac famis tempore erga exneos ſeſe exerit. Exemplum præbet ſacra hiſtoin ſterilitate annorum ſeptem, quæ non modo yptum, ſed extraneos etiam populos dirum in dum affligebat. (1)

(1) Gen. XLI. 54. 57. & XLII. 1. 2.

 §. CCLXXIV.

§. CCLXXIV.

In numero mediorum, de quibus mox dict[illegible] eſt, præcipuum inter gentes locum merentur co[illegible] mercia earundem inter ſe, quæ generatim in em[illegible] do, vendendo, ac permutando res ac pecu[illegible] ſita ſunt. Antiquitati commerciorum favent, c[illegible] de Iſmaelitis negotiatoribus in ſacro codice ext[illegible] (1) Negotiationis notio fixa non eſt, & impro[illegible] aliquando ſumitur:

(*a*) Quædam eſt negotiatio valde improprie dicta, [illegible] emuntur res ad ſuam cuiusque, & ſuæ familiæ [illegible] ſtentationem neceſſariæ, ſuperfluæ vero vendu[illegible] Eiusmodi negotiatio quaſi naturalis & neceſſaria [illegible] neque ad lucrum, ſed œconomiam, vitæque ſu[illegible] tationem ordinatur.

(*b*) Alia eſt negotiatio, qua emitur quidquam, ut p[illegible] duſtriam, artem, vel opificium immutetur, & [illegible] datur; neque hæc propria cenſetur negotiatio. [illegible] *cunque rem comparat*, inquit auctor operis imper[illegible] (2) *non ut ipſam rem integram & immutatam* [illegible] *dat, ſed ut opus faciat ex ea, ille non eſt negoti*[illegible] *quia qui materiam operandi ſibi comparat, unde* [illegible] *opus, ille non rem ipſam vendit, ſed magis arti*[illegible] *ſuum; id eſt, qui rem vendit, cuius æſtimatio no*[illegible] *in ea ipſa re, ſed in artificio operis, illa non eſt* [illegible] *catio; ut puta, faber comparat ferrum, & fac*[illegible] *ramentum; ſed ferramentum illud non tantum habet* [illegible] *quantum valet, ſed ſecundum opus ferramenti a*[illegible] *tiatur. Qui autem comparat rem, ut illam ipſam* [illegible] *gram & immutatam dando lucretur, ille eſt mercato*[illegible]

(*c*) Igitur proprie negotiatio vocatur ea emtio & v[illegible] tio, qua emitur aliquid, ut immutatum carius [illegible] lucrum comparandum vendatur. Atque hæc ne[illegible] tio & neceſſaria reipublicæ, nec de ſe mala eſt [illegible] coniuncta ſit cum ingentibus mali periculis. (3)

(1) Gen. XXXVII. 25. 28. 36. in quem locum elegans eſt Hieronymi animadverſio Epiſt. 9. nunc 70. ad Salvinam: *Iſmaelitæ negotiatores ſtacten & thymiama & reſinam, quæ naſcitur in Galaad, & cutem vulneribus obducit, Ægyptiis ferunt: tantæque felicitatis ſunt, ut emant, & vendant Ioſeph, & mercimonium eorum mundi ſalus ſit.*"

(2) Auctor operis imperfecti Hom. 38. ad C. XXI. Matth. relatus a Gratiano in c. 11. Diſt. 88.

(3) Auctor Quæſtionum veteris & novi teſtamenti relatus in c. 10. diſt. 88. S. Auguſtinus relatus ex parte in c. diſt. ead. Conf. Eccli. XXVI. 28. & XXVII. 1. 2. I. Tim. VI. 9.

§. CCLXXV.

Libertas negotiationis & commerciorum ſita eſt in facultate independente exercendi eadem in propriam vel alienam utilitatem. De qua libertate ex communis principiis iuris ſic ſtatuendum:

1) Nulla gens cogi poteſt, ut alterius commercium admittat, utque vendat res, quibus abundat, alteri, niſi hæc extraordinaria neceſſitate laboret, ſeque aliter incolumem ſervare nequeat.

2) Ius ad exercenda cum alia gente commercia acquiritur ſola pactione, quæ variis modis reſtringi poteſt ratione temporis, rerum, conditionum, & clauſulæ etiam commiſſoriæ.

3) Siqua gens cum altera exercere commercia velit, a gente tertia impediri, vel prohiberi non poteſt; poteſt cum tertia gente iniri pactum, ne cum gente quadam exerceat commercia, vel eorum cauſa ad certa loca naviget; hoc enim pacto ex parte gentis promittentis involvitur renunciatio iuris ſui, & ex parte ſtipulantis cura utilitatis ſuæ. Nihil ergo iniuriæ in alias gentes redundat.

4) Quid iuris ſit circa conceſſionem tranſitus, ſiqua gens eundem expetat ab intermedia gente, ut cum alia ſe-

poſita exerceat commercium ; pendet tum ex pac
ſiqua extant , tum ex officio gentis intermediæ
ga ſeipſam , ſuamque felicitatem præferendi alie
tum ex principiis iurium imperfectorum.

(*e*) Diverſæ notiones ad commercia pertinentes hoc
co indicandæ ſunt. 1. *Monopolia* cenſentur,
gens per pactum promittit , ſe non niſi uni c
genti merces vendere velle , aut ſi plures gentes
munt merces , easque ſe infra certum pretium
vendituras conveniunt. 2. *Emporia* ſunt civita
ſeu loca liberæ & perpetuæ mercium venalium
portationi , & emtarum exportationi deſtinata,
riisque eum in finem commoditatibus inſtruct
munita privilegiis. *Nundinæ* quoque eiusmodi fa
tatem importandi & exportandi merces denotan
non perpetuam , ſed temporariam & ad certos
dies, menſesque limitatam. 3. Quoad maritima c
mercia cum emporiis conveniunt *portus liberi.*
Propolii nomine venit privilegium , quo civibu
certis perſonis conceditur ius ante emendi res
portatas , quam eas licet emere peregrinis vel p
nis aliis. Affine eſt *ius ſtapulæ*, quo merces fl
ne delatæ alicubi ad tempus aliquod venum ex
debent , antequam alio devehantur. 5. Quia de
cibus tranſeuntibus, importatis & exportatis exi
tur *vectigalia* ; hinc iuri iſtorum alicubi adiunctu
ius *Geranii ſeu menſurationis* , ut fraudibus mer
rum & nautarum minorem mercium quantitatem
fitentium occurratur. 6. *Conſules* vocantur cuſt
iurium ac privilegiorum mercaturæ , nec non li
inter mercatores ſuæ nationis iudices in emporiis ma
ritimis ſeu portubus conſtituti. Hi ratione offici
nent ſubditi gentis *conſtituentis* , & in territorio re
cipientis ſpectantur tanquam peregrini. Eorum re
ptio ex pactis vel officiis imperfectis pendet.

§. CCLXXVI.

Ius exiſtimationis ac gloriæ æque, imo ma
gradu in gentes cadit , quam ſingulos hom
Eius conſectaria ſunt ratio auctoritatis, hon

gni-

itionis actuum in territorio gentis editorum apud ones exteras. Huc referenda eſt *fides*, quæ re- ad gentes triplicis generis eſt; 1. *politica*, quæ iuſta opinio potentiæ, quod gens non modo deſſe aliis vel obeſſe queat, ſed potentia ſua iu- uſura ſit: 2. *moralis* de probitate, iuſtitia, & torum cuſtodia; 3. *mercatoria*, quæ ſita eſt in ione ſecuritatis de pecunia credita, eiusque ſo- one. Ita vulgo dividunt fidem gentium.

) Iuri exiſtimationis repugnat, quidquid in contem- tum & contumeliam gentis vergit, inprimis faſtus, ac ſuperbia externa, qua altera gens præ altera te- mere ſe extollit, & ſic æqualitatis etiam iura violat.

) Ad officia imperfecta pertinet, exiſtimationem *inten- ſivam* gentis alterius agnoſcere. Siquid uni genti ea in re conceditur, alteri, cui idem negatur, nulla in- iuria fit. Non poſſunt igitur nova exiſtimationis & maiora ſigna, aut ſplendidiores tituli vi extorqueri, ac recepto more vel pacto definiti ſunt. Si rex aut ſenatus imperium ſuſcipit in populum antea liberum, is relate ad extraneas gentes, utitur iure populi, & eundem retinet locum, quem habuerat gens in ſtatu populari. Nam populum reipſa repræſentat. Viciſ- ſim gens ad ſtatum popularem rediens eundem, qui regis fuerat, locum implet; quia *rex omne ius ſuum, adeoque & dignitatem ac ordinem ex diſpoſitione po- puli, & ex eius iure habet*; ut inquit Schrodtus (1) inferior autem occupans ſuperioris regnum, eius quo- que ordinem occupat; quia victor in omne ius re- gis victi ſuccedit, proindeque in eius etiam ordinem & locum.

(1) Syſt. Iur. Gent. P. I. C. II. §. 6. & Grotius l. II. C. §. 8. *Etſi pleniſſimo iure*, inquit, *regnetur populus*, *n erit, qui antea erat, cum ſui eſſet iuris, dum rex ei ſit, ut caput iſtius populi, non ut caput alterius populi.*

 §. CCLXXVII.

§. CCLXXVII.

Felicitas publica & perfectio cuiusque gentis civitatis ex felicitate ac perfectione ſingulorum civium elucere, atque in hanc tota derivari det. Quæ igitur officia tam perfecta quam imperfe ad felicitatem, ac perfectionem ſingulorum conſ vandam, augendamque maioris momenti, ac ve ti pretii ſunt; ea etiam relate ad totam gentem m ri in pretio haberi convenit. Eiusmodi officia dubio ea cenſeri debent, quæ ad excolendas pe ctiones mentis, nempe & intellectus & volunt ſpectant, quæque in cultu artium, ſcientiarum que in primis ſacroſanctæ religionis conſiſtunt. his inferes:

(*a*) Perfecti officii eſt, abſtinere ab iis, quæ cultui art ſcientiarum, ac religionis apud alias gentes offici aut quæ ruditatem, barbariem, errores ac ſectas a ra religione alienas gignunt; quod fieret per im ſos falſarum ſectarum præcones, libros &c.

(*b*) Officii autem imperfecti eſt, aliarum gentium c tibus literariis, artiumque colendarum ſtudiis opi ri miſſis viris doctis, datis conſiliis, communi propriis inſtitutis ac legibus ei propoſito accomm tis. Hinc non modo artifices, ſed etiam aſtronoi geometras, medicos ad alias gentes mitti, ab ii perhonorifice excipi & haberi novimus.

(*c*) Uti nulla ſunt graviora officia ſingulorum g ſingulos, quam quæ ad propagandam, & n ſervandam veram religionem ſpectant, ex ſempiterna cuiusque beatitas pendet; ita nihil ge i gente maius aut præſtabilius exhiberi poteſt, cam ut veram religionem ad eandem aut propagari aut n ſervari ſatagat, eamque in rem ſumtus ſupped t, u-

quibus miniſtri Ieſu Chriſti, virique apoſtolici transvehantur, alantur, protegantur. (1) Illuſtriſſima apoſtolici zeli, regiæque erga exteras gentes beneficentiæ exempla dederunt Principes catholici innumeri, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.

1) II. Reg. XXII. 50. Rom. XV. 9. 11.

§. CCLXXVIII.

Ex cultu officiorum imperfectorum mutua gen-
ı benevolentia pendet, maximæque utilitates exi-
ıt: eorum neglectu ingentia identidem incom-
da proveniunt tum publica in totam gentem,
ı privata in ſingulos cives redundantia. Uti enim
culcatis perfectis officiis ius belli & repreſaliæ
promtu ſunt; ſic neglectui imperfectorum ius
ırſionis opponitur. De iure belli infra agetur.
reſaliæ dicuntur, quando unus pro alio, & res
us pro re alterius apprehenditur; ut adeo etiam
nines innocentes eorumque bona ob delictum ab
ro commiſſum graventur. *Retorſio* fit, quando
quo quis apud ſe erga extraneos utitur, erga
m in aliis terris exercetur; quod in æquitate na-
ıli per civiles & ſacras leges declarata fundatum
(1) Ad hæc evitanda incommoda frequentes
tuæ benevolentiæ teſtificationes edere conantur
ıuli; cuiusmodi ſunt:

1) Rebus incidentibus proſperis, vel adverſis, quæ unam gentem afficiunt, gens altera in partem lætitiæ aut doloris venire ſe manifeſtat. Proſpera cenſentur nuptiæ, nativitas, coronatio, pax; adverſa mors, perduellio, terræ motas &c.

(*b*) Negotia in alieno territorio geſta, quæ propriis adverſantur iuribus, in ſuo pariter quæque gens firma & valida patitur; ſecus conqueri haud deb ſi & aliæ gentes acta, quæ alibi perfecta ſunt, ratis ac validis non habeant. Sic nobilitas omn quidem gentium eſt recepta moribus, re ipſa ta ex iure cuiusque civili profluit; ac ſi non agnoſc ab extraneis, non ob id quidem ius gentium latur; in regulas tamen humanitatis ac benevole peccatur. Similiter differendum de iuribus pubert maiorennitatis, familiæ, teſtamentorum, matrimo rum, aliorumque contractuum, quando ad for loci, in quo celebrantur, ſunt accommodati. quidem pro validis habere, imperfecti, non per eſt iuris. Etſi enim quævis gens iurisdictionem rius agnoſcere debeat, tamen ea in ſuo cuiusque t torio tantum, non extra illud vim exerit. (2)

(*c*) Viæ, fluvii, portus extraneis etiam patere ſinun ſi nullus abſterreat iuſtus metus contagionis, b ſubverſionis proprii commercii, alteriusve Domo eiectis domicilium negandi iuſta ratio poteſt corruptio morum, qua laborant advenæ, tus turbarum ex diverſitate ingeniorum, aut reli nis. Neceſſitate incumbente humanitati dandum quod hominibus iuſte negaretur.

(1) l. 1. D. *Quod quisque iuris in alterum ſtatuerit ipſe eodem iure utatur.* c. 6. de conſtit. *Patere legem, q tu ipſe tuleris.*

(2) *Quærunt, quid iuris ſit, ſiqua gens feminarum pia laborans ab altera easdem expetat. Enimvero ſi regi, cives civi filiam negare iuſtis ex cauſis poſſunt; eodem iure non gaudeant gentes relate ad alias præſ barbaras? Si neceſſitatem generalem fingas genti immi neque perverſionis abſterreat periculum, non tam uni gentis, quam ſingularum feminarum arbitrium puto ſpe dum eſſe; quo quidem modo & iuri alterius gentis ſati & altera ſe læſam conqueri haud poterit.*

Ca-

CAPUT III.

& officia gentium circa dominium, & proprietatem rerum.

ARGUMENTUM.

CCLXXIX. Ius occu-ndi gentium proprium. CLXXX. Exercitium eius ris. CCLXXXI. Mare. CLXXXII. quatenus, in minio ſit. CCLXXXIII. m vaſtus oceanus. CC-LXXXIV. Proprietas territorii.eius fines. CCLXXXV. Conſectaria dominii gentium. CCLXXXVI. Præſcriptio inter gentes. CCLXXXVII. unde certitudo dominiorum publicorum.

§. CCLXXIX.

Unione civili adeo non minuuntur aut extinguun- ingulorum iura, ut ea in civili imperio tanquam ro colligantur aut quodammodo concentren- & univerſe corroborentur, atque efficaciora . Id contingit in iure occupandi & acquirendi inia rerum, ſingulis a natura conceſſo. Hoc n ius a gentibus præſtantiore & ampliore modo cetur; quippe quæ occupatione per univerſita- gaudent, & vacuam occupando regionem *territ-um* acquirere cenſentur; quatenus in tractu ipato ſummum imperium gens exerit privative, xtraneos ab uſu territorii citra voluntatem ſuam, perfecto excludit. Quidquid ergo in iure na- e privato demonſtratum eſt de connato ſingulis upandi iure, deque ipſa occupatione, quidquid dominio rerum proveniente ex *facto* occupationis,

nis, & occupandi iure tanquam vero ac genu
titulo: quidquid de conſectariis iſtius dominii mo
originario acquiſiti, demum quidquid de mo
acquirendi derivativis; totum id, quatenus ex i
profluit naturali, ad gentes tanquam perſonas m
rales transferendum eſt, quæ iisdem iuribus n
modo utuntur, ſed eminentiore etiam modo utun
tum ob maiorem neceſſitatem, tum ob maiores
res phyſicas, per quas ab univerſis apprehendi qu
quam poteſt, ac in dominium redigi, quod non i
fieri poſſe a ſingulis videtur. Nec difficile eſt,
ceſſitatem perſpicere, ob quam occupationi i
factæ ipſa natura aſſiſtere cenſetur. Fac enim p
prietatem ac dominium rerum non ex occupati
ipſa & hypothetico naturæ iure, ſed ex pacto
lege civili provenire; cum inter gentes liberas a
lex civilis, & pactio quoque abeſſe poſſit, co
quens erit, ut aliis gentibus fas ſit, ſedes occup
eripere, ſibique vindicare, novas colonias pro a
trio immittere, fines territorii mutare, ipſius te
torii iura turbare; quæ igitur erit ſecuritas gen
ob quam ſecuritatem gens ipſa ex pacto uni
coaluit, atque orta eſt?

§. CCLXXX.

Hac ſervata proportione neceſſitatis & virium
phyſicarum, ad gentes applicanda ſunt, quæ de
occupatione ſingulorum ſtatuuntur in iure natræ
privato; ſuntque hæc potiſſimum:

a)

(a Ad originariam dominii acquiſitionem opus non eſt conſenſu aliarum gentium. Nam communio rerum vi primævi ſtatus erat negativa: hæc vero continet quidem ius connatum apprehendendi, atque in dominium redigendi res nullius: non vero continet ius alios ab occupatione earum rerum excludendi; proinde alii occupare volentii non poterant diſſentire vel reſiſtere; ac locum habebat axioma: *qui non poteſt diſſentire, non debet conſentire.*

) Occupari non poteſt, niſi res nullius, qualis eſt inſula non habitata; ſiqua ponitur inſula, quæ vagos, nullaque civili unione copulatos habitatores alit, occupari nequeunt res a ſingulis occupatæ, multo etiam minus ipſi habitatores extrudi; ſed a ſingulis non videtur facta occupatio totius inſulæ per univerſitatem, neque territorium cogitari poteſt, ubi nullum eſt commune imperium, nullusque dominus territorii. Ceterum ſola incolarum barbaries ac ſtupiditas non obeſt, quo minus iidem iure occupatione acquiſito gaudeant; quod proin turbari nequit.

) Quod occupatur, id eiusmodi eſſe debet, ut in poteſtatem redigi, & viribus phyſicis teneri poſſit; ſecus nec poterit occupari; ceu aer, lumen, calor ſolis: nec ſatis eſt, ut ſit res apprehenſibilis, niſi re ipſa apprehendatur. Qui inſulam conſpexit prior, aut poſſidere ſe velle declaravit, ob id non apprehendit, proinde nec occupavit. Denique apprehenſio fieri debet animo rem habendi ut propriam; qualem animum nemo facile in iis deprehendet navigatoribus, qui ampliſſima maria circumvecti atque ad inſulam delati facta exſcenſione neceſſitatis vel commoditatis cauſa certis adhibitis ſolemnitatibus declarant, ſe regis ſui nomine eius inſulæ poſſeſſionem capere velle; eoque facto mox diſcedunt poſt longiſſimos annos non redituri.

§. CCLXXXI.

De mari, *liberumne* ſit natura, an *clauſum*, nempe cupatione facta ab uno populo, acriter diſceptatum

tum eſt ſub initium prioris, & hoc iterum ſeculo Inprimis diſtingui neceſſe eſt inter vaſtum ocean præcipuasque eius partes, & inter partes illius nores, quæ terram continentem alluunt, ve terræ continentis gremium longius ſe inſinuant ob id *ſinus* vocantur, quæve inter duas terras a ſto tractu decurrunt, & duo maria ampliora iungunt, qualia *freta* nuncupantur. Dein n uſus, anne & quatenus exhauſtus ſit, vel inex ſtus, conſiderari debet. Nam quatenus *inexhauſti* eſt, ſive omnibus ſufficit, non potuit in pro tatem redigi; quia proprietas conſervandæ cauſa in ſocietate humana fuit introducta, i efficit, ut, qui rem proprietati ſubiectam i domino uſurpat, iniuriam inferre, & bello occ nem præbere videatur; ſiquid igitur in propriet redigeretur, quod in medio expoſitum omnium ſufficiens, ſimulque percommodum eſt, non hominum conſuleretur, ſed perpetuis litibus ac l anſam daret.

(1) Binner in Apparat. Eruditionis P. IX. C. IV. art. P. X. C. VIII. art. 4. Scriptores & tractatus ea re recenſet Schrodt in Syſt. Iur. G. P. II. C. I. in not. ad Puſendorfius de I. N. & G. l. IV. C. V. §. 5. ait: *Obſe licuit multos ſtudium adverſus patriam ſuam magis ob o quam veritatem habuiſſe.*

§. CCLXXXII.

Partes maris continenti adiectæ, itemque ſini freta a gentibus occupari & dominio ſubiici po

n quoad has partes mare vi ſtatus originarii eſt nullius, in communione negativa iacens, & hoium uſibus conceſſa; æque enim dictum eſt: *Dominini piſcibus maris*, ac *animalibus*, *quæ moventur r terram.* (1) Eiusmodi dominium intelligi non eſt, niſi una ius ſit conceſſum, in poteſtatem redndi elementum, quod illa inhabitant, quantum permittit natura. Dein uſus maris quoad iſtiusli partes non eſt inexhauſtus, iuſtaque ſuppetit), easdem ob ipſum uſum, qui omnibus non cit, ſubiiciendi dominio. Iſtiusmodi uſus, raue eſt piſcatio maior, inventio rerum pretiom, collectio concharum, coralliorum, gemma-, exſtructio ædificiorum aut munimentorum in li- maris, excoctio ſalis. Horum uſus accolis malonge parcior ac malignior evaderet, ſi omnes miſcue gentes propter litora alicuius regionis arentur, præſertim cum frequenter certum piſcis rei pretioſæ genus uno tantum maris loco, eo non valde ſpatioſo reperiatur. Dein non expe- populis maritimis, eorumque ſecuritati, ut cui genti in mari, litoribus eorum prætenſo, libere ſari liceat cum navibus armatis, non impetrata ia aut præſtita cautione de non offendendo. avis igitur populo ſuppetit ratio, certam maris tem ſibi propriam faciendi, ut ceteri eiusdem m tanquam beneficium ab iſto recognoſcere tentur. Hinc Pufendorfius, *putaverim*, inquit, *ra abſurditatem dici poſſe, partes maris, in quantum ratio-*

rationem munimenti, adeoque appendicis duntaxat ha- bent, absque peculiari actu corporali cœpiſſe ſubire do- minium eius populi, cuius litoribus prætexuntur; ſi- quam inter gentes armatarum uſus navium inno... Nam hoc intuitu mare ſeſe habet, tanquam acceſſo- terræ; ſicut foſſæ vel etiam proximæ uligines & pal- cenſentur acceſſio urbis. (1) Sed his quidem obl- non nulla videntur:

(a) Aiunt: dictum etiam a divino Conditore fuit: *D- namini volatilibus cœli;* quin protinus cœlum ve- dominio poſſit ſubiici. Reſpondet Pufendorfius: in aere homini verſari ſit negatum, ita, ut a ſit disiunctus ſoli aeri (pro arbitrio, ſatisque t- innixus; ideo imperium in aerem exerceri non tuit, niſi quousque, qui in terra ſtant, pertin- queant. Verum ut in mari dominium longius e- ceri poſſit, effectum eſt per naves ad ſummam perfectionem perductas, quæ non oneribus ta- transportandis inſerviunt, ſed & per regna nep- martem terribili magis ſpecie, quam per terram deſævit, circumferunt. (3) Alii ipſum etiam a- utili hominis dominio ſubeſſe & quodam modo o- pari poſſe, inferunt ex eo, quod iura dent actio- de non attollendo altius ædificio, de lumine intercipiendo: de libera facultate aucupii, de mo- dinis in quodam fundo ad ventum exſtructis impediendis; denique alii cum Wolfio, quidquid a- inquiunt, meo fundo incumbit, meum eſt inde u- ad cæleſtia ſpatia.

(b) Poſſeſſio non procedit, niſi in re terminata: autem ex natura ſua terminum non habent. R F- tas proprietati maris non obeſt, uti nec flumin- quæ dubium non eſt, quin dominio poſſint ſu- Aliud nempe eſt flumen, aliud aqua profluens, mare, aliud aqua marina. Neque vero mare u- incluſum litoribus caret terminis. Prohiberi ab uſu alii poſſunt vel ex terra, & munimentis exſtr- vel per armatas naves, quæ in mari idem va- ac in terra arces limitaneæ.

c) Dici nequit, quousque inde a litoribus dominium in mare protendatur. Rdent, quousque mare alluens munimenti rationem habet; certe portus, eaque loca, ubi commoda in terram exſcenſio fieri poteſt, dominio populi accolentis præſumuntur ſubiecta. *Bodinus de Rep L. I. c. ult. fide Baldi aſſerit: iure quodammodo Principum omnium, maris accolarum communi receptum eſſe, ut ſexaginta milliaribus a litore Princeps legem ad litus accedentibus dicere poſſit.* Ita Pufendorfius. (4)

d) Quoad haſce partes imperium duntaxat, non dominium maris occupatum nonnulli volunt. R. Imperium refertur ad ſubditos, vel eos, qui in territorium ingrediuntur, quod in dominio eſt; nequit ergo imperium in extraneos certam maris partem ſubeuntes cogitari, niſi ea pars maris dominio ponatur ſubiecta. Uſus quoque & facultas libera utendi ex dominio vel conceſſione dominii dimanat; multaque ſunt, quæ dominio non ſubiacent, niſi uſus cauſa; ſecus nec territorium terræ continentis iam in dominio eſſe, ſed ſub imperio tantum ſtatui poterit; anne & quatenus innoxius ſit uſus, a Domino rei definiri debet.

(1) Gen. I. 28.

(2) l. IV. C. V. §. 8.

(3) ib. §. 5.

(4) Ib. §. 8.

§. CCLXXXIII.

Vaſtus Oceanus, magnis continentibus Europæ, Africæ, Aſiæ, Americæ, terræ auſtrali & incognitæ interiectus primævam libertatem retinet, & dominium reſpuit. Non enim cenſetur res ab uno populo apprehenſibilis, & quoad uſum, quem habet præcipuum, nempe navigationem & piſcationem, inexhauſtus eſt. Ceſſat ergo finis, ob quem ius occupandi

di a natura conceſſum eſt. Negari nequit, ait P fendorfius, (1) totius Oceani cuſtodiam uni pop lo moraliter fore impoſſibilem ; neque operæ p tium facturum, qui in omnibus eius partibus p naves armatas ceteros eiusdem uſu velit arcere. St tum eſt autem concupiſcere, quæ non capias, p ſertim ubi non neceſſitas vitæ, ſed ſupervacua a bitio aut avaritia quæritur. Etſi enim alias defec facultatis phyſicæ moralem non ſtatim extingu tamen cum hæc citra illam inter pravas homin cupidines fere inanis ſit, rationis eſt, plura non ſectare, quam commode tueri poſſis.

(1) loc. cit. §. 6.

§. CCLXXXIV.

A dominio gentium ad eiusdem conſectaria plicanda, progreſſio naturalis eſt. Occupatio univerſitatem, atque ipſius territorii, gentium pria eſt ex natura perſonæ moralis ſummo imp gaudentis. Unde ea occupatio etiam effectus h maxime proprios gentium.

(*a*) Vi occupationis publicæ ſeu per univerſitatem id cenſetur, ſub imperio eſſe, & generali dor gentis occupantis, quidquid intra fines territor cupati continetur ; proinde de rebus in territorio prehenſis valere poteſt axioma : *quidquid in terr eſt, præſumitur eſſe de territorio*, quoad verita contrario demonſtratæ ea præſumtio cedere debe

(*b*) Partes territorii, adeoque & dominii ſunt ea, insunt in eodem, loca deſerta, ſterilia & inc ceu lacus, ſtagna, ſyrtes, ſilvæ, montes a

quæque terræ adhærent, aut in ea recondita ſunt, ceu metalla, mineræ; flumina, qua per territorium decurrunt, ripæ, alvei, inſulæ, inventa in litore, tanquam portio & incrementa fluminis. (1) Sinus marium & eorundem ad certam diſtantiam exporrecta progreſſio, qua apprehendi a gente, ac teneri poteſt.

) In territoriis gentium maxima habenda eſt ratio limitum ſeu finium publicorum; qui aut *naturales* ſunt, tanquam a natura conſtituti, ceu fluvii, paludes, ripæ, montes. Unde territorium *arcifinium* dicitur, eoquod docente Varrone fines habeat arcendis hoſtibus idoneos, nempe naturales. Alii ſunt fines *artificiales* ſeu manufacti; alii *aſſignati* ſeu *politici* ſive menſura comprehenſi per centurias & iugera. Si flumen limitaneum duo territoria diſterminat, nihilque pactis vel prævia unius gentis occupatione definitum ſit, præſumitur utriusque imperium ac dominium ad medietatem fluminis utrinque pertinere. Similiter ſentiendum de freto ac ſinu maris, quod diverſi utrinque populi accolunt. (2) Ex ipſorum horum finium notione intelligitur, arcifinium territorium acceſſione alluvionis mutari poſſe, non item limitatum, quod limite manufacto, aut menſuratione comprehenditur.

l) Ex dictis petenda eſt differentia bonorum temporalium qua talium; ſunt enim *res nullius*. 2. *Publicæ*; in his aliæ, quarum proprietas univerſorum, uſus ſingulorum eſt: aliæ vero, quæ ad uſus publicos ſunt deſtinatæ: denique aliæ *iacentes*, ſeu adeſpota, quæ intra territorium ſitæ ſingulari apprehenſione egent, ſed apprehenſæ non ſunt. 3. *Res univerſitatis*, nempe ſocietatum minorum. 4. Denique res *privatorum*. (3) Accedunt *res ſacræ*, & eccleſiaſticæ; de quibus in iure agitur eccleſiaſtico.

e) De obligationibus iuri territorii reſpondentibus, de admiſſione peregrinorum, de legibus in peregrinos latis &c. ex iis, quæ adducta ſunt ſupra, & generalibus ex principiis ſtatuendum eſt.

(1) *Aliter ſentiendum de bonis & rebus naufragorum ad us delatis, vel extractis ex mari.* l. 1. C. de naufragis & th.: navigia. ibid. de furtis.

(2) Conf. Pufendorf. de I. N. & G. L. IV. C. V. §. 8

(3) Princ. Inſtit. de Rer. diviſione. & l. 2. D. de vſſ. rer.

§. CCLXXXV.

Reliqua dominii conſectaria, quæ in perſo etiam ſingulares cadunt, eo magis attribuenda ſi gentibus, quo magis conferta ac veluti conſtip eorum ſunt iura, ampliorque poteſtas eſt, iurium v lationes ulciſcendi. Eiusmodi conſectaria ſunt:

(*a*) Ius exigendi ab altera gente reſtitutionem rei ini ablatæ; quia alias turbatio dominii ac læſio conti tur, ac perpetua fit. Cum hoc iure cohæret ius piendi æſtimationem æquipollentem, ſeu ius o pandi rem vel regionem aliam. De damnis reſarc dis, quæ a gente, eiusve ſubditis, aut rectore feruntur alteri genti, eiusve ſubditis, non una ri ſolet controverſia; cum enim actio membri u aut hominis privati non continuo pro actione to gentis haberi poſſit; quæritur, 1. an gentes vel ctores civitatis teneantur, ſi eorum ſubditi latro vel pyraticam exercuerint. 2. Utrum, ſi milites reſtres aut nautici, quibus tempore belli prædaru hoſte agendarum poteſtas datur, contra datam pot tem noceant amicis, rectores civitatis eo nomin neantur. 3. An gens, quæ cauſa moralis damni ſubdito vel miniſtro dati non eſt, nulla facti damn ſarcitione obligetur ad deditionem ſubditi vel mi lædentis? 4. An gens teneatur ad puniendum ſ tum vel miniſtrum, qui alteram gentem læſit. 5. ne, & quatenus ſubditi teneantur ex facto, aut de ſummi Imperantis erga gentem alteram?

(*b*) Aliud eſt dominii conſectarium, quod in iure ad q vis territorii emolumentum percipiendum conſiſti ad neceſſitatem ſuam, quod eſt ius *utendi*, tu commoditatem ac iucunditatem, in quo *ius fruen* tum eſt; quævis igitur gens iure *meliorandi* te

rium ſuum gaudet, ſic ut neque de bono neque malo eiusdem uſu rationem reddere alteri genti teneatur.

() Ius alienandi gentibus nullo communi imperio adſtrictis ita competit, ut dominium ab una gente in aliam vi ſolius pacti tranſeat, ac traditio ad ſolum dominii exercitium requiratur. Sane ſpectata ſimplicitate naturalis iuris in quovis alienationis pacto clauſula conſtituti poſſeſſorii naturaliter videtur ineſſe, ipſaque traditio non tam ad abdicationem dominii, quam translationem poſſeſſionis neceſſaria eſt. (1)

(1) Aliter leges Romanæ ſtatuunt l. quotiens. 15. C. de vindicatione.

§. CCLXXXVI.

Præſcriptio & uſucapio, de qua hoc loco tra-nt Auctores, ex iure naturæ vim non habet, ut nonſtratum eſt ſupra. (1) Quomodo ergo habe- ex iure gentium; cum præter naturale gentium aliud non agnoſcatur hodie, & naturale illud il ſit, niſi ius ipſum naturæ privatum applicatum gentes, & per notionem, negotiaque gentium erminatum? Porro ex notione & negotiis genm adeo non determinatur vis quædam aut valor æſcriptionis, ut contrarium potius iure inferas. ntes enim rebus acquirendis potius, quam iandis intentæ, ſive, ut aiunt, de perficiendo ſtatu, augendis viribus ſecuritatis ſuæ cauſa ſolicitæ, idquam derelinquere velle minime præſumuntur; qua tamen præſumta derelictione præſcriptionis n quidam auctores unice derivant. Ius gentium ſitivum tacitis pactis conſtitutum eo minus locum

habet in iſta re, quod conſtat, Principes allegi contra ſe præſcriptionem haud pati; (2) ipſosq; formam & requiſita præſcriptionis, quæ ſuos in cives ex Principis lege valeat, determinare. Iuſtinianus Imperator ſibi cordi fuiſſe ait, actiones ad piorum locorum & eccleſiarum vindicandas nu temporum metis circumſcribi. (3) Ipſi Principes ſu qui certum titulum, determinata annorum ſpat eaque admodum varia determinant, ut nunc n admittatur præſcriptio niſi 40. an. nunc 60, n 100. Iidem, quid præſcriptioni, obnoxium ſit, q non item, quando currat, quando dormiat p ſcriptio, quando reſtitutio in integrum contra p ſcriptionem admittenda ſit, determinant; ut a præſcriptio, quæ naturali vel gentium iure pro niret, omnino informis ac indigeſta foret. Sed ſimulanda non ſunt adverſariorum argumenta.

(*a*) Paſſim a viris doctis iuris naturalis ac gentium præſcriptio cenſetur. R. 1. Sæpe iuri naturali tribu tur ea, quæ æquitatem præ ſe ferunt, & ob id l bus poſitivis conſtituuntur, quin ab ipſa natura habeant. Veteres quidem ICti nomina iuris nat lis ac gentium ſæpe miſcuerunt; quorum noti hodie ſegregantur, ac figuntur; cum utrique iur nes proprii accuratiore methodo ſint conſtituti. nis lex quodam modo derivatur ex naturali lege; quæ ita derivatur per modum determinationis, ea ex naturali, ſed poſitiva lege vim obligandi h et. (4) 2. Si apud plerasque gentes viget præſcrip o, non idcirco ipſas inter ſe gentes obligat, ſed eos n tum, qui hisce legibus ſubiecti ſunt. Ceterum i bus XII. tabularum peregrini quidquam uſucapere on poterant; ſed perpetua adverſus eos actio erat. (5

b)

(*) Præſcriptionem inter gentes iure divino approbatam putant, quando eandem Iephte Ammonitis obiecit; quæ res breviter narranda eſt. Cum in promiſſam terram aſcenderet Iſrael, *Miſit nuncios ad Sehon Regem Amorrhæorum*, dicens: *obſecro, ut tranſire mihi liceat per terram tuam - - qui concedere noluit, ut transiret Iſrael per fines ſuos: quin potius exercitu congregato egreſſus eſt obviam - - pugnavitque contra eum; a quo percuſſus eſt in ore gladii, & poſſeſſa eſt terra eius ab Arnon usque ad Ieboc & filios Ammon.* (6) Porro Rex Sehon contra Moabitas ante pugnarat, terramque eorum occuparat, (7) quam deinde vel cuius partem Iſraelitæ una cum avita Sehonis provincia ſeu Amorrhæa expugnarunt, ac trecentis annis tenuerunt; cum dein Rex Ammonitarum, quem graves auctores ſimul Moabitarum Regem faciunt, a Iephte terram illam repeteret. Iephte reſpondit: *Dominus Deus Iſrael ſubvertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo ſuo Iſrael: & tu nunc vis poſſidere terram eius? - - quæ Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem.* (8) Atque ita ad ius belli provocat. Addit dein: *quare tanto tempore* (300. annorum) *nihil ſuper hac repetitione tentaſtis.* (9) Quæ verba non tam ad præſcriptionem, quam præſumtionem referenda ſunt, ut ſenſus ſit, ex ipſo trecentorum annorum ſilentio deſumi, quod Ammonitæ in illam terram nihil iuris habuerint; præſumendum enim non eſſe, quod nec primæ occupationi, nec tot annorum poſſeſſioni unquam contradixiſſent, ſiquid iuris ſibi competere putaſſent in terram Ammorhæis ereptam.

(*) Naturæ lex, inquiunt, uti privatorum, ſic publicorum dominiorum firmitatem, ſecuritatem, ac certitudinem exigit; quæ demum ſola præſcriptione obtineri poteſt. R. Medium illud, quo certitudo publicorum dominiorum acquiritur, in præſcriptione conſiſtere non poteſt, cum ea nihil ſit, niſi creatura civilis ac poſitivi iuris. Quapropter de alio circumſpiciendum eſt.

(1) §. CXXVI.

(2) Ferdinand. Vaſquius L. II. C. LI. n. 37.

(3) l. 23. C. de SS. Eccleſiis.

(4) S. Thomas 1. 2. q. 95. art. 2.

(5) *Atque hic eſt ſenſus legis XII. tab. adverſus hoſte æterna auctoritas eſto. Hoſtis enim apud antiquos dicebatu quem nunc peregrinum dicimus.* Tullius L. I. offic.

(6) Numer. XXI. 21.

(7) Ibid. 26. 29.

(8) Iudic. XI. 23. 24.

(9) Ibid. v. 26.

§. CCLXXXVII.

Dubium non eſt, quin divina ſapientia de medio providerit, quo iura ſummorum Principu firmentur, regnorum everſio ac populorum turb tio evitetur, ac ſiquod in prima regni acquiſitic vitium irrepſerit, id progreſſu quodam tempc ſanetur. Carneades legatus Athenienſium Romæ iuſtitia diſputans fidenter aſſerebat: *Omnibus popu qui florerent imperio, & Romanis quoque ipſis, qui tius orbis potirentur, ſi iuſti velint eſſe, hoc eſt, ſi a na reſtituant, ad caſas eſſe redeundum, & in egeſtat miſeriis iacendum.* (1) Quapropter inquirenda eſt tio, qua iuribus imperantium ac tranquillitati Im riorum conſulatur. Omnium populorum, etſi ab rantium a vera religione cultuque unius Dei, c ſenſione, multoque etiam magis ſacrarum literar exemplis ac teſtimoniis conſtat, univerſa terræ re ſingulari æque ac ſapientiſſimæ diſpoſitioni Dei ſ eſſe, qui eadem & conſtituit, & transfert, & ſa ir-

...tit. Unde & Iephte Ammonitarum regi, qui falſum ...um Chamos adorabat, ad diſpoſitionem divinam ...urrens *Dominus Deus Iſrael*, aiebat, *ſubvertit ...orrhæum, pugnante contra illum populo ſuo Iſrael; ... tu nunc vis poſſidere terram eius; nonne ea, quæ ...idet Chamos Deus tuus: tibi iure debentur? quæ ...um dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram ...nt poſſeſſionem.* (2) Porro divinæ huius ordinationis ...diſpenſationis ſignum ſat certum, quodque in ocu... ac mentes hominum incurrit, cenſeri debet ex ...te unius Principis longæva, quieta & præſentanea ...ſeſſio ac pacifica populorum ſubiectio, ex parte ... alterius defectus contrariæ probationis, qua vi... ...n arreptæ poſſeſſionis oſtenderetur. (3) In dubio ...dem ſufficit vulgata, & naturali æquitate nixa ...ula: *melior eſt conditio poſſidentis.* Atque ita qui... ...a medium iſtuc tuendæ ſecuritatis in præſumtione ...ius, quam præſcriptione conſiſtit, præſertim cum ...la fides etiam præſcriptioni obſit, neque ordinrio ...pore præſcribi poſſint res vitioſæ, quales ſunt ...ivæ, vi occupatæ, contra legem Iuliam repetun... ...am acceptæ.

(1) Apud Lactantium divin. Inſt. L. V. C. 17.

(2) Iud. XI. 23. 24.

(3) Zech. de Iur. Rer. Eccl. Sect. IV. tit. XXII. §. 602.

CAPUT IV.

Iura & officia hypothetica gentium orta ex pactis fœderibus.

ARGUMENTUM.

§. CCLXXXVIII. Pacti & fœderis notio. CCLXXXIX. Ius paciſcendi. CCXC. conſenſus. CCXCI. materia. CCXCII. varietas pactor & fœderum, CCXCI fides eorundem. CCXCI cautiones.

§. CCLXXXVIII.

Pacti nomine in Iure gentium venit conven publica, hoc eſt, a ſummis poteſtatibus, ſive g tibus qua talibus inita boni publici cauſa. Pactu quod de præſtatione non tranſitoria, ſed in per tuum, vel ad longius tempus fit, appellatur *fœd* Ius ineundi pacta & fœdera abſolutum eſt & c natum: id vero, quod ex pacto & fœdere pro nit, hypotheticum. Igitur inprimis generalia pactorum vi & valore principia huc transferen ſunt, quæ circa conſenſum paciſcentium, ius pa ſcendi, & materiam pacti ac fœderis verſantur.

§. CCLXXXIX.

Ius paciſcendi æque moralibus perſonis ac pl ſicis attributum eſt a natura. Etſi enim quævis vitas, ſocietas cenſeatur perfecta, ſibique ad fin obtinendum ſufficiens, nempe ob iura immanent, ac ſummum imperium; tamen ob externa præſert adiuncta, altera alterius auxilio ad conſervation ſui, perfectionemque eget, de quo obtinend, intereſt cuiusvis, ut certa reddatur ope pactoru,

fœ-

lerumque. Hoc igitur ius ſequentibus potiſſimum clusionibus continetur:

( ) Ex notione pacti publici ac fœderis ius ea ineundi ſummis Imperantibus duntaxat competit; ſubditi enim de bono & iure publico qua tali diſponere haud poſſunt, nec ius diſponendi, quod maieſtaticum eſt, citra crimen læſæ maieſtatis ſibi arrogare. Fœdera commerciorum, quæ a ſubditis aliquando ortum ducunt, vel tacitam approbationem Imperantis habent, vel privatis actionibus accenſentur, haud ſecus, ac ſi ſocius unius gentis cum extero ſive ſocio alterius gentis ineat contractum, qui non ex iure gentium, ſed iure naturæ privato, aut ex iure ſpeciali loci, ubi contractus fit, aut denique ex arbitraria conventione legem accipit.

) Qui regno pulſus eſt Imperans, non continuo amiſſa poſſeſſione regni, ius imperii ac maieſtatem, proindeque nec ius fœderum amittit, valideque obligare ſe aliis gentibus, ſibique alias gentes poteſt. Alius eſt caſus de rege minorenni, quando per leges fundamentales certa ætas adminiſtrationi imperii definita eſt. Conventio enim ante illam ætatem a rege inita non valet.

) Pacta cum uſurpatore imperii, penes quem adminiſtratio eſt ſine iure regni, relate ad populum, qui cum eo contrahit neceſſitate ſalutis publicæ, valida ſunt, non item relate ad legitimum regem vel ſucceſſorem, niſi qua parte dein rata habeantur.

) Ius paciſcendi ex natura profluit, & commune eſt omnium, quibuscum naturæ communio eſt; proinde nec hoſtes, nec infideles, & alieni a vera religione ab uſu & communione eius iuris excluduntur. Quia vero ius a recto uſu iuris & facultas moralis agendi ab honeſtate actionis differt; (1) hinc magnopere cavendum, ne ob incertum idque caducum ac temporale bonum, certum ſacroſanctæ religioni corrumpendæ, multorumque ſubditorum ſempiternæ ſaluti periculum creetur. (2) Ob hanc cauſam ſegreganda ſunt diverſa fœdera. 1. Quæ navigationis, aut commercii cauſa ineuntur cum infidelibus: 2. quæ contra alium infidelem bello coercendum fiunt: (3) 3. aut contra alium fidelem, veræque religioni addictum; quo poſteri-

ſteriore caſu quivis Imperans, ſiquos ſubditos ha alienos a vera fide, utique ad bellandum adhib poteſt. Denique non modo iuſtitia cauſæ, ſed et neceſſitas defenſionis expendenda eſt.

(1) §. XIII. (f)

(2) *Cave*, inquit Deus ad Moyſen Exod. XXXIV. 12 *unquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ tibi in ruinam.* v. 15. *ne ineas pactum cum hominibus rum regionum.* III. Reg. XI. 2. *De gentibus, ſuper qu dixit dominus filiis Iſrael: non ingrediemini ad eas: nequ illis ingredientur ad veſtras: certiſſime enim avertent c veſtra, ut ſequamini Deos earum &c.*

(3) *Abram inierat fœdus cum Eſcol & Aner infideli* Gen. XIV. 13. *David in prælio adeſſe Philiſtæis vol contra Iſrael.* I. Reg. XXIX. 2. ſeq. *Machabæi quoque Lacœnibus & Romanis pepigerunt amicitiam.* I. Mach. X 18. 24.

§. CCXC.

Libertas gentium in paciſcendo nullis form aut ſubtilitatibus legum poſitivarum, vel differe inter pacta nuda & veſtita eſt alligata. Quapro ſolo conſenſu libero, eoque ſatis declarato opus De quo adnotanda veniunt nonnulla:

(*a*) A conſenſu, adeoque & a pacto differunt, 1. *aſſertio* de præſenti voluntate quidquam promit aut præſtandi, quacum coniuncta eſt reſervatio libe animum mutandi, 2. *pollicitatio*, ſeu promiſſio dum acceptata, 3. *tractatus*, & *negotiationes* pac

(*b*) De errore ac dolo, quatenus conſenſui obſunt principiis iuris naturæ privati iudicandum eſt. (1 dubio regulâ eſt: *error nocet erranti.*

(*c*) De nullitate pactorum, quæ vi iniuſta extorquen multo cautius definiendum eſt in iure gentium, c privato; quia per ipſam gentium & negotiorum turam diſcrimen inducitur. Nam ut actus metu tortus cenſeatur, requiritur 1. ut moraliter ce ſit, eum, qui metum incuſſit, non habuiſſe i faciendi. 2. Ut ſit metus cadens in virum conſtan & cum proportione in gentem, cuius vires ex

d dæ

dendæ ſunt. 3. Ut promiſſum metu initum, ceſſante metu non ſit ratihabitum vel per verba expreſſa vel per facta conſenſum ſubſequentem inferentia. Si iam a gentibus ineuntur pacta pro evitando aut finiendo bello, ſæpe unum, ſæpe plura ex hisce deficiunt, quo minus prætextu metus inita pacta violari queant. Dein pacis fœdera ſunt pacta publica, quæ ſi minus iuſtitiam commutativam, certe legalem inferunt, qua obligatur tota reſpublica, adeoque cum ſubditis ipſe Princeps. Alias turbaretur ſocialitas & tranquillitas humani generis in perpetuum, niſi per pacta eiusmodi finiretur bellum. (2) Accedit, quod in dubio ſtandum ſit pro valore actus, & melior ſit conditio poſſidentis; præſertim quando innovari ſine graviſſimo eius incommodo nihil poteſt.

1) §. LVI. (e) (f) (g)

2) Zech de Iur Rer. Eccl. Sect. IV. §. 241. *Alii aliter principiis iuris privati ſtatuunt. At enim intelligi non l, quomodo in eo, qui metum infert, una conſiſtat & ex promiſſo vi extorto, & obligatio abſtinendi a læſione, ique gravamine; cum ipſum ius, ſiquod oritur, promitſ gravamen ſit. Neque ulla ratione in eo, qui metum ur, una conſiſtet & obligatio adimplendi promiſſum & erfectum, promiſſarium cogendi, ne implementum proonis exigat.* Conf. §. LVIII.

§. CCXCI.

Materia pactorum ac fœderum nec turpis eſſe et, neque ſupra vires gentis paciſcentis; ſecus gatio moraliter aut phyſice impoſſibilis, ac inde nulla eſt.

) Non valet igitur pactum iniuſte opprimendi tertiam gentem: nec quod præcedenti alterius gentis pacto, & iuri quæſito derogat.

) Quia tamen in gentes quoque cadunt actus benefici, eæque ſuo renunciare iuri poſſunt; idcirco inæqualitas pactorum vi & valori eorundem non obeſt. Ea inæqualitas facit unam partem paciſcentem præ altera digniorem, vel in pacto potiorem 1. *quoad præſtationem*, ſi gens potentior imbecilliori auxilium promittit, imbecilliore nihil vel minus promittente; 2. *quoad*

2. *quoad honorem & dignitatem*, ſi una gens alter[...] maieſtatem cum veneratione conſervaturam ſe p[...]mittit, & adiuturam, ut ea ſalva ſit. 3. *quoad* [...]*teſtatem & iura*, ſiquam imminutionem vel limitat[...]nem imperii in pacto aut fœdere admittit.

(*c*) Si formula fœderis inæqualis ea ſit, ut alter fœd[...]torum iniuſſu vel absque conſenſu alterius bellum [...]rere non poſſit; ea ad bellum *defenſivum* non pe[...]net; turpe etenim eſt, & iuri conſervationis prop[...] repugnans, iuri defenſionis ſuæ renunciare; imo [...] inferendas iniurias iſtiusmodi promiſſum allice[...] perinde ut pactio non agendi de dolo.

§. CCXCII.

Partitio fœderum non tam explicanda, q[...] indicanda eſt, cum ex ipſa eorum diverſa denc[...]natione, quid iuris contineant, pariantve, [...] ægre concludi poſſit.

(*a*) Fœdera *generalia* ſeu *ſimplicia* ſunt, quæ id co[...]tuunt, quod a iure conſtitutum iam eſt nat[...] Hæc ſi negativa ſint *de non lædendo*, quaſi diffider[...] gentis erga gentem & ſpeciem infamiæ præ ſe ferun[...] ſi *affirmativa* de officiis humanitatis exhibe[...] eam vim habent, ut imperfecta iuris naturalis [...]gatio transeat in perfectam, præſertim ſiquod offi[...] in formula determinetur e. g. ut utrinque ſit iu[...]ſpitii, quatenus iſtuc iure naturali debitum eſt. [...] generalibus reſpondent ex oppoſita parte fœdera [...]*cialia*, quæ ſingularem inter gentes præſtati[...] continent, ceu de delinquentibus mutuo extrade[...] de vectigali non ſolvendo pro mercibus vel [...] ultra certam quantitatem, de arce in confinio al[...] populi non erigenda.

(*b*) Alia ſunt *fœdera pacis*, quæ ſocietatem non bel[...] continent, ceu fœdera commerciorum: alia *belli*, [...] offenſiva, defenſiva, mixta. In dubio cenſent[...] *fenſiva*; quia naturali civitatum fini, nempe ſecu[...] magis congruunt. Univerſe fœdera belli *determ*[...]

ſunt aut *indeterminata*; uti definitur modus præſtandi auxilia, aut gens, contra quam id præſtari debet; aut contra.

Durationem fœderum reſpicit diviſio in perpetua, & temporaria: item in *realia*, quæ ab Imperante qua tali, id eſt, nomine & intuitu civitatis fiunt: & *perſonalia*, quæ ad perſonam Imperantis referuntur. Cuiusmodi cenſeri debeat, ex tenore formulæ, ex fine & materia fœderis colligendum eſt. Aliæ pactorum & fœderum diviſiones ex iure naturali privato petendæ ſunt.

t) *Hinc pudenda dicuntur iſtiusmodi fœdera, auctore dorſio, qui* L. VIII. C. IX. §. 2. de I. N. & G *ita ſcri-* „*Pudere propemodum debebat homines cultos pactum e, cuius capita nihil aliud contineant, quam ne ſimpli- ac directe ius naturæ violetur; quaſi citra illud pactum atis quis officii ſit memor futurus.* Conf. l. 50. D. de s.

§. CCXCIII.

Fides pactorum publicorum ac fœderum ſancta & inviolabilis. *Sanctum & inviolabile* in hac plina dicimus, quod, ut ab omni violatione une ſit, communis gentium ſalus poſtulat. Hoc lo ſalus gentium fidem pactorum ac fœde- poſtulat; cum ea non fiant, niſi de rebus gni momenti, nec violentur ſine graviſſimis ommodis. Enimvero in communi imperio aut erante, a quo pacta ac fœdera dimanant, iura officia civium collecta intelliguntur; non poſſunt ur violari fœdera, quin iura plurimorum homin ſimul eodemque tempore violentur: neque is in ſervanda fide deeſſe poteſt officio ſuo, quin

plu-

plurimi cives ſimul eodemque tempore illi de… ac veluti confertam iniuriam irrogare cenſean… A fœderibus, fœderumque fide dictos putant *feci…* quaſi præfectos fidei publicæ apud Romanos, … rum interventu & auctoritate publicorum fœde… fides conſtituebatur. Applicatio huius theoria… iis maxime ſita eſt, quæ ſequuntur.

(*a*) Uti ius paciſcendi, ita fides pactorum ad o… pertinet, quibuscum communio eſt naturæ in… gentis, ac iuris naturalis; ex quo etiam illud… & fides dimanant: igitur etiam hoſtibus ſer… eſt; (1) qua in re perfidia a dolo bono, ac ſ… gemate in bellis permiſſo omnino ſegregari … Idem referri debet ad eos, qui alieni ſunt a p… religione &c.

(*b*) In ſtatu naturali pretia rerum maxime a iudic… diſpoſitione contrahentium pendere dicuntur; … non apparet, quo iure a data fide reſilire gens … ob exceptionem enormis læſionis, niſi res i… pactum deducta in ſe dolum habeat.

(*c*) Fides liberanda eſt exiſtente *caſu fœderis*, qui… eſt aliud, quam concurſus circumſtantiarum ſeu … ditionum, ſub quibus pactio, præſertim in fo… bus belli obligat; atque hoc modo obligatio us… exiſtentem caſum fœderis ſuſpenſa manet, quin alt… pars ante eius exiſtentiam reſilire poſſit.

(*d*) Uti ſingulorum, ita & univerſorum ſeu ge… pactis vi naturæ inſunt conditiones. 1. Si re… penitus ſtatum ſuum mutet: 2. ſi moraliter & p… poſſibilis ſit: 3. ut fœdus poſterius intelligatur … iure prioris fœderis initum.

(1) Celebre exemplum præbuit Attilius Regulus d… quo fit mentio l. poſtliminii 5. §. 3. D. de Captivis; i… Tullio L. I. officior.

§. CCXIV

§. CCXCIV.

Acceſſoriæ pactiones gentium cenſentur, quæ ad mandas earum principales conventiones fiunt; que reipſa *cautiones*, eæque non unius generis,

) *Iuramentum*, quo uſu gentium antiquiſſimarum pacta obſignari ſolent. Putant formulam iuramenti religioni cuiusque gentis accommodari poſſe; ac Iudæorum ac Turcarum iuramenta admittenda eſſe paſſim traditur, & uſu obſervatur; cum iurare ſoleant per Deum verum. Gravior eſt difficultas de iuramentis per Deos falſos, in qua enodanda dudum S. Auguſtinus deſudavit. (1)

) Ob ſtudium cuiusque gentis conſervandi exiſtimationem & famam, vim habere cenſentur *aſſeverationes ſub fide regia*, *ſub fide Principis*, *per maieſtatem regni.*

) Nec inter gentes incognita eſt *fideiuſſio*, qua gens tertia promittit, a ſe præſtitum iri id, quod gens altera ex pacto debet, niſi id ipſa præſtiterit; nec etiam repugnat, quo minus gens tertia alterius obligationem, ut debitrix principalis, vel cum altera gente obligationem in ſolidum recipiat. Priori modo fit *expromittens*, poſteriore *correa debendi.*

) Peculiaris cautio inter gentes eſt *guarantia*, ſeu conventio publica, qua gens genti in ſecuritatem pacti promittit auxilium, ſiquo eget, contra eum, qui pactum violat.

) *Pignoratitia* etiam cautio locum habet, ex iure conſtituentis pignus, & terminis conventionis æſtimanda. Eius notionem capere licet ex oppignorationibus, quæ olim inter Principes Germaniæ invaluerant e. g. Nobilis nummis abundans Principi ſubminiſtrat magnam pecuniæ ſummam, & quidem irrevocabiliter ex parte creditoris, ita, ut creditor non poſſit repetere ſummam capitalem, niſi debitor Princeps ſponte eam velit reddere. A Principe autem debitore viciſ-

ſim creditor oppidum cum omnibus iuribus, fruct bus & emolumentis in pignus accipit, eo pacto, creditor pignore hoc, quin fructus in ſortem imp tet, utatur, & fruatur tamdiu, donec ab oppignoran debitore pecunia reddatur. De iuſtitia huius contr ctus inter viros Principes eiusdem regni non lev eſt quæſtio, minor futura inter gentes independent quæ plus arbitrii habent in æſtimandis rerum pretiis contractuum æqualitate.

(*d*) Denique cautionis realis & corporalis inter gentes cem habet *obſtagium*, ſive pactum, quo cives un gentis alteri traduntur in ſecuritatem ſervandæ fid qui quidem cives ita traditi *obſides* nuncupantur. nis igitur obſtagii eſt ſecuritas fidei: ei fini reſpo det ius detinendi & cuſtodiendi obſidem, atque hu ipſius obligatio non aufugiendi, ſive ſua ſponte ſtagio ſe obtulerit, ſive a ſuo Imperante traditus Nec transfugam gens ſua recipere poſſet absque v latione datæ fidei. Cenſetur autem libertas oppigno ta, non vita obſidis pro caſu, quo fides frangeret quapropter obſides nequeunt ad mortem condem ri, niſi ipſi delicto ſuo frangendæ fidei cauſam de rint.

(1) Epiſt. 154. ubi ita inquit: „*qui utitur fide illius, q* „*conſtat iuraſſe per Deos falſos, & utitur non ad ma* „*rem, ſed ad licitam & bonam, non peccato eius ſe ſo* „*quo per dæmonia iuravit, ſed bono pacto eius, quo fi* „*ſervavit.* - - *Alia quæſtio eſt, utrum non peccet, qui* „*falſos Deos ſibi iurari fecit; quia ille, qui ei iurat,* „*falſos colit. Cui quæſtioni poſſunt illa teſtimonia ſuffrag* „*quæ ipſe commemoraſti de Laban & Abimelech, ſi tamen* „*melech, per Deos ſuos iuravit, ſicut Laban per Deum* „*cob. Hæc ut dixi, alia quæſtio eſt, quæ me merito* „*taſſis moveret, niſi illa exempla occurriſſent de Iſaac &* „*cob, & ſiqua alia poſſunt inveniri.*"

CAPUT V.

Iura Belli gentium proprii.

ARGUMENTUM.

CXCV. Notio belli publici CXCVI. ceu extremi reme- i. CCXCVII. Ius belli ıpugnatum: CCXCVIII. ientibus aſſertum. CCXCIX. Quæ iuſta belli cauſa non ſit. CCC. Uſus iuris belli. CCCI. Modus ac forma belli. CCCII. Socii, auxiliatores belli, Neutrales.

§. CCXCV.

Bellum Ciceroni eſt certatio per vim, Grotio ıs certantium per vim, qua tales ſunt; (1) quæ o etiam privatum bellum, iniuſtam aggreſſionem, ntam defenſionem, imo & latrocinia compre- dit; ſed ob id non continuo reiicienda eſt; nam ra ſunt privata, quam publica negotia & com- ıem cum his naturam habent; & quia de privata e ac publica violentia, qua quis ius ſuum per- itur, quæri ſolet, ſitne aliqua iuſta violentia, uſtum bellum; neceſſario diſtingui debet id, quod ritur, ab eo, de quo quæritur. De privato actum ſupra. (2) Publicum, ſeu gentium proprium bel- vocatur illud, quod geritur inter gentes, ſive oribus iis, qui ſummum imperium in civitate nt. Porro civitates potiſſimum ſecuritatis cauſa ſtitutæ ſunt, ut ea ob ſingulorum imbecillitatem iunctis viribus univerſorum obtineatur; quapro- : dubium non eſt, quin ius belli in Imperantem

trans-

translatum, eidemque privative per ſe compet
Accedit, quod ſubditi nec inter ſe mediis violent
nec adverſus Imperantem uti poſſint. (3) Inferes:

(*a*) Bellum publicum non eſt, ſi cives inter ſe, aut cum e traneis, non conſultis Imperantibus vi utantur. Im rans ſubditos rebelles & contumaces non iure belli, iure imperii etiam vi adhibita in officio continet, i que pœnam proprie talem irrogat.

(*b*) Subditi unius civitatis ab extero Imperante neque bello peti. Si enim ab his iniuria affectus eſt, eius parationem ac ſatisfactionem ab ipſorum Impera exigat oportet; quam ſi iſte neget, iniuria ipſius pro fit, & bello locum dat. Quis coget, inquies, Princip exterum, ut Imperantem adeat, non ipſos lædentes b lo opprimat? Reſpondeo; violenta defenſio tum dem a natura conceſſa eſt, quando leniora remedia non ſ petunt. At lenius certe remedium eſt, ſatisfactionem ſcere a Principe, quam ad arma mox proſilire.

(*c*) Si ſubditis & inferioribus magiſtratibus bello impet ſpatium non relinquitur Imperantem conſulendi, i defenſionis violentæ utuntur, & ex tacito ac gene eius conſenſu bellum defenſivum gerunt; quod pr *publicum* cenſeri poteſt.

(1) De I. B. ac P. L. I. C. I. §. 2. Conf. ſupra §. XV.

(2) Supra §. C. & CI. *De privatis bellis & contenti bus iuſtis & iniuſtis intelligenda ſunt verba S. Iacobi* C. IV. 1 „*Unde bella & lites in vobis? - - litigatis, & belligeratis* „*non habetis.*“

(3) §. CCXIII. CCXV. & CCXL.

§. CCXCVI.

Cruenta defenſio *extremum* ſalutis expediendæ medium cenſetur in iure privato, quando nempe tioribus viis ius noſtrum perfectum tueri non po mus. (1) Id multo magis ad bella publica pertinet calamitatibus plena, a quibus non poteſt non abh

ire

re: naturâ. Cogitanti igitur de iure ac iuſtitia belli n perfunctorie expendendæ ſunt miſerabiles ſtrages n tam hominum ſingulorum, ſed turmarum, legio- n, exercituum; humanorum corporum mutilatio, d niatio, conculcatio; direptiones bonorum, ever- ſi es urbium, vaſtationes agrorum; fulminea tormen- t um vis, bellatorum ferocia ac licentia, pavor & con- ſt natio hominum & animalium, orbitas parentum iberorum, lamenta ſenum, terror, deſperatio, fuga, pia, fames, peſtilentia, quæque ſunt generis iſtius delifſimæ plagæ cœlitus immiſſæ ad caſtiganda ho- um peccata; quando iratum Numen ultori angelo eſtatem dat, ut *ſumeret pacem de terra, & ut invicem aterficiant*, (homines) *& datus eſt ei gladius magnus.*

Belli calamitates experti Iudas Machabæus, & qui n ipſo erant, etſi victores, purgato templo poſt mor- Antiochi, *rogabant Dominum proſtrati in terram, mplius talibus malis inciderent: ſed & ſiquando pec- ent, ut ab ipſo mitius corriperentur, & non barbaris ac phemis hominibus traderentur.* (3) Ex hac conſidera- e concludes:

) Ad extrema remedia decurrendum non eſt, quamdiu leniora præſto ſunt, cuiusmodi cenſentur amicabilis compoſitio, colloquium, transactio, arbitrium, ſors, repreſaliæ.

) Antequam vi bellica extorqueatur reparatio iuris læſi, ea a gente. quæ iniuriam intulit, verbis ac minis petenda eſt; qui eſt ſcopus clarigationis & denunciationis bellicæ. Clarigatio dicitur *rerum vel cuiuscunque alterius iuris clara voce facta repetitio.* Contra *denunciatio* belli eſt, qua gens alteri genti voluntatem declarat, ius

 ſuum

ſuum vi armata perſequendi. Ab his differt public belli.

(*c*) Pro leniore remedio, quo controverſiæ gentium ex diri poſſunt, multi habent duellum earum conſenſu cretum; aliter ſentiunt non pauci. (4)

(*d*) Quia mitius victoriæ genus, ipſique victo optabilius ingenio, quam violentia ſuperari; idcirco licita eſſe tagemata, & vi cruentæ etiam præferenda non d tant. Eſt autem *ſtratagema* ſimulatio vel diſſimul ad hoſtem circumveniendum adhibita; ut fit per ctionem fugæ, certæve poſitionis, per inſolitas ſtes. vela peregrina, miſſos exploratores, qui a hoſtem conſilia, vires & ſtatum illius explorent: *minus noſter*, inquit S. Auguſtinus, (5) *iubet ad Ie Nave, ut conſtituat ſibi retrorſus inſidias, id eſt, diantes bellatores ad inſidiandum hoſtibus. - - Cum ſtum bellum ſuſceperit, utrum aperta pugna, utrum ſidiis vincat, nihil ad iuſtitiam intereſt.* Ab hoc g re plane differt periurium, perfidia, ſeu violatio pa rum, & ſolicitatio ſubditorum hoſtilium ad prodi nem, rebellionem, & deditionem. Quomodo enim pellere & ſolicitare fas eſt ad id, quod ei facere no cet? Qui alteri peccandi cauſam dat, peccat & Perfidia autem ſponte oblata uti quis poteſt, hau cus, ac transfugas recipere. Poſita etiam iuſta bel di cauſa deliberandum eſt, expediatne genti ancip belli fortunam cum tot calamitatibus coniunctam e riri, an potius minora mala patienter ferenda ſint; enim. quæ iure, eadem & belli exitu neceſſario tior eſt gens, uti nec victoria argumentum iuſtitia Sæpe enim arcanis divinæ ſapientiæ conſiliis in hac ra contingit, ut de innocentia ac probitate triump ferat iniquitas; cum Providentia Numinis ad decr riam usque diem pertineat, qua unicuique reddetu cundum opera ſua. Hinc alias belli cauſas in ha ſciplina vocant *iuſtificas*, quæ ad ius, alias *ſuaſor* quæ ad prudentiam & utilitatem gentis referuntur

(*e*) Ceſſat ius belli, quamprimum altera gens ſatisfacere lit, aut æquas pacis conditiones offerat; quamquam tulo expenſarum bellicarum, damni dati & ſecuri in poſterum confirmandæ, longe efficacior ſatisf poſt, quam ante bellum motum poſſit exigi.

() Cum imperfecta officia ne a ſingulis quidem in ſtatu primigenio extorqueri poſſint; (6) multo id minus natura gentibus conceſſiſſe exiſtimanda eſt, quæ iure belli populis tam formidando gaudent.

() Spectata atrocitate remediorum bellicorum, quæ maxime conſcientiam attingunt, & ſpectata præterea obligatione præferendi remedia leniora acerbioribus, denique ſpectata etiam ſubiectione Principum Chriſtianorum erga S. Matrem Eccleſiam de caſu capituli: *novit ille.* 13. de Iudiciis; ita definiendum eſt, ut æque humanitatis ac pietatis plena fuerit denunciatio evangelica facta apud S. Pontificem a Rege Angliæ, quam plena ſapientiæ reſponſio data ab Innocentio P. III.

(1) §. C.

(2) Apoc. VI. 4.

(3) II. Mach. X. 4.

(4) L. B. de Martini Poſit. de Iure Gent. §. DCCXII. & ...us ſequentibus.

(5) Quæſtion. in Ioſue. quæſt. 10. relatus in can. Domi... 2. XXIII. q. 2.

(6) §. XVII.

§. CCXCVII.

Quando de iure belli, anne gentibus competat, ...eſtio movetur, in primis ius ipſum, ſeu facultas mo...s ſegreganda eſt a recto uſu iuris. Si enim ius bel...di deficit, ipſum bellum, quod geritur, læſio eſt iu... perfecti, cum obligatione coniuncta reſarciendi ...nna belli; quod non item fit, cum quis iure ſuo non ...te, ceu ex odio utitur. Ad rectum uſum iuris maxi... pertinet *modus & forma*, qua geritur bellum, & *in...tio*, qua ſuſcipitur. *Quid culpatur in bello?* inquit S. ...guſtinus (1) - - *nocendi cupiditas, ulciſcendi crude...as, impacatus atque implacabilis animus - - hæc ſunt, ...æ in bellis iure culpantur.* Ad intentionem quoque

 ſpe-

ſpectat, quod idem S. Doctor ad Bonifacium Co[illegible] tem ſcripſit: *Non pax quæritur, ut bellum excitetur,* [illegible] *bellum geritur, ut pax acquiratur. Eſto ergo etiam bel*[illegible] *do pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem* [illegible] *lando perducas.* (2) Ad ius ipſum ſpectat, 1. ne [illegible] bellum moveat, cui movendi facultas non eſt; at n[illegible] ni, præterquam ſummo Imperanti ea facultas con[illegible] tit. 2. Cum ius belli ad iura neceſſitatis pertin[illegible] oportet, vera neceſſitas, proindeque iuſta cauſa ad [illegible] lum ſufficiens præſto ſit, cui ſatisfieri, niſi per [illegible] lum, non poſſit; de hac proxime agemus. Nunc [illegible] ipſum belli ius impugnarunt, enumerandi ſunt.

(*a*) Manichæi iure naturali æque ac divino vetitum o[illegible] bellum aſſerebant, Moyſen, Ioſue, ac Davidem de[illegible] ſtis bellis reprehendere haud veriti. Hos bello li[illegible] rio expugnavit S. Auguſtinus. (3)

(*b*) Anabaptiſtæ bellum natura, ac veteri lege divina Iu[illegible] conceſſum fuiſſe, non negabant; at idem chriſtianæ [illegible] quæ charitatis, ac manſuetudinis lex eſt, repugnare [illegible] cebant; contra hos amplum argumentorum agmen [illegible] xit Grotius. (4) & catholici Scriptores plurimi de [illegible] troverſiis fidei diſputantes. (5)

(*c*) Lutherus bella Turcis illata damnavit dicens: *præ*[illegible] *adverſus Turcas, eſt repugnare Deo, viſitanti iniqui*[illegible] *noſtras per illos* (6) Conſtat ex SS. Literis, fere in[illegible] nam ſcelerum non modo & bella, ſed alias etiam [illegible] mitates a Deo immitti. Hæc ergo, ſi valeret ratio [illegible] hil remedii vel defenſionis contra hoſtes, peſtem, [illegible] bos &c. admittere uſpiam liceret.

(1) c. quid culpatur. 4. XXIII. q. 1.

(2) Epiſt. 207.

(3) L. 22. contra Fauſtum c. 74. 75. ubi longe aliter [illegible] hibentur ea, quæ a Gratiano cit. c. 4. verſiculo: unde ne[illegible] Ioannes, prolata ſunt. Sic autem habet S. Doctor: „*A*[illegible] „*quin Ioannes cum ad eum baptizati milites venirent, dicen*[illegible] „*& quid nos faciemus? reſponderet eis, arma abiicite,* [illegible] *li-*

„*..iam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, pro-*
„*..ernite. Sed quia ſciebat, eos cum hæc militando facerent,*
„*..on eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non ultores in-*
„*..riarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores; reſpondit*
„*..s: neminem concuſſeritis: nulli calumniam feceritis, ſuffi-*
„*..at vobis ſtipendium veſtrum. Sed quia Manichæi Ioannem*
„*..erte blaſphemare conſueverunt, ipſum dominum Ieſum*
„*..hriſtum audiant, hoc ſtipendium iubentem reddi Cæſari,*
„*..uod Ioannes dicit debere ſufficere militi. Reddite, inquit,*
„*..æſari, quæ Cæſaris ſunt, & Deo, quæ Dei ſunt. Ad*
„*..c enim tributa præſtantur, ut propter bella neceſſario mi-*
„*..i ſtipendium præbeatur. Merito & illius centurionis di-*
„*..ntis: & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens*
„*..b me milites, & dico huic: vade, & vadit; & alii: veni,*
„*.. venit; & ſervo meo: fac hoc, & facit, fidem laudavit,*
„*..n illius militiæ deſertionem imperavit.*“

(4) De I. B. ac P. L. I. C. II.

(5) Bellarmin. Tom. I. controv. L. III. C. XIV. & binis ..ientibus. Becanus in Manual. controv. L. IV. C. 4.

(6) Prop. 34. inter damnatas a Leone P. X.

§. CCXCVIII.

Ius belli gentibus conceſſum eſſe a natura, in hunc ..dum videtur deduci poſſe. Uti perſonis phyſicis, & moralibus attributa ſunt iura connata & abſoluta ..ualitatis, libertatis, conſervationis & perfectionis, ..i accedente hominum facto iura hypothetica ex ..minio rerum, & pactis orta; iſthæc iura omnia, ..ſtata hominum corruptione & mutabilitate plane ..ia forent, & ludibrio obnoxia, niſi adiunctum ..erent *ius ſecuritatis*, vi cuius homo pati non te-..ur læſionem ſuorum iurium. Qui pati non te-..ur læſionem iurium ſuorum, is, *ſi læſa iam ſunt,* ..gere poteſt indemnitatem, ſeu reparationem damni, ..atisfactionem pro iniuria illata: *ſi læſa nondum*

 ſunt,

ſunt, id tamen in præſenti agitur, ut lædantur, v proxime lædi poſſint, quivis ius habet defenſior contra læſionem præſentem, vel præcautionis cont imminentem. Igitur cum iuribus abſolutis & hyp theticis gentium coniunctum eſt ius ſecuritatis; cu iure ſecuritatis ius indemnitatis, defenſionis & pr cautionis; ſi indemnitas, & defenſio ac præcau mediis lenioribus obtineri nequit, neceſſitas dat violentiæ ſeu belli, ne iura hæc omnia gentibu natura conceſſa aliorum hominum malitia, ſtupi tate, mutabilitate eludantur & conculcentur. Eni vero finis civitatum primarius eſt ſecuritas, proin que indemnitas, defenſio, præcautio coniunctis ciorum viribus conſervanda; & quemadmodum coniuncta civium iura gravior eſt iniuria gentib quam ſingulis hominibus illata; ſic ob coniun tum vires, tum iura maius & efficacius cenſeri de gentium ius ad iniuriam reparandam, repellend avertendam ſeu præcavendam; hanc ſecuritatem tresfamilias ſuis uxoribus, liberis & famulis Imperantes patribusfamilias præſtare debent. Si e nulla benignior ſecuritatis conſervandæ via ſupp ius belli præſto eſt; de quo ex dictis deductio dimanant huiusmodi:

(*a*) Bellum iuſtum aut reparativum eſt, ſive perfe vum iuris læſi: aut defenſivum, aut denique aſſ rativum. Exemplum belli *reparativi* eſt, quo a vide vindicabatur iniuria legatis ſuis illata; (1 quo rex Ioram indixit bellum regi Moab; nc ſolvere, quod ex antiquo fœdere debebat; (2 *de fenſivum* erat id, quo ſuppetias ferentes rebel

percuſſit David. (3) *Aſſecuratorium* foret, quod *graſſante armis hoſte impio* Chriſtiani Principes inito fœdere tenerentur ſuſcipere; quemadmodum Grotius ait. (4)

( ) Quia omne iuſtum bellum ad reparanda vel conſervanda iura pertinet, ſemper *defenſivum* cenſeri poteſt. Eſt tamen, ac dicitur *offenſivum*, quo vis publica primo infertur ad reparandam iniuriam aut præcavendam: *defenſivum*, quo præſens vis illata repellitur.

) Origo ſeu ius belli ex iure gentium naturali derivatur, & in numero iurium tranſeuntium civitati cuivis competentium haberi debet, contra ac Grotius exiſtimavit, inter ius ac formam belli diſtinguens, & illud quidem iuri naturæ, hanc iuri gentium voluntario adſcribens. (5) In iure quidem naturæ privato ius violentæ defenſionis ex iure ſecuritatis deducitur. Similiter ſentiendum eſt de iure belli publici; cum ius gentium voluntarium hodie pro exploſo habeatur.

) *Cauſa* belli ab *occaſione* & belli *initiis* ſegreganda eſt. Cum enim leniora remedia ante tentanda ſint, quam ad arma procurratur; non continuo quævis occaſio belli pro iuſta cauſa haberi poteſt. Initia vero non cauſæ ſed primi effectus belli ſunt.

1) II. Reg. X.

2) IV. Reg. III. 5.

3) II. Reg. VIII. 5.

4) De I. B. ac P. L. II. C. XV. §. 12.

5) ibid. L. I. C. II. §. 4.

§. CCXCIX.

Ius tuendi ſecuritatem propriam perfectum eſt, cum iure belli coniunctum. Ius vero tuendi ſe-tatem alienam eſt imperfectum; nihilominus eam habet, ut ſuccurrere, & aſſiſtere genti liceat, ipſa non valet tueri iura ſua, ſi & iure gaudet, em vi tuendi, & præ imbellicitate non poſſit. umque hoc ius pertinet ad conſervanda iura

abſo-

abſoluta libertatis, æqualitatis &c. & hypotheti[...] non ad eadem perturbanda. Quodſi ergo nec p[...] pria gentis ſecuritas, nec alterius gentis iure b[...] gaudentis, atque auxilium poſcentis periclitat[...] locum non habet ius belli, tanquam remedium [...] tremum & extreme odioſum. Unde inferes.

(*a*) Quamdiu per delicta, pravosque mores cuius gentis aliarum gentium ſecuritas non adducitu[...] diſcrimen, ius belli ob ea delicta non comp[...] nullum igitur eſt bellum *punitorium*; quia pœna [...] prie talis requirit iurisdictionem in eum, qui pun[...] Quæ eſt gens delictorum expers etiam publicor[...] Quæ ergo ſecuritas, pax, tranquillitas haberet[...] terris, ſi gens delinquens ab aliis bello impl[...] poſſet? A pœna diſtingui debet vis hoſti illata [...] impoſterum animum nocendi habeat; id, quo[...] ſecuritatem gentis læſæ pertinet; neque a Grotio [...] diſtinctum fuiſſe videtur. (1)

(*b*) Ex hoc argumento plerique omnes concludunt [...] ſola peccata contra naturam admiſſa, vel ob ſ[...] infidelitatem, idololatriam gentibus inferri bellum [...] poſſe. *Cum enim*, inquit Vaſquius, *omne pecc[...] ſit contra naturam, ex quolibet peccato liceret inſ[...] bus bellum indicere; - - & pari ratione Chriſt[...] peccantibus eadem mala inferri poſſent; qui cum [...] die, omni hora, omni denique temporis moment[...] numera peccata non ſecus, quam reliquæ gentes [...] mittant, poſſent inter ſe perpetuo prœliari, quaſi be[...] iam indictum ſibi eſſe pro comperto & notorio h[...] deberent. mutuæque rapinæ, cædes, incendia paſſ[...] impune fierent.* (2) Siqua ergo gens deſit officiis [...] alios, bello impeti non poteſt, quamdiu id ſe[...] tati aliarum gentium, vel extraneorum hominum [...] obeſt.

(*c*) De tranſitu armato gentis per territorium alt[...] non levis eſt diſputatio, iuſtamnè, ſi negetur, [...] cauſam præbeat; generatim uſus rei alienæ, qui [...] riculis & incommodis ſubiacet, iure tantum im[...] fecto exigi poteſt, extra caſum urgentis neceſſit[...] Si certo conſtet, innoxium eſſe uſum, minorem [...]

ceſſitatis gradum, ut vi extorqueatur, ſufficere arbitror. (3)

Gens, quæ vires ſuas gradum & potentiam iuſtis mediis auget, nemini ob eam cauſam, quod iure utatur ſuo, facit iniuriam, etſi dein potentia ſuperior evadat aliis. Igitur nec ſolum incrementum extraneæ potentiæ, neque ratio æquilibrii, ſeu conſervandæ æqualitatis virium iuſta eſt cauſa inferendi belli, ſiquidem res theorice ſpectetur. Fieri enim poteſt, ut conſervatio æquilibrii pactis inducta ſit, vel ut præpotentia unius gentis argumentis & factis minime dubiis appareat *tremenda*, ſeu coniuncta cum læſione imminente, atque ad ſubigendas alias gentes non obſcure tendens. Ceterum cavendum magnopere, ne loco invidiæ, æmulationis & odii obtendatur iuſtus metus, & periculum ſecuritatis turbandæ. Exemplum extat in ſacris literis de Abimelecho rege Palæſtinorum in Gerara, qui dixit ad Iſaac: *Recede a nobis; quoniam potentior nobis factus es valde.* (4)

Nihil autem evidentius cuiquam videri debet, quam inter iuſtas belli cauſas referendam non eſſe cupiditatem dominandi, amplificationem imperii, prædandi ac diteſcendi propoſitum. (5)

Religio non armis quidem propaganda, ſed tamen defendenda eſt; neque exiſtimari poteſt, terras a gente infideli Chriſtianis ereptas continuo ab eadem pleno iure teneri, præſertim cum ſolum armiſtitium, non pax cum tali gente inita eſt. Parum æquum iudicium de expeditionibus cruciatis ferunt ſcriptores non pauci, quaſi doctorem habuiſſent Lutherum, qui in libro ad nobilitatem Germaniæ c. 25. dicit: nullum eſſe pulcrius regimen usquam, quam apud Turcas, qui legibus alcorani gubernantur, nullum autem turpius, quam apud Chriſtianos, qui iure canonico & civili reguntur. In aſſertione articuli 34. ait: Pontificem & Pontificios eſſe multo peiores, & truculentiores Turcis, & ſtultum eſſe pugnare pro peioribus Turcis contra meliores; & in epiſtola quadam contra duo mandata imperialia, *oro*, inquit, *cunctos pios Chriſtianos, ne ullo modo ſequamur vel in militiam ire, vel dare aliquid contra Turcas; quandoquidem Turca decies prudentior, probiorque eſt, quam ſunt Principes noſtri.* (6)

(1) L. II. C. XX. §. 40.

(2)

(2) Illuſtr. controv. L. I. C. XXIV. n. 4. conf. Molina I. & I. tract. II. diſp. 106. *Peculiari Dei iuſſu & revelati exſcindendæ erant gentes impiæ a Deo damnatæ.* Num. XXXIII. 50.

(3) Deut. II. 4. 5. & 26. ac ſeq. adde c. ult. XXIII. q

(4) Gen. XXVI. 16. *Videatur locus integer, & inpri puteus dictus: calumnia; alius itidem puteus dictus: ini citia, denique* v. 28. *fœdus inter Abimelechum & Iſaac initum, quod ſtilo Pufendorfiano* pudendum *vocari deb* „*Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, ut non fa* „*nobis quidquam mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimu*

(5) Exempla in S. codice extant de Nemroto Gen. X de Nabuchodonoſore Iudith I. 5. 7. ſeq. Ibid. II. 3. 5. 6. I III. 13. de quatuor regibus prædatoribus contra quinque. G XIV. 1. de Amaſia IV. Reg. XIV. 8.

(6) Bellarmin. T. I. controv. L. III. C. 16.

§. CCC.

Expoſitis cauſis belli iuſtis ac iniuſtis adnecte ſunt corollaria non levis momenti, quæ in aliis quo negotiis privatarum concertationum, aut in confl ſacræ & profanæ poteſtatis locum habent, prima ac leviſſima Iuris naturalis principia mirifice illuſtr Id ergo perpetuo habendum eſt præ oculis: 1. F belli eſt reparatio læſionis: defenſio contra vim, curitas vel præcautio contra imminentem. 2. Iura g tium utrinque ſunt æqualia & independentia, ut, q una gens pro iuſto ſibique conceſſo habet erga alter idem hoc iudicio ſuo pati per ſe teneretur ab altera Ius belli non per ſe ad augenda iura, ſed conſervan ac tuenda a natura datum eſt. 4. Belli ius extremum remedium conſervandorum iurium; quod locum habet, niſi aliis ſublatis remediis; quæ proin tentanda ſunt, quam ad vim deveniatur. Ex his inferes generatim:

Uti in privatis litibus fieri non poteſt, ut in re litigioſa utrique parti ius privative faveat, & aſſiſtat; ita nec in controverſiis gentium: idcirco negant fieri poſſe, ut bellum in ſe, & ratione cauſæ ex utraque parte iuſtum ſit; neque unquam valere eiusmodi prætextus queunt, ex quibus bellum utrinque iuſtum efficeretur.

Fieri tamen poteſt, ut bellum ex utraque parte iniuſtum ſit, uti cum in re dubia uterque bellantium æquas transigendi & componendi litem conditiones reſpuit; neque enim aut facta læſio, aut periculum imminens ſemper extra controverſiam eſt. Nam cum de re quapiam certatur, aliquando unus in poſſeſſione illius eſt, eaque diuturna, & cum bona fide perpetuo coniuncta: aliquando neuter litigantium poſſeſſionem habet; uti cum res morte tertii vacare primum cæperit, ac lis oritur, uter utri eandem potiori iure præripere poſſit; aut certo fit aliquando, ut qui poſſeſſionem cepit, mox contradicentem habuerit. Cuivis iſtorum caſuum alia atque alia iuris principia accommodanda ſunt.

Ob eosdem fines, quos ſingulæ gentes præfixos habent, ob paria dein negotia, & pericula utique nexus quidam cogitari poteſt inter ſtatum, vires, fortunam ac potentiam ſingularum gentium, ita ut unius interſit quodammodo, anne altera creſcat, ius quoddam e. g. commercii exerceat, vel non exerceat. Hic tamen nexus ratio ſufficiens non eſt, perturbandi iura perfecta alterutrius gentis.

Generalis metus, ne altera gens alteri noceat, & incertum ac remotum periculum, ne damnum inferat aliquando, quæque ſunt iſtius generis, obeſt iuri connato bonæ gentium exiſtimationis, nec iudicandum eſt, gentem, quæ nocere *poſſit*, continuo etiam *velle* nocere. Unde *ius cavendi*, ac ſecuritati propriæ conſulendi non ita exerceri poteſt, ut gens alia in uſu ſui iuris impediatur; ſi de *poſſibili* duntaxat iniuria ſtatim illud valet: *melius eſt prævenire, quam præveniri*, ſublato omni iure fortior imbecilliorem opprimendi ſemper obtentum aliquem adinveniet. Sunt igitur cautiones aliæ *innoxiæ*, per quas ſalvo aliarum gentium iure ſecuritati uniuscuiusque ſatis conſultum eſt, eo ſaltem ſecuritatis gradu, quem natura ſeu potius divina providentia rebus humanis indultum voluit; ſunt aliæ cautio-

tiones *noxiæ* non modo iuribus eorum, contra quos hibentur, ſed ipſi caventi maxime. Nam *regnum gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iurias, & contumelias, & diverſos dolos.* (1)

(e) Siqua gens officio erga Deum vel ſeipſam deeſt, o alterius poteſtati ac imperio non ſubiicitur; neque o gatio imperfecta & ius perficiendi aliam gentem ei dem iura perfecta libertatis & independentiæ tol poteſt. (2)

(1) Eccli. X. 8.

(2) *Hæc principia ſeu corollaria derivantur ex notione teſtatis ſummæ & independentis, cuiusmodi gentium pro eſt; igitur uſum habent, quotiescunque de poteſtate ſumm independente, quacum cohærent, controverſia oritur; qu admodum non uno loco uſuvenit in Iure publico Eccleſia ſecundum ſyſtema Religionis Romano-Catholicæ pertractato.*

§. CCCI.

Ad iura belli, de quibus adhuc actum eſt, n modo iuſtitia cauſæ, ſed modus etiam ac forma p tinet, qua bellum geritur. Non enim ſalvo hu nitatis iure aut iis remediis uti fas eſt, quæ ad fin belli non ſunt accommodata; qualia ſunt adult & ſtupra captarum virginum: aut atrocioribus, qu neceſſitas poſcat. Paſſim ius belli *indefinitum* voc ſeu infinitum, tum quia definiri non poteſt, qua ſit vis neceſſaria ad frangendum hoſtem, uti eius reſiſtentia definita eſt, tum quia iudicium de neceſſitate ad eam gentem pertinet, quæ iure b utitur; ac primo de ipſo armorum ſeu violentiæ nere dubitari poteſt, dein quid in perſonas hoſti denique quid in eorum res ac bona citra crudela tem bellicam fieri poſſit. Eſt autem *crudelitas bel* vis omnis ad finem belli non accommodata, aut n

ne-

ſſaria; uti enim, qui bello perſequitur ius quod le-ibus viis obtinere poteſt, *iniquus aggreſſor*; ita qui ore, quam opus ſit, aut ad finem non accommo-vi utitur, *crudelis hoſtis* cenſetur. Sunt igitur ge-violentiæ, a quibus iure naturæ abſtinendum eſt; alia, a quibus moratiores gentes ex regulis deco-: prudentiæ abſtinent, ne ſeveritas bellorum ſua-natura ſat gravis, iure retorſionis, vel ex uſu ta-s nimium ingraveſcat, ac in inhumanam ulciſcen-idinem abeant bella, & pernicies maxime ad in-entes perveniat. Enimvero non generoſi Ducis, urentis hominis eſt, nullo ſuo bono nocere alte-tque ea vaſtare ac perdere, quæ nec hoſtium vi-mminuant, nec perdenti emolumentum adferant. rum de conſuetudine bellandi paſſim recepta, nec ita, quamdiu ius naturæ ſalvum eſt, quid Pufen-ius ſentiat, dictum eſt ſupra. (1)

De genere armorum, nocendique modis opinantur non-nulli, vix dari arma, quæ ſtricto naturæ iure prohibita ſint. Inter cultas gentes venenata arma locum non ha-bent; (2), citiusque putant, fontes infici poſſe, quam ar-ma; certe inedia, ſiti, terrore expugnari hoſtes huma-nius eſt, quam fuſo ſanguine. Balliſtarum tanta vis apud Veteres fuit, ut narrante Egeſippo quidam ex ea per-cuſſus comminuto capite rueret, & occipitium eius us-que ad tertium ſtadium excuteretur: mulier quoque prægnans percuſſa, ſupra dimidium ſtadii de utero ex-cuteret infantem. (3) Tanta crudelitas lugenda vide-batur ac prohibenda ſummis Eccleſiæ Paſtoribus: *artem illam mortiferam*, inquiunt, *& odibilem balliſtariorum & ſagittariorum adverſus Chriſtianos, & Catholicos ex-erceri de cetero ſub anathemate prohibemus.* (4) Sed quid balliſtæ ad machinarum noſtrarum ignivomas tempeſta-tes?

(*b*) Ius etiam internum occidendi hoſtes negari nequit be lantibus bona fide, etſi putent, hoſtes ſuos bona fide r ſiſtere; non enim peccata militum reſiſtentium, ſed i ra gentis ſpectantur. At parcendum eſt peregrinis hoſtili ſolo repertis, imo & perſonæ hoſtili, ſi in te ritorio pacato deprehendatur. Subditi hoſtium, qui territorio Imperantis bellum moventis deprehendu tur, protinus capi haud poſſunt, ſed dimittendi ſu ſi diſcedere voluerint. Permiſſo enim peregrinis i greſſu in territorium etiam tuta diſcedendi facultas co ceſſa intelligitur. Crudelitatis bellicæ eſt, occidere nes, infantes, fœminas, miniſtros religionis, aliosqu qui ab omni vi abſtinent, nec ullum produnt nocen animum: item captos, aut ſine conditione deditos, nu lius præcedentis delicti reos: eos, qui arma ponunt, vitam ſalvam paciſci parati ſunt, aut in obſidione fo titer reſtiterunt. Multa tamen innocentibus etiam pe ſonis quaſi indirecte ferenda ſunt; navis, domus, ur tormentis petitur, etſi ipſæ quoque in diſcrimen v niant. Aliter de iure capiendi differendum eſt, cui eti viri conſpicui, & inermes, fœminæ quoque ac virgin ſubiacent, ut ita hoſtis ad eos redimendos pacemq amplectendam compellatur.

(*c*) Ius hoſtis in res hoſtiles, ſeu publicas ſeu privatas, m biles vel immobiles exeritur 1. *occupatione bellica,* ſi actu, quo eas in poteſtatem ſuam hoſtis redigit: 2. *E ptione*, quæ ſtrictius denotat violentam ablationem r rum hoſtilium: 3 *Direptione,* ſive ereptione rerum m bilium violenta ex locis, ubi aſſervantur: 4. *Expugn tione fortalitiorum.* 5. *Vaſtatione* ſive actu, quo res h ſtiles deſtruuntur, aut corrumpuntur: 6. Denique *d prædatione,* ſeu ablatiooe rerum mobilium conceſſa mi tibus. Iuſtitia horum actuum in eo eſt, ut, qui e ponit, vires ſuas augeat, aut hoſtium vires ſalte imminuat. Igitur vaſtatio eatenus eſt iuſta, quaten hoſtium vires minuuntur; latiusque patet direptio, e ptio, deprædatio, per quas vires agentium etiam auge tur. Dubium non eſt, quin ius occupandi ad hunc fin proprium ſit eius, qui iuſto bello fungitur; qui pr dominium eorum acquirit, quæ occupat. Direpti ne æque ac vaſtatione rerum ſacrarum inde ab ori ne bellorum cenſebatur iniuria fieri religioni ac De quibuscum utique bellum non eſt. Auctores, qui r haſce religioni ac Deo conſecratas Imperantium p

teſtati addicunt, aut ſubiiciunt, una ius præbent hoſtibus, eas perinde, ut res profanas in poſterum diripiendi & vaſtandi, ne Imperantes ſecundum hanc novam doctrinam vires ſuas augeant ex rebus ſacris.

1) §. CCLXVII. (c.)

2) Grot. de I. B. ac P. L. III. C. IV. §. 15.

3) Egeſippus L. III. C. 12. de excidio Hieroſol.

4) c. unic. de ſagittariis.

§. CCCII.

Præter binas gentes ancipiti belli exitu inter ſe li-gantes ſpectandæ ſunt gentes belli ſociæ, auxiliatri- mediæ ſeu neutrales. Belli ſocii & auxiliatores l ſane nihil differunt & notione & iuribus:

Socii belli ſunt, qui ad communem iniuriam vindicandam communes vires iungunt, ſuoque, tanquam principales, nomine agunt, & ſibi acquirunt, quod hoſti eripiunt.

Auxiliatores belli non ſuo nomine agunt, ſed cauſæ accedunt alterius gentis belligerantis, cui auxiliares copias mittunt, vel alia ſubſidia ex fœdere ante vel poſt initum bellum contracto. Hi ergo ſalvis expenſis bellicis omnia acquirunt genti principali, nec ius ad prædam, niſi forte ex pacto habent, & ab hoſte gentis, cui aſſiſtunt, tanquam hoſtes ſpectari poſſunt, etſi non ſoleant frequenter, propterea quod bello implicitus conſultius ducat, tolerare concurſum quendam tertiæ gentis ad ſuam iniuriam, quam omnem iſtius vim & hoſtilem animum in ſe concitare.

Gentes *mediæ*, pacatæ, *neutrales* ſunt, quæ aliarum bello ſe haud immiſcent, neque alteri parti præ altera favent, aut vires addunt, ſed utriusque facta tanquam pro iure habent. Hic gentium ſtatus *neutralitas* dicitur, quæ cuique genti libera eſt; quia vi æqualitatis ac libertatis naturalis de ſuis actionibus, mediisque ſalutis publicæ pro arbitrio diſponendi ius habet. Præter ſimplicem hanc neutralitatem alia *pactitia* eſt, ſeu pactis definita. Nec tamen neutralitas ab omni controverſia

gentes eximet. Nam 1. favore neceſſitatis iuſte ac lic quædam fiunt etiam in gentem & regionem pacatam, ſi præſidium in iſta collocatur: 2. De commerciis c gentibus bello implicitis non una lis oritur: 3. Q in perſonas, quid in bona neutralium iuris ſit, qu ritur, ſi in territorio hoſtili deprehendantur: 4. Q item iuris hoſti in hoſtem competat, ſi in territorio cato ſeſe offendant.

CAPUT VI.

Iura victoriæ, pactorum bellicorum, & Pacis.

ARGUMENTUM.

§. *CCCIII. Victoria, eiusque effectus, CCCIV. circa perſonas hoſtium, res & iura publica. CCCV. Varia pacta bellica. CCCVI. Pacis notio. CCCVII. Ius ineundæ pa CCCVIII. Conſenſus pa ſcentium. CCCIX. Mate pacificationis. CCCX. E ctus & obligatio pacis.*

§. CCCIII.

Victoria eſt prævalentia virium in hoſtes, ſi is exitus actus bellici, quo quantitas virium uni efficit, ut alter porro reſiſtere nequeat; eſtque *parti lis* vel incompleta, uti contingit expugnata urb prælio feliciter geſto; aut *univerſalis* & complet qua hoſtis eum in ſtatum redigitur, ut deinceps r ſiſtendo impar ſit. Ex his colliges:

(*a*) Sola prævalentia virium, aut maior facultas phyſ neque efficit, neque demonſtrat maiorem facultat moralem; quia vis non eſt ius; ideoque totum i quod victori competit, ex cauſa belli, non ex vict ria provenit; ſi cauſa & iuſtitia belli utrinque du eſt, uti cum de dubio ſuccedendi iure dimicatur, valet victoria, ut ad iuſtam transactionem adigi ho queat.

(

a) Ius victoriæ reſpondet iuri hoſtis in hoſtem, eoque pertinet, *primo* ut plena ſatisfactio pro illata iniuria poſtulari poſſit; ubi dein etiam damnorum ex bello provenientium & expenſarum bellicarum ratio habetur: *ſecundo*, ut vi repulſa poſſeſſionis ſecuritas conſervetur: *tertio*, ut gens victrix contra animum alterius aut vires nocendi ſe tutam præſtet, & ad completam victoriam ac pacificationem nitatur.

§. CCCIV.

Iura victoriæ eo, quo explicavimus modo, attingunt perſonas hoſtium, eorum res, aut iura publica vel ipſam civitatem devictam.

(a) De perſonis hoſtium & vita, & libertas & captivitatis redemtio eiusque pretium ſeu lytrum in conſiderationem venit. Quia ius occidendi tanquam unicum atque extremum medium duntaxat in hunc finem competit, ut ſuperetur reſiſtentia; ſequitur, ut ceſſante reſiſtentia tanquam unico fine etiam ipſum medium, nempe ius occidendi ceſſet. Neque talio, nec præcedens contumacia reſiſtendi, neque inferendus terror, ſi ſpeciale delictum abſuit, ratio ſufficiens fundendi humani ſanguinis eſſe poſſunt. Aliter de ſervitute diſſerendum. Nam ob ius plenæ ſatisfactionis ac ſecuritatis in poſterum conſervandæ iuri victoriæ conſentanea eſt ſervitus captivorum in bello ſaltem ſub hac conditione, ſi victor læſionem præcedentem reparare, & ſecuritati ſuæ aliter proſpicere haud poſſit. Inde vero non modo de lytro, quo capti redimuntur, ſed etiam de iure poſtliminii quæſtiones non paucæ emergunt. Ius poſtliminii in eo ſitum eſt, ut perſonæ & res ab hoſte captæ, & in poteſtatem gentis ſuæ redeuntes in priſtinum ſtatum reſtituantur; pertinet igitur id ius tum ad perſonas, quæ *reverti*, tum ad res, quæ *recipi* dicuntur.

(b) Iure victoriæ res hoſtium devictorum privatæ & publicæ victori acquiruntur, niſi qua obſtant pacta deditiтia, & promiſſio veniæ ſpecialis. Id vero dominium hoſtis devictus pro iniuria habet, quoad illud per transactionem aut pacificationem firmetur.

(c) Quoad civitatem victam, qui victor eſt, ad ſuam demnitatem ac ſecuritatem acquirit omnia iura pub atque inprimis imperium & autonomiam ſeu ius, q civitati competebat ſuis legibus vivendi. Quo tinent acceſſiones, dignitas & privilegia civitatis, eius privata, ceu actiones, nomina activa & paſſiv

§. CCCV.

Victoriæ tum effectus, tum limites fere ſunt *cta bellica*, ſive ea, quæ inter belligerantes ineun permanente bello, ita nimirum, ut per ea bell non finiatur. Eorum fides inter gentes omnino cta eſt, vel ex ſola naturæ humanæ conditione, hoſtili ſtatu minime tollitur. Iſtiusmodi pactor alia ſunt *publica*, quæ circa iura imperii & genti belligerantium propria verſantur, & a ſummo perante eiusve belli ducibus, vel minoribus ma ſtratibus ineuntur: alia *privata*, quæ hoſtis cum ditis hoſtium init ſine præiudicio tamen ſummæ teſtatis. Species ac notiones iſtiusmodi pactor ſunt:

(a) *Induciæ*, ſeu conventio, qua, manente bello, a licis actibus tempore quodam abſtinendum eſt: ſunt vel univerſales vel particulares tum ratione loci, quo eæ valent, tum actuum, qui ſuſpenduntur. que hæ ſunt *bellicæ*, per quas certamen ceſſat man te apparatu bellico: *pacificæ* appellantur, per qua belli apparatus, perinde ut facta pace diſſolvitur, ſublata cauſa belli; hæ ſpeciatim *armiſtitium* dici lent. (1)

(b) Manente ſtatu belli, vis bellica ſiſtitur per pacta *literas commeatus*, quibus facultas ſecure inter bel gerantes commeandi conceditur; iis affines ſunt lit *ſalvæ guardiæ*, per quas certis perſonis rebusque i munitas a vi hoſtili conceditur.

( ) Pacta *deditionis* vel ſine modo fiunt, aut cum modo, & nominantur *capitulationes* militum, urbium, provinciarum; inde aut *generales* ſunt, per quas de pluribus urbibus vel integra provincia convenitur, aut *particulares* de unica arce. Pro variis clauſulis & conditionibus a victis obſervandis, ceu quoad ſecuritatem incolarum, conſervationem religionis, libertatem, liberum diſceſſum & commeatum militis præſidiarii cum ordinariis ſignis honorum militarium capitulationes cenſentur *honorabiles*, aut contra.

( ) Pactis bellicis accenſentur ea, quæ de redimendis vel permutandis captivis, vel obſidibus tradendis aut reſtituendis conficiuntur.

(1) Treuga ad bella privata pertinebat, de qua agitur L. I. Tit. XXXIV. Decretalium. Conf. Petr. de Marca in Concord. L. IV. C. XIV.

§. CCCVI.

Pacis, uti & belli nomen latiſſime patet, quemadmodum S. Auguſtinus in libris de civitate Dei explicat. (1) Eſt pax quædam a natura hominibus præſcripta, nempe concordia ex naturali eorundem inter ſe cognatione orta, qua homo homini, gens genti ad communia humanitatis officia obſtringitur, quo illud generatim pertinet: *alterum non lædere: ſuum cuique tribuere.* (2) Hoc autem loco pax ſeu potius *pactio pacis* aut *pacificatio* eſt publica inter gentes belligerantes conventio, qua bellum finitur ſepulta ſeu ſublata belli cauſa; atque ita pax ab induciis differt, per quas ſola vis belli aliquamdiu ſuſpenditur: ab armiſtitio item, quod cauſam belli non ſepelit, aut tollit. In pactione pacis quædam *generalia* ſunt, quædam *ſpecifica* ſeu huic pactioni præ aliis propria ac ſingularia:

(*a*) Generalia ſunt ea, quæ de conſenſu paciſcentium, paciſcendi iure, de materia, deque effectu & obligat pacis, perinde uti in pactis aliis, diſquiri poſſunt.

(*b*) *Specialia* ad naturam pacificationis propriam pertir quæ in transactione inter gentes facta ſita eſt. Nan teriusutrius partis belligerantium cauſa certe iniuſta id autem agnoſcere vel fateri neutra vult: nec verc ter litigantes, qui libertate & ſummo imperio gaud iudex cogitari poteſt; bellum igitur exitum non h ret, ſi illud definiri deberet, quæ pars potiori iure deat, & ius petendi habeat, quid ex cauſa belli, qui damnis illius ſibi deberi putet. Nihil ergo relinqui niſi ut lis in foro externo controverſa & anceps ali dato, aliquo retento, id eſt, per transactionem term tur. (3) Uti igitur victoria non decidit iuſtitiam b ita nec pax.

(1) L. XIX. C. XIII.

(2) §. 3. Inſt. de I. & I.

(3) *Fit transactio, dum omnia, quo loco ſunt, relinqu tur, aut dum quædam reſtituuntur, quædam retinentur: de novo præſtantur, alia non item.*

§. CCCVII.

Quia bella non geruntur, niſi pacis obtinendæ firmandæ cauſa, merito dixeris, ius pacificandi confectarium iuris bellandi, proindeque maieſt proprium habita ratione diverſæ imperiorum forn De hoc iure conficiendæ pacis quæri poteſt:

(*a*) Cuinam competat, quando Rex immaturæ ætatis, imminutæ mentis eſt.

(*b*) An & regi pulſo; imo & capto & quatenus tribui beat? enimvero *uti quisque de iure ſuo diſponit, ita eſt.*

(*c*) Qua poteſtate & effectu miniſtri gaudeant ad faciend pacem delegati cum plena potentia. Quam vim e rundem miniſtrorum & belliducum *ſponſio* habeat, conventio iniuſſu ſummæ poteſtatis inita de iure p blico.

d) Et quia pax aut *univerſalis* eſt, qua omnes & ſinguli belli ſocii comprehenduntur, aut *particularis*, vel *ſeparata*, qua una gens concluditur, aliis ſociis excluſis; hinc ambigi ſolet, an gens belli ſocia fœderata iure gaudeat faciendi pacem particularem absque conſenſu partis fœderatæ; idque extra caſum veræ neceſſitatis naturæ fœderis generatim repugnare cenſent.

§. CCCVIII.

De conſenſu ad omne pactum neceſſario quæri-, utrumne in hoc genere pactionis exceptione i, enormis læſionis, iniuſti metus is conſenſus nullo haberi poſſit? Inprimis inter gentes libenemo eſt, qui de dolo, enormi & iniuſta læne, ac vi iniuſta pronunciet: dein pax naturam ſactionis habet ſuper omni belli cauſa & iniuria æ, qua cauſa belli ſeponitur, eiusque iuſtitia d deciſa, bello finis imponitur. Quare ſi cauſam dem de novo arripere, ac ventilare, aut læſio-, ac metum obtendere integrum eſſet, pax uram ſuam amitteret, nec finis belli, ſed ſuſpenſio t. (1)

1) Conf. §. CCXC. & Grotium de I. P. ac B. L. III. C. . §. 11. & C. XXV. §. 7. Bœhmer I. P. U. Part. Special. L. . I. §. 37. in not.

§. CCCIX.

Materia pacificationis ea eſt, ſuper qua tranſigi- quæ ſine dubio poteſtati paciſcentium ſubiecta debet, vel aliter pactione attingi non cenſetur, *quatenus* ſubiecta eſt. Secus profecto & ius ſeu ltas moralis transigendi deficeret. Et quia fere

 ſuper

ſuper pluribus rebus vel iuribus tranſactio fit, id-circo & plures *articuli pacis* conſtituuntur, ſive conventionis partes, quibus diſtinguuntur ea, de quibus ſingilatim quidpiam conventum eſt. Iſtiusmodi articuli, ſi ad eandem cauſam pertinent, *connexi* dicuntur; ſecus *diverſi*. Materia, de qua convenit, in his maxime conſiſtit:

(*a*) Quia pax firma coaleſcere non poteſt, niſi prætеritarum iniuriarum ac malorum aboleatur memoria, inimicitiæ deponantur, & vindictæ ſtudium abiiciatur; idcirco conſtituitur primo *amneſtia*, ſeu iniuriarum offenſionum utrinque illatarum publica ac ſempiterna oblivio, & quidem aut *illimitata* relate ad omnes perſonas & cauſas, vel *reſtricta*; itemque aut *tacita* aut *expreſſa*. In expreſſa ineſſe poſſunt: 1. oblivio iniuriarum ex cauſa & tempore belli illatarum: 2. venia & aggratiatio perſonarum, quæ alterutri parti adſtiterunt: 3. reſtitutio rerum maxime immobilium: 4. reparatio damnorum & expenſarum belli: 5. renunciatio prætenſionum. Quid tacite inſit in amneſtia, anceps diſceptatio eſt.

(*b*) Altera eſt pacis materia, qua de bello eiusque obiecto & cauſa tranſigitur. E. g. de provincia, in qua ſuccedendi ius controverſum fuit.

(*c*) Materia pacis ſeu articulorum & *publica* eſſe poteſt, uti cum agitur de alienatione regni, eiusve partis, vel bonorum ac redituum coronæ: & *privata* eminenti imperio pacem ineuntis obnoxia. De eadem materia ſub lege *amicitiæ* attingi ſæpe ſolet in pacificationibus, eiusmodi nimirum, quæ in natura ſtatus pacifici hominum continetur, quæ in officiis perfectis negativis, vel poſitivis quidem, ſed ſolum imperfectis ſita eſt.

§. CCCX.

De effectu & obligatione confectæ pacis, cum exploratum ſit, eandem tanquam unicum tranquilli-

tis ac ſalutis publicæ remedium, ſanctam haberi & inviolabilem debere, animadvertenda non nulla ſunt:

1) Cum pax ſalutis publicæ cauſa proindeque civitatis nomine ineatur, idcirco pro fœdere reali per ſe habenda eſt, cuius obligatio ad ſucceſſores tranſit; qui proin, niſi omnia velint evertere, cauſari haud poſſunt, ſibi a deceſſoribus præiudicium creatum fuiſſe, & creari non potuiſſe.

2) Etſi rebelles ſubditi iure imperii, non belli coerceantur; tamen pax cum iis compoſita pro valida & inviolabili habenda eſt ob ipſam Amneſtiam paci inhærentem, quæ remiſſionem iniuriarum continet. Nec imperium eminens ad auferenda iura ſubditis per pacem quæſita pertinet. Ipſa enim neceſſitas & utilitas publica, ex qua ius eminens profluit, & cui alligatum eſt, poſcit fidei pactitiæ ſanctitatem; cum alias ſubditi arreptis ſemel armis in deſperationem coniici, & ad extrema adigi deberent; eoquod nullum tranquillitatis recuperandæ ſubſidium reliquum haberent.

3) Obligationi ac fidei pacis initæ contraria eſt *ruptura pacis*; quo nomine venit factum tum poſitivum, tum negativum pactioni pacis repugnans. Nec vero inter rupturam pacis, ac novam belli cauſam nihil intereſt. Quærunt, an uno pacis articulo rupto, tota pax rupta videatur; ſunt, qui inter connexos & diverſos pacis articulos diſtinguunt: alii ſingulos ſine diſcrimine ceu totidem conditiones conſiderant, quibus ſervatis, & non aliter, pactioni ſtandum ſit.

4) Uti pacta ſingulorum hominum, ſic & gentium firmantur variis pactis & actibus adiectitiis, cuiusmodi ſunt iuramenta, fides regia, pignora &c. Gentium maxime propria eſt *guarantia*; uti enim inter gentes belligerantes ad componendam pacem tertius interponere conſilium & operam poteſt, qui *mediator* dicitur; ſic ad pacem firmandam accedere poteſt guarantia, a qua pax guarangiata nomen ducit. Conſiſtit autem *guarantia pacis* in conventione publica, qua gens genti utrique vel alterutri pacem facienti promittit ſecuritatem pacis, proinde ſi opus eſt, auxilium quoque adverſus eam, quæ pacem violat.

Ca-

CAPUT VII.

Ius legationum inter gentes,

ARGUMENTUM.

§. *CCCXI. Ius gentium communicandi inter ſe. CCCXII. Id exerceri nequit ſine legationibus; inde notio legati, CCCXIII. & legationis provenit. CCCXIV. Sa*[...] *tas legatorum, CCC*[...] *aliaque iura.*

§. CCCXI.

Status naturalis & originarius hominis non ex[...] dit ſocietatem abſolutam aliorum hominum; [...] liter nec ſtatus naturalis & liber gentium alia[...] gentium ſocietatem excludit. Ea ſocietas a na[...] inſtituta eſt ad mutuam communicationem re[...] & operarum, ac demum ad felicitatem ſingula[...] perſonarum ſeu phyſicarum ſeu moralium. M[...] communicatio aliquando eſt iuris naturæ perfe[...] aliquando imperfecti, aliquando ad decorum dunta[...] naturæ vel moribus conſentaneum, referri debet; [...] communicandi tria genera hic exponenda ſunt.

(*a*) Cuivis genti competit ius perfectum reparandi la[...]nem ab alia gente factam, aut repellendi præſentem [...] præcavendi imminentem; & quia ius belli extrem[...] eſt ad eum finem remedium, quod locum non hal[...] niſi deſperatis lenioribus; idcirco genti etiam com[...]tit ius poſtulandi reparationem, ceſſationem, aver[...]nem iniuriæ; hæc poſtulatio fieri non poteſt [...]municatione & tractatu cum gente altera.

(*b*) Cuivis genti competit ius perfectum obtinend[...] altera ſubſidii, conciliandi fœderis, conveniendi [...] commerciis aliiſque pacis aut belli negotiis, ſi ea[...] hiſce ſubſidiis reipſa eget ad conſervationem aut [...]fectionem ſtatus ſui. Igitur ſimile ius eidem com[...]tit, exponendi alteri ſuam indigentiam, aperiendi c[...]

filia ſua, offerendi promiſſa ſua. Atqui nec id ſine communicatione & tractatu cum alia gente fieri poteſt.

(.) Ad mutuam gentium tranquillitatem ac felicitatem conſervandam valde conducibilis eſt teſtificatio exiſtimationis, & benevolentiæ, quam gentes mutuo præbent, idque certis temporibus ratio decori poſtulat. At ne hæc quidem teſtificatio ſine mutua gentium communicatione cogitari poteſt.

§. CCCXII.

Quævis gens, quæ communicandi cum alia ius ...ctum, vel imperfectum aut rationem decoro ...m habet, per ſe libertate gaudet, eum communi...tionis modum determinandi. In ſtatu polyarchico, ...t, in ariſtocratia ac democratia fieri non poteſt, ut ...es vel omnes ſimul, penes quos ſumma imperii eſt, ... altera gente communicent & tractent, ſed ſinguli ...endi, qui aliorum ſeu potius univerſorum no...: agant; colloquia inter ipſos Imperantes ſtatus ...archici inſtituta ſæpe non modicis incommodis ...icent. At ſi ipſi inter ſeſe communicandi iure gau..., id æque per alios ac ſeipſos expediendi facul...n habent. Hinc intelligitur & neceſſitts legatio..., & notio legatorum: *legati* enim vel *oratores* ..., quibus tanquam ſubditis gentes ſua negotia ... aliis gentibus coram gerenda committunt; qui ...n duplici officio funguntur, procuratoris ſeu ...datarii, & officialis ſeu miniſtri gentis ſuæ. In...er...:

(.) Notio legati arctior eſt, quam procuratoris vel mandatarii; præterquam enim quod hic inter privatos & in privatis etiam negotiis adhibeatur, mandatum etiam in non ſubditum gentis cadit, a qua illud proficiſcitur; at legatus neceſſe eſt, ut ſit officialis & ſubditus gentis, a qua

a qua mandatum accipit: ſola autem *officialis* ſeu mi- ſtri idea latius patet, quam legati; non enim ſi ger negotia, etiam publica tractat, idcirco apud exter gentem, & gentis nomine & cum ſolemni mand eadem tractabit. Ratio igitur legationis poſcit, ut ea fungitur, gentis ſit ſubditus, cuius negotia tract ut huius gentis nomine ac mandato, extra territori & apud exteram gentem eadem tractet. Siquis iſti modi in territorio gentis, quacum agendum e iam exiſtat, opus non erit miſſione, aut certe i impoſito mandato cenſetur miſſus.

(*b*) Ideæ partiales, quas in legatione ineſſe diximus, et in feminas cadunt; quæ proinde eiusdem incapaces ſunt.

(*c*) Legatus, qua procurator & officialis gentis ſuæ, d iſtius nomine ac mandato quidpiam agit, gentem ſ repræſentat, eſtque ea qualitas *character repræſen- titius* generalis legatorum.

(*d*) Eſt alia vis repræſentandi *ſpecialis* & arbitraria in ſolemnitatibus; quæque a dignitate mittentis, m ac mittendi modo pendet. Legati, qui perſonam dignitatem mittentis charactere ſpeciali exhibent, *pr ordinis* dicuntur: reliqui *ſecundi ordinis*: ambo *ordinarii* ſunt, aſſidui aut perpetui; vel *extraord rii*, & temporales: itemque ſi cum plena pote mittuntur, *plenipotentiarii*; alias *formularii*. His cundum acceptam formulam tractare tantum, etiam concludere licet ſub conditione, ſi ratum habe

(*e*) Quia legatus nomine & mandato gentis ſuæ agit, ceſſe eſt, ne quis iſtiusmodi perſonam ſimulare po id per teſſeram & teſtimonium publicæ fidei compro unde genti, ad quam accedit, ſatis innoteſcat, qui quo, in quem finem, quo charactere, qua poteſtate tatur. Eiusmodi teſtimonium publicis codicillis & ſtrumentorum tabulis conſignatum *literæ credent* appellantur; a quibus alia mandata, ſeu manifeſta arcana, & inſtructiones privatæ differunt. Contra f tas legato facta a gente, ut ad certum locum ire inde redire tuto poſſit, *commeatus* dicitur.

(*f*) A legatis ſegregandi ſunt, 1. *agentes*, qui privat vitatis aut civium negotia intra vel extra territo agunt; 2. *deputati*, qui a ſubditis ad Imperantem 3 *commiſſarii*, qui ab Imperante ad ſubditos mittunt

§. CCCXII.

§. CCCXIII.

Ius legationum gentibus ab ipſa natura tributum ; gaudent enim iuribus perfectis, imperfectis, tum facultate tuendi decorum ; ad iſtiusmodi iura tuenda ſæpe opus eſt communicatione & tractatu intes ; hæc communicatio, ac tractatus aliter com- non fit, quam per legationes. Unde concludes:

Ius legationum iis duntaxat competit, penes quos ſumna poteſtas eſt tractandi publica negotia. Civitate bellis civilibus diſciſſa ius legationis eſt penes poſſeſſorem, vel utramque partem diviſi populi, quaſi binæ pro eo tempore respublicæ exiſterent.

Admiſſio legatorum eſt iuris naturalis, quando nempe ratio non ſuppetit eos reiicendi; ut proin reiectio aliquando ſtrictæ iuſtitiæ, aliquando æquitati & humanitati gentium, alias decoro adverſetur. Cum hac obligatione admittendi legatos connexum eſt ius concedendi commeatum.

§. CCCXIV.

Legatorum ſanctitas non modo gentium moribus, naturali legi adſcribenda eſt ; nam gentem, a qua ntur, repræſentant, quæque communicandi cum gente ius habet : uti igitur iura gentium, ſic ma- legatorum ſancta ſunt, nec ſine iniuria in maien Imperantis, a quo miſſus eſt, violari poſſunt. Violatio dictis, factis, aut neglectu honoris fit, alii miniſtri recipi ſolent.

§. CCCXV.

De independentia legati ab imperio & iurisdictione , apud quem degit, non eſt conſentiens auctorum ntia. Sic autem videtur ſtatuendum : Character æſentativus legati eam vim habet, ut pro eadem per-

perſona cum mittente relate ad officium ſibi comr ſum habeatur. Sicut igitur una gens non pendet altera; ita etiam legatus nec quoad perſonam, quoad actiones ſuas dependet a poteſtate Impera alteri genti, ad quam mittitur, modo ſub charact legati admiſſus & receptus ſit. Enimvero Imperans ingreſſum in territorium alterius non cenſetur iſ ſubditus fieri. Ex his de iuribus legatorum hæc e corollaria videntur:

(*a*) Perſona legati reſpuit dependentiam & ſubiectio relate ad gentem, ad quam mittitur, nec per admiſſa crimina, quantumvis atrocia eximitur a iurisdicti ſuæ gentis, a qua mittitur. Igitur legati iure gent exemti ſunt a iurisdictione civili & criminali illius tis, ad quam mittuntur.

(*b*) Siquod legatus crimen admittit, quod genti, quam degit, ſe defendendi locum dat, ſanctitatem defenſioni haud iuſte opponet, ſaltem quando res tem que non permittit, ut ad Principem recurratur, ſpes non ſit, ab illo debitam pœnam inflictum iri. C tamen contra legatum etiam perduellionis & prodi nis reum procedi neceſſe eſt, ne gentes externæ ini legatum ſuum condemnatum dicant: ac proin non victum, ſed oppreſſum fuiſſe ab ea gente, quæ ir cauſa accuſatrix, teſtis & iudex eſt.

(*c*) Ceterum ius gentium naturale nihil aliud videtur buere legatis, quam ut Princeps teneatur legatis ſe miſſis tantam ſecuritatem & immunitatem præſt quantam legatis ſuis alibi præſtari cupit. Reliqua diverſis gentium moribus, aut pactis determinantu

INSTITUTIONUM

LIBER V.

IUS ECCLESIASTICUM PUBLICUM.

[I]NSTITUTIONUM LIBER V.

[I]IUS ECCLESIASTICUM PUBLICUM.

CAPUT I.

[Ecc]leſia Chriſti divinæ inſtitutionis eſt, indeque ab ori[g]ine ſua, Una, Sancta, Catholica & Apoſtolica.

ARGUMENTUM.

§. [C]CCXVI. Eccleſiæ notio. [C]CCXVII. Origo & funda[tio] divina. CCCXVIII. fun[d]ationis tabulæ ſunt Scri[pt]ura & traditio. CCCXIX. Ex fundatione neceſſario eſt Una. CCCXX. Sancta. CCCXXI. Catholica. CCCXXII. Apoſtolica.

§. CCCXVI.

Quemadmodum *civitas* non ædificia urbium, lo[cu]mve muris cinctum, ſed hominum ſocietatem d[en]otat communi imperio ſubiectorum publicæ ſe[cu]ritatis cauſa; ita *Eccleſiæ* vox non templa Deo ſa[cr]a, ſed cœtum hominum exprimit unius profeſſione fi[de]i & eorundem Sacramentorum communione

 colli-

colligatorum ſub regimine legitimorum paſtorur atque inprimis ſummi in terris Chriſti Vicarii, R mani Pontificis. (1) Non arbitrariam eſſe notion Eccleſiæ, infra oſtendemus; nuncillud obſervandu cœtum hominum, quem vox Eccleſiæ ſignific maiorem aut minorem ſumi poſſe.

(*a*) Paulus Chriſtianos una domo habitantes domeſtic Eccleſiam nuncupavit. (2) Amplior cœtus denotat quando idem nomen tribuitur Chriſtianis in una rochia, urbe, (3) vel diœceſi habitantibus; uti c dicitur *Eccleſia Corinthi*; ubi ſedes Epiſcopi tanqu in maiore & primaria urbe conſtituta erat, (4) denique in toto regno degentibus, quo modo minamus Eccleſiam Gallicanam.

(*b*) Hoc loco Eccleſia pro univerſo orthodoxorum c ſumitur toto in orbe degentium, ad quem refer inſignis articulus chriſtianæ profeſſionis: *Credo Una Sanctam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam* (5); quidem articulus vel maxime ad dogmata veræ r gionis pertinet.

(*c*) Quia in hoc cœtu, ut demonſtrabimus, ſacra hierarchica poteſtas inſtituta eſt, eaque certis perſo commiſſa; idcirco Eccleſiæ nomine ipſi Hierarc aliquando deſignantur, eo ſane modo, quo civitat vel cœtum civium Imperantes repræſentant. H ſenſu præcipitur denunciatio evangelica: *ſi non audi eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, tibi ſicut ethnicus & publicanus.* (6) Eodem mo Synodi œcumenicæ univerſalem Eccleſiam repræſ tare dicuntur.

(1) *Ipſa potius templa materialia denotant cœtum f lium, in quo Spiritus ſanctus, & maieſtas divina ha tanquam tabernaculo ex vivis & electis lapidibus exſtru uti in anniverſario dedicationis templorum expendere ſolen* Conf. II. Cor. VI. 16.

(2) Rom. XVI. 3. 5.

3) Ibid. v. 1. Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris.

4) I. Cor. I. 2.

5) *Sic habet Symbolum concilii Conſtantinopolitani I. in miſſa cantatur, itemque ſymbolum concilii Tridentini. erſum cœtum fidelium deſignavit Chriſtus, cum diceret ad um:* Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. h. XVI. 18.

6) Matth. XVIII. 17.

§. CCCXVII.

Origo Eccleſiæ vel ſocietatis eccleſiaſticæ non in ra quærenda eſt, nec pactis hominum, nec le- s Principum politicorum, ſed tota eſt divina, x conſiliis divinæ ſapientiæ ac bonitatis pendet, ıta quanta eſt. Nempe æternus Dei filius, uni- tus & conſubſtantialis Patri, promiſſus in lege i Meſſias, cum in plenitudine temporis natu- aſſumſit humanam, non modo cæleſtes homi- s veritates annunciavit, & per Apoſtolos ſuos ınciari iuſſit, ſed credentes per gratiam ſuam *nam* ſocietatem coniunxit, & coniungi iuſſit, n ſocietatem nominavit Eccleſiam *ſuam*, (1) *lum & hæreditatem ſuam*: (2) *regnum cœlorum*: (3) *ſuum* (4). In quem ſenſum referenda ſunt ıdidiſſima elogia, quibus in codice veteris te- enti præfigurabatur, & in novo deſignatur Eccle- uti cum dicitur *domus Dei vivi, columna & fir- entum veritatis*, (5) *civitas ſupra montem poſita*, (6) *as poſita in quadro*, (7) *corpus Chriſti*, (8) cuius ıoris ipſe eſt *caput*, (9) *acies caſtrorum ordinata*, (10)

ſponſa Chriſti. (11) Ex quibus colliges ſequentia co-
rollaria.

(*a*) Inprimis quis æquo animo ferat ſcriptores illos,
nihil vident in Eccleſia Dei, quod non carpant,
irrideant, non parvi faciant, non in pravam par
detorqueant, non pro abuſu, ſuperſtitione, ind
craſſæ ignorantiæ vel abiecti animi habeant? Neſc
cæcitatem hominum animalium, qui non percip
ea, quæ ſunt Spiritus Dei, magis deplorandam
cam, an perverſitatem mentis caſtigandam. Tanq
ſcarabæi fimo inſidiantur, neglectis floribus. C
temtui ipſis eſt Eccleſia Chriſti, populus & hære
& grex Chriſti, nec in ſponſa Chriſti vident, niſ
gas & maculas, nec in corpore Chriſti, niſi næ
nec in domo Dei, niſi fuliginem & araneas. Sed
pluribus nunc verbis deſcribenda ſunt, cum boni om
iam diu ingemiſcant.

(*b*) Prima initia Eccleſiæ inde ab æternis divinæ ſap
tiæ conſiliis peti debent. *Dominus dixit ad*
(inquit caput Eccleſiæ Ieſus Chriſtus) *filius meu
tu, ego hodie genui te: poſtula a me, & dabo
gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam term
terræ.* (12) Sic & Paulus ad fideles ſcripſit: *E
nos in ipſo ante mundi conſtitutionem - prædeſtin
nos in adoptionem filiorum.* (13)

(*c*) Condito orbe, & ſegregato poſtmodum a ce
gentibus populo hebraico, ut nempe divinorum
miſſorum conſervaretur memoria & ſtirps pateret,
qua Meſſias naſciturus erat, velut prima Eccleſiæ
dimenta iacta ſunt, quæ deinceps ab ipſo Dei fili
Servatore ad perfectionem fuerunt adducta; unde
inquiebat: *non veni ſolvere legem, ſed adimplere.* (

(*d*) Adimplevit autem omnia morte & reſurrectione
quando per Apoſtolos iam ante a ſe electos, at
informatos, ac poſt mortem quoque eisdem appare
& cum eis conveſcens, per quadraginta dies confir
tos, ac de regno Dei, id eſt, de Eccleſia inſtru
ſuo nomine promulgari evangelium, ac ſocietate
ſe inſtitutam per univerſum orbem propagari iuſ
appromiſſa gratia ſua, donis ſancti Spiritus, mira-
lorum poteſtate, perpetua ſua, inviſibili ea quide
p

præſentia atque aſſiſtentia; quæ accuratius evolvenda ſunt loco ſuo.

) Inſtitutio Eccleſiæ ea eſt, ut non modo ad omnem terram, atque omnem ætatem pertineat, ſed in cœlum usque, atque ad ipſam divinitatem pertingat; nam Eccleſia Beatorum triumphans, & quæ militans in hac terra dicitur, non tam duæ Eccleſiæ cenſendæ ſunt, quam eiusdem Eccleſiæ partes duæ, quarum una anteceſſit, & cœleſti patria iam potitur, altera vero in dies ſequitur. *Acceſſiſtis*, inquit Paulus ad fideles, *ad Sion montem & civitatem Dei viventis, Ieruſalem cœleſtem & multorum millium angelorum frequentiam: & Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum, & teſtamenti novi mediatorem Ieſum.* (15)

1) Matth. XVI. 18.

2) *Ut mundaret* ſibi populum *acceptabilem*, *ſectatorem bonorum operum.* Tit. II. 14. Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Act. XX. 28. *Dabo tibi gentes* hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam *terminos terræ.* Pſal. II. 8.

3) Matth. XIII. 24. & paſſim.

4) *Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus paſtor.* Ioan. X. 16.

5) I. Tim. III. 15.

6) Matth. V. 14.

7) Apoc. XXI. 16.

8) Coloſſ. I. 24.

9) *Ipſe eſt* caput corporis Eccleſiæ. Coloſſ. I. 18.

10) Cantic. VI. 3.

11) Cant. IV. 8. & Apoc. XXI. 2.

12) Pſal. II. 7. 8.

13) Epheſ. I. 4. 5.

14) Matth. V. 17. adde parabolam de vinea. Matth. XX. Teſtimonia Patrum de hac re Theologi proferunt.

15) Hebr. XII. 22.

§. CCCXVIII.

Origo, uti dictum, ſocietatis ſacræ, ſeu Eccl[illegible] ſiæ ex divina inſtitutione ac fundatione peten[illegible] eſt; ſiquis inſtrumenta authentica & tabulas iſti[illegible] fundationis ſibi exhiberi petat, traditionem & ſc[illegible] pturam nominamus, & interpretationem utriusqu[illegible] nempe & traditionis & ſcripturæ, eamque authen[illegible] cam ab Eccleſia duntaxat haberi contendimus. [illegible] vero cum in theologicis diſciplinis invicte demonſt[illegible] tur, & quidem ex omnibus theologiæ locis ac fo[illegible] tibus demonſtretur, non fuſe tractandum in i[illegible] ſacro, ſed indicandum eſt; ac prius etiam ad t[illegible] ditionem, quam ſcripturam hic provocavi; na[illegible] ut Melchior Canus animadvertit, *conſtat, doct[illegible] næ fidei iam vulgatæ ſcriptionem evangeliorum acc[illegible] ſiſſe, non præceſſiſſe. Conſtat item, chriſtianam Ecc[illegible] ſiam & religionem non literis primum, ſed traditi[illegible] ſubſtitiſſe. Conſtat rurſus, fidei doctrinam in Eccle[illegible] primitiva non a ſcripturis habuiſſe auctoritatem, [illegible] contra ſcripturas a traditione: ſicut tradiderunt, [illegible] Lucas, qui ab initio viderunt, & miniſtri fuerunt ſ[illegible] monis. Conſtat denique, aliquando in Eccleſia Chr[illegible] fuiſſe catholica dogmata, quæ ſacris nullis literis co[illegible] tinerentur.* (1) Imo vero, ſi traditionem, eiusq[illegible] authenticam interpretationem reiiciat quisquam, [illegible] nec de exiſtentia ſcripturarum, multoque min[illegible] de canone earundem, legitima verſione & genui[illegible] ſenſu eam, quam res poſcit, firmam certamq[illegible] cognitionem usquam comparabit.

(1

r) De Locis Theol. L. III. C. 3. Conf. Concil. Trid. IV. Decret. de canonicis Scripturis.

§. CCCXIX.

Theologia dogmatica explicat characteres ſeu s Eccleſiæ, ut ea a falſis ſectis diſcernatur. Iuudentia eccleſiaſtica easdem conſiderat tanquam rietates, quæ rationes fundamentales imperii egiminis ſacri continent; quia & poteſtas cus ſocietatis & poteſtatis uſus non modo genefini, ſed internæ naturæ illius accommodatus debet. Iſtarum proprietatum prima eſt *Unitas ſiæ*, quam præſeferunt omnes ideæ ac reprætiones ſupra exhibitæ; nam ædificium, popuhæreditas, ovile, regnum, civitas, corpus, ſponſa manifeſtam unitatem in ſe habent. Hæc s ſita eſt in profeſſione unius fidei, commue eorundem bonorum ſpiritualium, ſubiectione unum idemque imperium ſacrum.

(Unitas fidei poſcit: 1. ut quis firmiſſimo aſſenſu teneat, atque expreſſe profiteatur ea dogmata, quæ ad obtinendam ſalutem explicite credenda ſunt: 2. ut in nullo dogmate ab eccleſia propoſito diſſentiat: 3. ut paratus ſit tenere ac profiteri, quidquid tenendum propoſuerit eccleſia. Quis unquam aſſeruit, omnes veritates ac ſingulas tum dogmaticas, tum hiſtoricas in traditione ac ſcriptura contentas a quovis ſub periculo ſalutis diſcendas & explicite credendas eſſe? At quis in dubium vocare poteſt, nefas eſſe, vel uni veritati dogmaticæ, aut hiſtoricæ in traditione vel ſcriptura contentæ refragari, eandem in dubitationem adducere, impugnare, parvi facere? Dein vero quis non videt, de genuino ſenſu doctrinæ in traditione vel ſcriptura contentæ ambigi ſæpe poſſe, quando

 nihil

nihil ab eccleſia definitum eſt, aut ex veritatibus c
tis & exploratis alias poſſe deduci, quarum deduc
rectane ſit ac legitima, an ſecus, merito diſput
ipſa dogmatum certorum connexio ſæpe obſcur
tem habet, nec difficultate vacat, eadem inter
propoſitis theſibus conciliare velle; exemplo ſunt
ctrina de gratia Dei, & hominis libertate, de bo
tate divina & iuſtitia. Cum igitur in rebus obſc
homines ſuo ingenio ſtudiisque relicti cito abean
diverſas ſententias; manifeſtum eſt, unitatem fidei
profeſſionis chriſtianæ omnino concipi nullam pc
niſi in tribus illis capitibus omnes ac ſinguli conſ
tiant, & ita conſentiant, ut citius e vita, quam
ab unico eorum articulorum diſcedere parati ſ
Nam in negotio fidei nulla transactio habet loc
nulla indulgentia: depoſitum divinæ doctrinæ m
minui, non immutari ulla ratione poteſt, neque
mittenda eſt diſtinctio inter fundamentales articu
& non fundamentales, excogitata a Novatoribus
toti antiquitati incognita. Quisquis unquam pert
citer vel uni dogmati ab Eccleſia propoſito refra
ri auſus eſt, anathematis mucrone perfoſſus ex
eccleſiæ eiiciebatur. Maxime enim ad cauſam
referendum eſt effatum divini Magiſtri: *qui non
mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum,
ſpergit.* (1) Hæc univerſæ Eccleſiæ perpetua &
mutabilia ſenſa Imperatores catholici ſuis etiam le
bus, publicoque legum codici inſeruerunt: *Hæreti
rum vocabulo continentur, & latis adverſus eos
ctionibus ſuccumbere debent, qui vel levi argumen
iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint
viare.* (2)

(*b*) Ex neceſſitate ac ſtudio conſervandæ unitatis fidei
telligitur ratio, cur Eccleſia a novis Prælatis ac
niſtris, Doctoribus item, aliisque ſolemnem fidei p
feſſionem exigat; *cogit temporum calamitas,* in
ſacroſancta Synodus Tridentina, *& invaleſcentium
reſum malitia, ut nihil ſit prætermittendum, quod
populorum ædificationem, & catholicæ fidei præſid
videatur poſſe pertinere.* (3)

(*c*) In recipiendis Clericis & Epiſcopis, qui ab hæ
vel ſchiſmate revertebantur, diverſa eatenus diſci

na extitit, ut nunc priſtino in honore manerent, nunc ad communionem laicorum detruderentur. At id conſtanter obſervatum eſt, ut nemo reciperetur, niſi eiurato errore vel ſchiſmate. *Cum ad nos veniunt ex parte Donati* (inquit S. Auguſtinus) *mala illorum non ſuſcipimus, id eſt, diſſenſionem & errorem, ſed ipſa tolluntur de medio tanquam impedimenta concordiæ, & amplectimur fratres, ſtantes cum eis, ſicut dicit Apoſtolus in unitate ſpiritus & in vinculo pacis. - - Quis autem vere dicit, ſe habere Chriſti caritatem, qui eius non amplectitur unitatem?* (4)

Alterum eſt unitatis vinculum, communio bonorum ſpiritualium Eccleſiæ; unitas enim ſpiritus, a quo ea regitur, efficit, ut, quidquid in eam collatum eſt, id omnium commune ſit. In primis vero Sacramentis, ceu totidem ſacris vinculis copulantur inter ſe membra, & cum capite ſuo connectuntur, maximeque omnium baptiſmo, quo tanquam ianua Eccleſiam ingrediuntur, dein ſacroſancta Euchariſtia, qua penitus in unum corpus coarctantur. Siqui hæretici vel ſchiſmatici extra Eccleſiam vera uſurpant ſacramenta, ceu baptiſmo & ordinatione, ea ad Eccleſiam pertinere dubium non eſt, quæ, ut Auguſtinus ait, filios parit etiam per uterum ancillarum. *Privatam hominum impietatem deteſtamur in ſchiſmate,* inquit idem, *baptiſmum vero Chriſti ubique veneramur: quia ſi deſertores ſecum Imperatoris ſigna* traducant, illis vel damnatione punitis, vel indulgentia correctis ſigna *recipiuntur, ſi ſalva manſerunt.* (5) Nihil ergo de unitate Eccleſiæ detrahitur, nihil veritatis falſis ſectis additur, quod uſurpent ſacramenta veritatis: *non enim debent gloriari ſarmenta, quia non ſunt ſpinarum ligna, ſed vitis. Si enim non in radice vixerint, cum tota ſpecie ſui in ignem mittentur.* (6)

Tertium eſt unitatis vinculum, commune imperium ſpirituale ſummi in terris Chriſti Vicarii, cui omnes omnium locorum fideles eorumque rectores ac paſtores ſubordinati nemine excepto ſubiiciuntur. Nam & ſpectata inſtitutione divina, & perpetuo Eccleſiæ uſu, & ipſa unitatis in tam vaſto corpore conſervandæ ratione neceſſe eſt, ut interna unitas externo ac viſibili vinculo conſtringatur, quemadmodum paulo poſt oſtendemus. Enimvero ſi ſocietates plures fami-

miliares, ſi plures civiles iisdem utantur legibu[illegible] inſtitutis, non ob id in unam familiam, unam c[illegible]tatem, unum corpus, unum ovile coaleſcere ir[illegible]liguntur, niſi & communibus utantur iuribus ac[illegible]nis publicis, & communi imperio domeſtico aut c[illegible] conſtringantur.

(1) Luc. XI. 23. add. Iac. II. 10.

(2) l. omnes. 2. C. de Hæret. add. l. 12. ib. & N[illegible] 109. princ.

(3) Seſſ. XXV. c. 2. de reform.

(4) S. Auguſtin. Ep. 223. adde Epiſt. III. Innocen[illegible] I. n. 4. Couſtant. in Epiſt. Rom. PP. p. 763.

(5) S. Auguſtin. Ep. 164. prope fin.

(6) Idem Epiſt. 223.

§. CCCXX.

Ex fine inſtitutionis ſuæ & mediis ad eum fi[illegible] comparatis Eccleſia *ſancta* eſt; nam & *Ieſus, ut* [illegible] *ctificaret per ſuum ſanguinem populum, - - paſſus* [illegible] (1) & diſceſſurus e mundo ſpiritum ſanctitatis, [illegible] veritatis diſcipulis ſuis appromiſit: *Ego rogabo* [illegible] *trem, & alium paraclitum dabit vobis; ut maneat* [illegible] *biſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mun*[illegible] *non poteſt accipere*; (2) *Hæc locutus ſum vobis apud* [illegible] *manens; paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mi*[illegible] *pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſugg*[illegible] *vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* (3) Sanctit[illegible] iſtius ſplendor luculentiſſime effulget, 1. in doc[illegible]na fidei & morum, 2. in vita ac morte eminent[illegible]rum Eccleſiæ membrorum, 3. in gloria miracu[illegible]

ru[illegible]

atque de his annotabimus, quæ accommodabuntur præſenti inſtituto.

Sanctitas doctrinæ pertinet ad dogmata fidei, ad mores, conſilia evangelica, diſciplinam Eccleſiæ. Inde ratio pendet tot conſtitutionum Eccleſiæ, quibus theſes naturali honeſtati morum repugnantes damnat, ac configit: tot Canonum de ſanctis ſancte tractandis, de vita & honeſtate Clericorum, de cœlibatu, de primævo ſpiritu conſervando in religioſis ordinibus: indidem provenere differentiæ nonnullæ iuris ſacri, & profani; nam *omni conſtitutioni & conſuetudini derogandum eſt, quæ absque peccato mortali non poteſt obſervari.* (4) Imo Eccleſia, cum regi ſe a Spiritu ſancto etiam in conſtituenda diſciplina, quantumvis variabili non ignoret, incuſſo anathemate damnat eos, qui ritus, conſuetudines, ceremonias, quæque iſtiusmodi ſunt, ad diſciplinam pertinentia tanquam mala, inepta, iuri divino repugnantia impugnare, & pro libito reiicere audent. (5)

Sanctitatem Eccleſiæ teſtatam faciunt, & maximopere commendant virtutes præclaræ Apoſtolorum, totque Martyrum, Confeſſorum, Anachoretarum, Virginum, aliorumque innumerabilium evangelicæ perfectionis ſtudioſiſſimorum; hinc præcipuo ſemper loco univerſa Eccleſia habuit Religioſos utriusque ſexus, quorum virtutes, ac merita ſummo eidem ornamento & adiumento extitere. Quanta, Deum immortalem, & cœcitate, & ſuperbia laborent, neceſſe eſt, ii, qui opinationes ſuas ſenſui conſtanti totius retro ſacræ antiquitatis anteferre non verentur!

Quando de gloria miraculorum ſermo incidit, obmuteſcere coguntur ſectæ omnes, nec quo ſe verſant, habent. Illud animadverſione dignum, ex inſtitutis Religioſorum ac Monialium maximum prodiiſſe hominum ſanctorum numerum, quorum cœleſtem vitam, ſanctiſſimamque mortem apertiſſimis prodigiis Deus illuſtravit, & illuſtrare non ceſſat. Dein plurima ex omni memoria proferri miracula poſſunt in confirmationem eorum ipſorum dogmatum, quibus Novatores maxime adverſantur. Atque hæc & ſan-

ſanctitatis & miraculorum lux, cum non poſſit r
incurrere in oculos, eo maioris momenti eſt, qu
docti æque ac rudes ita apud ſe iure ſtatuant,
præ ceteris fidei, religioni, eccleſiæ adhærend
eſſe, quæ tot homines ſanctos, Deo caros, prodi
celebres peperit, educavit, ad perfectionem addu
Conſtat ex indubitatis monumentis, eandem ipſ
quam Eccleſia Romano-Catholica profitetur, fidem
nuiſſe, eadem fidei capita, quæ a Novatoribus re
diantur, probaſſe, ſecutos eſſe, moribus, doctri
ſæpe etiam ſanguine confirmaſſe: iidem perpetuo,
miſſimeque adhæſere apoſtolicæ Sedi, & ſanctæ R
manæ Eccleſiæ, aliarum Eccleſiarum matri ac ma
ſtræ: iidem religioſa inſtituta, ieiunia, carnis ma
rationem maximi fecere: iidem denique venerati
reliquiarum, cultui imaginum, pietatique erga co
tes, qui præceſſerant, atque inprimis erga ſanct
mam atque immaculatam Dei Matrem addictiſſimi f
re. Hæc expendens, cum homines novos nov
promittentes doctrinæ lucem conſpiciet, dicet c
Guerrico Abbate: *Optimum eſt, noſtræque infirmi*
congruum illuminationis initium, ſi intendamus in
qui illuminati ſunt - - ſi præcedentium patrum ſeq
mur lumen prævium. (6)

(1) Hebr. XIII. 12.

(2) Ioan. XIV. 16. 17.

(3) Ib. v. 25. 26.

(4) c. fin. de Præſcript.

(5) Duo hic adnotanda ſunt, unum de doctrina f
alterum de diſciplina. *Theologi noſtri, quando notam*
ctitatis recentioribus ſectis, quæ ab Eccleſia Romano-
tholica defecerunt, convenire negant, oſtendere ſolent do
nas a recentioribus ſectis propugnatas dudum ab Ecc
Catholica reiectas, & in antiquis ſectariis damnatas fu
Hinc veterum Hæreticorum & hæreſum memorias inquir
atque in lucem proferunt. Id ægre fert Leyſerus ICtus P
teſtanticus, qui ad Pandectas vol. 8. ſpecim. 566. in co
ita commentatur: „*Credunt multi, nullam hodie naſci h*
„*reſim, cuius veſtigium non iam in primorum Chriſtia*
„*rum annalibus reperiatur; ego vero aliquot errores n*

[..]rdor, qui veteribus hæreticis nunquam in mentem ve[..]nt. Catalogum hæreticorum, quem ius canonicum c. [..]XXIV. q. 3. *nectit, cordatus nemo probabit. Multi in [..]ecenſentur teſtes veritatis, aut ſaltem in innoxiis [..]ibus a communi opinione recedentes. Non minus ri[..]um eſt ſupplementum eius catalogi a Carolo Meichel[..] Tom. II. Hiſtoriæ Friſingenſis inſertum, nomina hære[..]um, qui a Luthero originem trahant, complexum."* [..]eyſerus. *At enim etſi novæ errorum abſurditates ex[..]ri a recentioribus poſſint, de quibus nihil in mentem [..]antiquis Sectariis, ſatis eſt ad eorum anticipatam dam[..]em, ſi in cumulo ſuorum articulorum vel unum defen[..] quem Eccleſia diu ante reiecit. Fallacia commenta[..] Leyſerianæ in eo eſt, quod a quæſtione facti tranſeat [..]ad quæſtionem iuris. Quæſtio facti eſt, an doctrinæ ar[..] idem, quem recentiores Sectarii propugnant, ab ali[..]terum Sectariorum & propugnatus fuerit, & ab Ec[..]catholica iam olim damnatus. At vero quæſtio iuris [..] iidem, qui in citato Canone ex Iſidoro Hiſpalenſi re[..]ur, hæretici revera fuerint, an potius teſtes veritatis [..] capitibus innoxiis a communi opinione recedentes*, uti [..]us ait. *Homini Catholico ad repudiandam ac dam[..]m quandam opinionem ſatis eſt, ſi norit, eam ab [..] catholica repudiatam ac damnatam fuiſſe. Ita enim [..] noſtrum ex mente SS. Concilii Tridentini in formula [..]rofitetur: „Contraria omnia, atque hæreſes quaſcun[..]ab eccleſia damnatas, reiectas & anathematizatas, ego [..]er damno, reiicio, & anathematizo."* Nunc etiam [..]ciplina Eccleſiæ, eiusque ſanctitate agnoſcenda ex[..] afferenda ſunt. *Fuere tempore Concilii Conſtantienſis, [..]ſuetudinem Euchariſtiæ ſub una ſpecie panis, & a ie[..]umendæ tanquam ſacrilegam damnarent;* de quibus [..]ium Seſſ. XIII. ita definit: *„Cum huiusmodi con[..]do ab Eccleſia & SS. Patribus rationabiliter introdu[..] & diutiſſime obſervata ſit, ea habenda eſt pro lege, [..] non licet reprobare, aut ſine Eccleſiæ auctoritate pro [..] mutare. Quapropter dicere, quod hanc conſuetudi[..] aut legem obſervare, ſit ſacrilegum aut illicitum, cen[..] debet erroneum, & pertinaciter aſſerentes oppoſitum [..]iſſorum, tanquam hæretici arcendi ſunt, & graviter [..]ndi per Diœceſanos - - iuxta canonicas & legitimas [..]ones in favorem catholicæ fidei contra hæreticos, & [..] fautores ſalubriter adinventas."* Similia exempla [..] in SS. Concilio Tridentino Seſſ. XXII. Can. 9. Seſſ. XXIV.

XXIV. Can. 11. Seſſ. VII. Can. 13. de Sacramentis in ge-
re. In his ſæpenumero locum habet celebre effatum
Auguſtini: *inſolentiſſimæ inſaniæ eſt, diſputare, an faci-
dum ſit, quod univerſa frequentat Eccleſia.*

(6) Serm. II. de Epiphan. prope fin.

§. CCCXXI.

Eccleſia *catholica* eſt, & nominatur inde ab an-
tiquiſſimis temporibus, quia per totum orbem ter-
rarum diffunditur. Ea diffuſio & *ſucceſſiva* eſt; quo-
niam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pa-
ti - - & prædicari in nomine eius pœnitentiam &
remiſſionem peccatorum in omnes gentes *incipien-
bus* ab Ieroſolyma; (1) & *permanens*, quia eccleſia
gentem multitudinem orthodoxorum, longe
maiorem, ac aliæ ſectæ Chriſtianorum comple-
tur. Hac tam perſpicua nota iam inde a Prop-
tis, atque in pſalmis eccleſiam deſignatam, ac
luti intento digito demonſtratam fuiſſe innum-
Scripturæ locis conſtat. Memorabile inprimis
vaticinium Malachiæ: *Non eſt mihi voluntas in vo-
dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam
manu veſtra. Ab ortu enim ſolis usque ad occaſu-
magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni
ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.*
Ex his inferes:

(*a*) Cum Deus ipſe & catholicam eſſe Eccleſiam vo-
rit, & ſimul frequentes ab Eccleſia defectiones, ſc-
mata ac hæreſes prædixerit, hanc *univerſalitatem*
cundum Dei conſilia non mathematice, ſed mo-
ter ſumendam eſſe.

b Multo minus eadem univerſalitas ex fide & numero ſummorum Imperantium pendet; cum ante converſionem Imperatorum ad fidem catholicam Eccleſia catholica & fuerit, & habita ſit a Chriſtianis etiam iis, qui defecerant ab eadem.

c Ex eadem ratione nec catholica, adeoque nec Chriſti Eccleſia cenſeri poteſt factio hominum Eccleſiæ rebellium, uno terræ tractu vel angulo foventium diſceſſionem ſuam & contumaciam, qua contra catholicam ſeſe extollunt Eccleſiam. Ipſi tamen hi Schiſmatici & Hæretici, etſi maxime inviti, teſtimonium dant catholicæ Eccleſiæ; neque enim avelli a corpore Chriſti potuiſſent, neque ex ſinu Eccleſiæ eius, ſi nulla ibidem extitiſſet Eccleſia. Rami aridi indicio ſunt arboris, ex qua deciſi ſunt. Nec ſolum re, ſed verbis quoque patrocinari coguntur veritati; nam, ut S. Auguſtinus ait, *nomen catholicæ inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, ut, cum omnes Hæretici ſe Catholicos dici velint: quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad catholicam conveniatur, nullius hæreticorum vel baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere.* (3)

(1) Luc. XXIV. 46. 47.

(2) Malach. I. 10. 11. Ubi Calmetus in commentario literali in hunc modum annotat: „*Hebræa vox, quæ hic redditur*, oblatio munda, *proprie ſignificat tritici, ſimilæ, & vini oblationes, quæ in ſacro altari fiebant; veluti ... ulentius etiam panem vinumque deſignet, quæ materia conſecrationis corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti ſunt.*“

(3) L. contra epiſtol. fundamenti. c. 4.

§. CCCXXII.

Apoſtolica vocatur Eccleſia tum a doctrina, tum poteſtate ordinis ac iurisdictionis, inde ab Apoſtolis derivata, ac ſerie non interrupta perpetuo propagata; ſecus enim non intelligitur, quomodo fideles *ſuperædificati ſint ſuper fundamentum Apoſtolo-*

rum, (1) *& tota Eccleſia ædificata ſuper Petram* ! *Petrum.* (2) Nempe *Apoſtoli Eccleſias apud una* *quamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fi* *& ſemina doctrinæ, ceteræ exinde Eccleſiæ mutua* *ſunt, & quotidie mutuantur, ut Eccleſiæ fiant; ac p* *hoc & ipſæ apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles apoſto* *carum Eccleſiarum.* (3) Duplex ergo eſt apoſtoli originis ratio: altera ad doctrinam, altera ad po ſtatem pertinet.

(*a*) De apoſtolica origine doctrinæ neceſſe eſt, fidem dogmata, quæque ad neceſſariam morum honeſtat aut ius divinum poſitivum pertinent, diſtingui a ſciplina variabili, quæ pro temporum ratione a eſſe poteſt, ac Apoſtolorum ætate fuerat. Ad fid pertinent ea Pauli verba: *Sunt aliqui, qui vos co turbant, & volunt convertere evangelium Chriſti. S licet nos aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, pr terquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.* (Ad morum honeſtatem & ius divinum referri debe ea, quæ ad Corinthios idem perſcripſit: *neque fo nicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, nec molles - - regnum Dei poſſidebunt.* (5) *Iis, qui m trimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Domin uxorem a viro non diſcedere.* (6) His nihil addi, n hil demi poteſt: una declaratio, quam authentic Eccleſia facit ex promiſſa aſſiſtentia Spiritus ſanct locum in illis habet, uti Paulus, qui Timotheum c cumcidit, id non malum tum quidem cenſuit, ad ſalutem eſſe neceſſarium ita pernegavit, ut dicer *ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.* (7) diſciplinam reſpexit Apoſtolus, cum ſcriberet: *ce ra autem, cum venero, diſponam.* (8) Aut cum Ap ſtoli præciperent fidelibus: *ut abſtineatis vos ab i molatis ſimulacrorum & ſanguine & ſuffocato.* (9)

(*b*) De apoſtolica origine poteſtatis ſacræ, inprimis quide poteſtas *ordinis* eadem in Epiſcopis eſt, ac Apoſto fuerat, nec eandem quisquam aut tenet, aut alte

co

conferre poteſt, qui non a quodam Apoſtolo propagatione ac ſerie nusquam interrupta acceperit. De poteſtate iurisdictionis, quatenus Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſint, infra dicemus; nunc illud ſtatuendum, ei, qui officio ſacro in Eccleſia defungi legitime velit, neceſſariam eſſe miſſionem, iſtamque aut *ordinariam* eſſe, quæ a legitimis fit Eccleſiæ Prælatis, aut *extraordinariam*, quam a Deo provenire non indubitatis ſignis & prodigiis comprobari debet. Qui neutram exhibet, pro Miniſtro Eccleſiæ, vel Dei haberi nequit. *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* (10) *nec quisquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron.* (11) Atque id quidem magnopere docendi ſunt Fideles, & a quovis noſtrum hac præſertim ætate ſolerter expendendum eſt; *ut non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris.* (12) Ad hunc eundem finem eæ, quas adhuc recenſuimus, notæ, quibus Chriſti ſponſa a meretricibus diſtinguitur, ſumma diligentia conſiderandæ, atque animo infigendæ ſunt, ut cum Auguſtino de veritate perſpicue quisque convictus dicere queat: „In Eccleſia catholica, ut omittam ſin„ceriſſimam ſapientiam, ad cuius cognitionem pauci „ſpirituales in hac vita perveniunt; - - ceteram quip„pe turbam non intelligendi vivacitas, ſed credendi „ſimplicitas tutiſſimam facit. Ut ergo hanc omittam „ſapientiam, quam in Eccleſia eſſe catholica non cre„ditis, multa ſunt alia, quæ in eius gremio me iuſtiſ„ſime teneant. Tenet conſenſio populorum atque gen„tium: tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nu„trita, caritate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa „Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas poſt „reſurrectionem Dominus commendavit, usque ad „præſentem epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum; tenet „poſtremo ipſum catholicæ nomen." (13)

1) Epheſ. II. 20.

2) Matth. XVI. 18.

3) Tertullian. de Præſcript. c. 20.

4) Gal. I. 7. 8.

5) I. Cor. VI. 9. 10.

(6) Ibid. VII. 10.
(7) Gal. V. 2. & Act. XV. 28.
(8) I. Cor. XI. 34.
(9) Act. XV. 29.
(10) Rom. X. 15.
(11) Hebr. V. 14.
(12) Epheſ. IV. 14.
(13) S. Auguſtin. contra epiſt. fundamenti. c. 4.

CAPUT II.

Secundum conſilia divinæ ſapientiæ & promiſſiones Chriſti Eccleſia usque ad finem mundi permanebit Una, Sancta, Catholica & Apoſtolica, etſi graviſſimis nullo non tempore afflicta ſit, & affligatur vexationibus.

ARGUMENTUM.

§. *CCCXXIII. Eccleſia ſemper impugnatur, nunquam expugnatur. CCCXXIV. Conſectaria huius veritat... CCCXXV. Indefectibilis ergo eſt paſſive & active.*

§. CCCXXIII.

Duas maximi momenti veritates de Eccleſia a ... inſtituta prænunciavit divinus Servator, eandem ... mirum ab hoſtibus identidem oppugnatum iri inſ... gante diabolo; at nunquam expugnandam eſſe, ſi... permanſuram perpetuo ſuam, ac in ſua tutela. ... innumeris locis ſacri codicis teſtatum ſit; maxim... perſpicuum illud eſt, quo Eccleſiam ſuam ſupra p... tram a ſe ſic ædificandam promiſit, ut portæ infe... nunquam prævaliture ſint, quaſi ad inſultus inf... roru

rum ſuſtinendos, ac frangendos unice conſtituta
ue ædificata eſſet: *ſuper hanc petram ædificabo Ec-
ſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus
ea.* (1) *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus usque
conſummationem ſeculi.* (2) Ipſo Apoſtolorum ævo,
et conſpicuis abundaret donis divini Spiritus, &
iſſimis prodigiis; tamen & fœdiſſima flagitia,
enſiones, ſchiſmata, hæreſes erupiſſe conſtat,
ab iisdem verbo, ac ſcripto, magnoque labo-
corrigi, & coerceri debebant; ſed idem ita fu-
um eſſe fideles monuerunt: *oportet & hæreſes eſſe,
qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* (3) In-
eſt, hanc Eccleſiæ ſortem noſſe, ac probe ex-
dere, nequis præſentibus, quas videt, calamita-
s territus animum deſpondeat, aut commoveri
atiatur.

(1) Myſteriorum religionis ſublimitas, & obſcuritas Scripturæ, humani ingenii levitas, faſtusque, naturæ corruptio, qua homines cupiditates ſuas cohiberi ægre ferunt, non potuit non occaſionem præbere diſſenſionibus, erroribus, defectionibus a vera Eccleſia. *Adulterantes verbum Dei* memorat Paulus; (4) de cuius epiſtolis Petrus ait, eum loqui de *his*, *in quibus ſunt quædam difficilia intellectu*, *quæ indocti & inſtabiles deprvant*, *ſicut & ceteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* (5)

(2) Mileti agens Paulus, cum ex diſtrictu Epheſino Epiſcopos ad ſe convocaſſet exhortandi cauſa, *ex vobis ipſis*, inquiebat, *exurgent viri loquentes perverſa*, *ut abducant diſcipulos poſt ſe.* (6) Conſtat ex apocalypſeos C. III. & IV. quem in modum Angeli Eccleſiarum Aſiæ admoniti & obiurgati ſint. Ac ſi Romanam Eccleſiam excipias, ad quam teſte Cypriano perfidia non habet acceſſum, exploratum eſt, reli-

quas Eccleſias ab Apoſtolis fundatas omnes, aut præ omnes a vera fide defeciſſe.

(*c*) Chriſtus inferorum portas nominat, quæ contra Eccleſiam pugnaturæ, at nunquam prævalituræ eſſent; eo nomine homines impii, contumaces, hæretici, hypocritæ veniunt, *pſeudoapoſtoli*, ut Paulus inquit, *operarii ſubdoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti: & non mirum; ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.* (7) Ad immiſſiones per Angelos malos Innocentius Papa III. refert ea, quæ a nonnullis Eccleſiæ hoſtibus eum in finem dicuntur, & ſcribuntur, ut poteſtatem Principum politicorum contra Rectores Eccleſiæ incitent, commoveantque. (8)

(*d*) Multi contra Eccleſiam inſurgunt nimio libertatis amore, quam intra limites contineri evangelicæ veritate moleſte ferunt: alii cupiditate lucri conci ſe ſinunt, ut ſanæ doctrinæ vim inferant. Alii conſcientiæ ſuæ morſibus depravatis principiis, ipſaque excuſſa fide mederi volunt: alii famam aucupantur novitate opinionum, contemtu proborum Doctorum, nova philoſophia, ſeu philoſophici iuris luce, ut aiunt, hominibus obtruſa. Neque vero iſtiusmodi homines a veritate catholicæ Eccleſiæ diſcedere ſatis habent, niſi & alios in errorem impellant. (9) Has aliasque id genus velut tempeſtates, quibus agitanda eſſet navicula Petri, divinus Servator & diſtincte prænunciavit, & memoria retineri voluit, *ut, cum venerit hora, eorum reminiſcamini; quia ego dixi vobis.* (10)

(1) Matth. XVI. 18.

(2) Matth. XXVIII. v. ult. adde I. Tim. III. 15. II. Tim. II. 19. Ioan. XIV. 16.

(3) I. Cor. XI. 19. Id divinus ipſe Servator prædixerat: *Væ mundo a ſcandalis; neceſſe eſt enim, ut veniant ſcandala.* Matth. XVIII. 7. *Si grave eſt, quodvis in peccatum alios impellere; quanto gravius, abducere a religione & eccleſia; ipſumque ſalutis fundamentum ſubvertere?*

(4)

(4) II. Cor. II. 17.

(5) II. Petr. III. 16.

(6) Act. XX. 30.

(7) II. Cor. XI. 13. add. Matth. VII. 15. & Bullam Cle-
nentis P. XI. editam a. 1713. 8. Sept.

(8) c. novit ille. 13. in parte deciſ. de Iudiciis. *Con-
ra iſtiusmodi adverſariorum molimina dudum conqueſtus eſt
S. Ambroſius de Baſilicis non tradendis : ſemperus de Cæ-
are ſervulis Dei invidia commovetur, & hoc ad calumniam
ibi arceſſit impietas, quod imperiale nomen obtendat. Idem
S. Pater Compendium iuris eccleſiaſtici publici, quale hodie
quibusdam protruditur, tanquam res nova ac digna ſeculi
noſtri luce, indicavit paucis verbis, haud tamen approba-
it: „Allegatur: Imperatori licere omnia, ipſius eſſe univer-
ſa."* c. Convenior. 21. §. 4. XXIII. q. VIII.

(9) Loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt
ſe. Act. XX. 30. Seductores errantes, & in errorem mit-
entes. II. Tim. III. 13. *Docentes, quæ non oportet turpis lu-
ri cauſa.* Tit. I. 11.

(10) Ioann. XVI. 4.

§. CCCXXIV.

Prænunciatio calamitatum Eccleſiæ Chriſti iden-
idem incumbentium, unaque promiſſa a Chriſto
rmitas, ſeu indefectibilitas eiusdem ſaluberrima in
: continent documenta, tanquam confectaria, ad
iusdem Eccleſiæ naturam intimius noſcendam per-
idonea. Eorum præcipua hic attexam totidem ver-
is, quibus a Leone M. propoſita ſunt in literis ad
Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum datis anno
58 vel 459. Moleſtiis officii epiſcopalis, & adver-
is Eccleſiæ rebus perturbatus renunciare muneri ſuo
ogitabat, ſed a ſancto Pontifice doctus eſt, a) ob

calamitates Eccleſiæ non eſſe decedendum de officio; b) Etiam pacificis Eccleſiæ temporibus non deeſſe res adverſas; c) Nihil ſine Chriſto: omnia per Chriſtum homines poſſe; d) Promiſſorum Chriſti veritatem non infirmitate humana, ſed ope divinæ gratiæ niti. Quæ quidem hisce verbis a ſummo Pontifice ac Doctore enunciata ſunt: (1)

(*a*) „Miror dilectionem tuam in tantum ſcandalorum un„cunque occaſione naſcentium adverſitate turbari, „ut vacationem ab Epiſcopatus laboribus præoptare „te dicas, & malle in ſilentio, atque otio vitam de„gere, quam in his, quæ tibi commiſſa ſunt, per„manere. Dicente vero Domino: *beatus, qui per„ſeveraverit usque in finem:* unde erit beata perſeve„rantia, niſi de virtute patientiæ? nam ſecundum „apoſtolicam prædicationem, *omnes, qui voluerint in „Chriſto pie vivere, perſecutionem patientur.*

(*b*) „Quæ (*perſecutio*) non in eo tantum computanda eſt, „quod contra chriſtianam pietatem aut ferro aut igni„bus agitur, aut quibuscunque ſuppliciis; cum perſe„cutionum ſævitiam ſuppleant & diſſimilitudines mo„rum, & contumaciæ inobedientium, & malignan„tium tela linguarum: quibus conflictationibus cum „omnia ſemper membra pulſentur, & nulla piorum „portio a tentatione ſit libera, ita, ut periculis nec „otia careant, nec labores: quis inter fluctus maris „navim diriget, ſi gubernator abſcedat? quis ab in„ſidiis luporum oves cuſtodiet, ſi paſtoris cura non „vigilet? quis denique latronibus obſiſtet & furibus, „ſi ſpeculatorem in proſpectu explorationis locatum „ab intentione ſolicitudinis amor quietis abducat? „Permanendum ergo eſt in opere credito, & in la„bore ſuſcepto. Conſtanter tenenda eſt iuſtitia, & „benigne præſtanda clementia; odio habeantur pec„cata, non homines. Corripiantur tumidi, toleren„tur infirmi: & quod in peccatis ſeverius caſtigari „neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed me„dentis.

c) „Ac ſi vehementior tribulatio incubuerit, non ita ex-
„paveſcamus, quaſi illi adverſitati propriis viribus re-
„ſiſtendo, cum & conſilium noſtrum, & fortitudo ſit
„Chriſtus, ac ſine quo nihil poſſumus, per ipſum cun-
„cta poſſimus:

d) „Qui confirmans prædicatores Evangelii & Sacra-
„mentorum Miniſtros, *Ecce ego*, inquit, *vobiſcum*
„*ſum omnibus diebus usque ad conſummationem ſeculi.*
„Et iterum, *hæc*, inquit, *locutus ſum vobis, ut in*
„*me pacem habeatis; in hoc autem mundo tribulatio-*
„*nem habebitis; ſed bono animo eſtote; quia ego vici*
„*mundum.* Quæ pollicitationes, quia ſine dubio ma-
„nifeſtæ ſunt, nullis debemus ſcandalis infirmari: ne
„electioni Dei videamur ingrati, cuius tam potentia
„ſunt adiutoria, quam vera promiſſa."

(1) Tom. I. Op. S. Leonis M. Edit. Venet. Epiſt. 167.
m prævio monito Balleriniorum contra Quesnellum.

§. CCCXXV.

Quando Eccleſiam non obſtantibus inferorum
ſultibus, hominumque impiorum conatibus ſingu-
i promiſſione, gratiaque Chriſti ſemper unam,
ıctam, catholicam & apoſtolicam permanſuram
gitamus, eandem *indefectibilem paſſive* intelligimus.
dum eidem a Chriſto collata eſſe cogitatur au-
ritas per ſe ſufficiens, & a promiſſa aſſiſtentia Spi-
us ſancti proveniens, qua unitatem, ſanctitatem,
iverſalitatem & apoſtolicam doctrinæ, ac ſacer-
tii derivationem conſervet; qua infallibili iudicio
rum a falſo, honeſtum a turpi, paſcua ſalubria a
ıenatis diſcernat, ac diiudicet, eo ſenſu eidem *in-*
ectibilitas activa attributa, propriaque facta eſt.
ıeologi ex ſcriptura & traditione invicte demon-

 ſtrant,

ſtrant, Eccleſiam eſſe iudicem infallibilem in defi-
niendis controverſiis fidei ac morum; quo ſublato
religionis fundamento totum ædificium vacillat n-
quam ſupra arenam, non petram ædificatum, a,
ut nullibi firmo pede conſiſtere quisquam poſit.
Huic inconcuſſo dogmati reſpondent confecta,
& animadverſiones maximi momenti:

(*a*) In Eccleſia extat poteſtas & auctoritas attrah-
ad unitatem fideles, eosque continendi in unita-
dei, & communionis; ei poteſtati reſpondet eo-
dem certiſſima obligatio. Ecceleſiæ obtemperand-
propoſitæ definitioni præſtandi aſſenſum etiam i-
num, qui ex iure naturali revelationi divinæ -
tus eſt: revelationem autem divinam infallib-
proponit Eccleſia.

(*b*) Hinc iure factum eſt inde ab Apoſtolorum te-
ribus, ut pro hæreticis & a corpore Chriſti p-
ſis haberentur, qui errores clare damnatos ab E-
ſia tuerentur; eamque inerrantiæ prærogativam -
cleſia exhibuit perpetua, ac perſpicua praxi.

(*c*) Cum Eccleſia ſancta ſit, & ſponſa Chriſti iure -
cupetur, neceſſe eſt, ut, quid in cultu Dei ſ-
ſtitioſum ac vanum ſit, ab eo, quod iuſtum & -
ctum eſt, diſcernat, itemque ſuos doceat: d-
ut in ſe contineat medium, quo quisque fide-
catholicæ Eccleſiæ adhærere ſe certo cognoſcat -
de apoſtolica origine doctrinæ & ſacerdotii ple-
me convincatur.

(*d*) Quia myſteria divinitatis ac religionis humanun-
ptum longe ſuperant, neceſſarium non eſt, a-
quidem fieri omnino poteſt, ut ratione con-
hendantur; rationis ergo officium in eo eſt, -
veritas Eccleſiæ ex indiciis ac notis indagetur -
perſpiciatur; tum vero dogmata ab Eccleſia F-
bus propoſita firmiſſimo arripiantur, teneantur -
aſſenſu. *Auctoritati credere*, inquit S. August-

(1) *magnum compendium eſt, & nullus labor.* Nec vero pro multo maxima hominum parte alia diſcendi via poterat deſignari.

(1) De quantitate animæ. C. 7.

CAPUT III.

hunc finem, ut Eccleſia ſit, maneatque Una, Sancta, atholica & Apoſtolica, a Chriſto inſtituta eſt poteſtas ſacra, & imperium ſacrum.

ARGUMENTUM.

CCCXXVI. Electio Apoſtolorum & Petri. CCCXXVII. Inſtitutio ſupremi Capitis in Eccleſia, CCCXXVIII. deſignata Matth. 16. CCCXXIX. & Luc. 22. CCCXXX. peracta Ioan. 21. CCCXXXI. Inſtitutio Apoſtolatus. CCCXXXII. Eius functiones. CCCXXXIII. Chriſtus non omnia determinavit. CCCXXXIV. Apoſtoli determinant politiam ſacram. CCCXXXV. Eligunt Miniſtros & Succeſſores. CCCXXXVI. Agunt conventus. CCCXXXVII. Curam aliquam temporalium habent. CCCXXXVIII. cuncta agunt ad finem Eccleſiæ.

§. CCCXXVI.

Altero iam prædicationis anno, cum multis lo- cœleſtes veritates docuiſſet divinus Servator, ltosque paulatim diſcipulos adlegiſſet, ſtatus & erii publici fundamenta iecit, nec ſine ſolemni- ; *exiit* enim *in montem orare; & erat pernoıs in oratione Dei; & cum dies factus eſſet, voca- diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis, quos Apoſtolos nominavit, Simonem, quem cognominavit rum, & Andream &c.* (1) Hos duodecim Chriſtus

ſtus a ſua cuiusque vocatione præ ceteris inſtruit rebusque a ſe geſtis intereſſe voluit, ut deinceps teſtes earundem coram univerſo mundo eſſe poſſent: *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem - - & usque ad ultimum terræ.* (2) Hinc in locum Iudæ non alius poſtmodum ſubſtitui potuit, quam qui ſimili teſtimonio dando par eſſet. (3) Ceterum ad hoc munus vocavit Dominus, *quos voluit ipſe.* (4) Nam, ut obſervavi §. LXXI. in arbitrio ac poteſtate ſolius Dei eſt, definire modum, aut conſtituere nuncios, per quos voluntatem, & veritates a ſe revelatas notas facere hominibus velit, neque exigere quisquam poteſt, ut ſibimet loquatur Deus, aut portenta oculis ſuis exhibeat. Sed in prima hac ſacri imperii inſtitutione duo obſervanda ſunt maxime:

(*a*) Ex omni diſcipulorum numero ſeligit ac ſegregat *duodecim* eosque *Apoſtolos* nominat nondum Epiſcopos eo tempore a ſe conſecratos; nec vero, etſi poſt ea charactere epiſcopali donavit, id poſcebat munus apoſtolatus, quæ in miſſione ac functione prædicandi evangelii, veritatesque evangelicas, ſi opus eſſet, prodigiis confirmandi ſita eſt.

(*b*) Uti ex diſcipulis Apoſtoli deliguntur, ſic ex Apoſtolis deligitur *unus*, tanquam primus, & caput reliquorum, eique ſingulare nomen *Petri* ſeu *petræ* inditur; quo quidem modo myſterium Unitatis inchoatum fuit, paulo poſt perficiendum.

(1) Luc. VI. 12. 13. 14.

(2) Act. I. 8.

(3) Ibid. v. 21. 22.

(4) Marc. III. 13.

§. CCCXXIII.

§. CCCXXVII.

Segregato duodenario numero ex diſcipulorum ıltitudine, & Petro ex duodecim apoſtolis delecto :em fundamentalem publici Eccleſiæ ſtatus poſuit ɔminus. Hæc lex in eo collocata eſt, ut totius :poris conſtitueretur unum caput viſibile, quod ınia membra in unitatem fidei & caritatis attra:et, & in ea contineret; ſive ut totius ædificii ıſpicuum poneretur fundamentum, cui ſingulæ univerſæ illius partes imponerentur, ac ſtabiliter ærerent, aut denique (ut de ſacro codice nihil :termittamus in hac re) ut univerſo gregi unus :eſſet paſtor in unitate fidei, ac communionis, :tque unus inter fratres, qui reliquos fratres gre- partem tenentes in fide & caritate confirmaret. itas fidei & caritatis per media naturæ hominum ommodata, nempe ea, quæ in ſenſus caderent, ıciliari primo debuit, & conſervari; hinc in no cœlorum ſupremum ac viſibile *caput* conſti:ur, cui claves regni traduntur: hinc ædificii *damentum* ponitur, cui omnis inædificatio inniti ·et: hinc univerſo gregi unus paſtor, isque ſumus præficitur: denique unus deligitur inter fra, qui gregis partem tenent, ut omnes in unitate ·i & caritatis ſua doctrina, exemplo, auctoritate poteſtate confirmet. Totum id in Petro inchoaı, ac veluti perfectum eſt, cum is in ſucceſſoıs ſuis unitatem fidei & caritatis ſeu communio-

nis

nis conſervare non ceſſet. Nihil igitur mirum, quod divinus Servator, cum rem tantam ac perpetuo no-ſuram aggrederetur, publicam, ac ſolemnem fidei profeſſionem, paremque caritatis teſtificationem ab eodem exegerit. Hæc inſtitutio ſupremi capitis & fundamenti, & univerſalis paſtoris, ac primi fratris maxime ad ius publicum Eccleſiaſticum pertinet; quapropter ex ſacro codice proferenda ſunt & quantum neceſſe eſt, illuſtranda teſtimonia indubitata eius inſtitutionis, & interpretatione authentica, quam una dat Eccleſiæ infallibilis auctoritas deinde confirmanda.

CCCXXVIII.

Initium eius inſtitutionis fit a fide in Chriſtum ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Eam Deus ſingulari gratia inſpiravit Petro, ut fides Eccleſiæ immota eſſet, ac digna, quæ tam admirabilis ædificii fundamentum fieret, utque ſolemni & immutabili confeſſione protraheretur in lucem. *Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt: alii Ioannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Ieſus: vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus, filius Dei vivi. Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Et ego di-*

tibi; quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. (1) Animadverte:

a) Cum Chriſtus myſterio unitatis in Eccleſia conſtitutæ extremam manum imponere vellet, ut inquit Boſſuetus, (2) non iam plures alloquitur. Petrum nominatim compellat, ac novo quidem, quo illum donarat, nomine compellat. Unus unum alloquitur; Chriſtus Ieſus Dei filius Simonem Ionæ filium; Ieſus Chriſtus, qui eſt vera petra, ac per ſeſe firma, Simonem, qui petra non eſt, niſi virtute, quam Chriſtus cum eo communicat. *Et ego*, inquit, *dico tibi: tu* es Petrus, & *ſuper hanc petram* ædificabo Eccleſiam meam - - *tibi* dabo claves regni cœlorum.

b) *Eccleſiam ſuam* Chriſtus ſuper hanc petram ædificandam dicit, & claves regni cœlorum Petro tradendas: unum eſt regnum cœlorum: una eſt Eccleſia, per totum orbem diffuſa, ſive catholica: quæ tota & univerſa ſupra petram ædificatur, eique velut fundamento innititur.

c) De clavibus regni cælorum in hunc modum commentatur Cl. Epiſcopus Nicolaus Coeffeteau. (3) „Vix ac ne vix quidem in animum induxerit ſanæ „mentis homo, Chriſtum tot, ut ita dicam, ceremo„niis circa Petrum uſum, ut efficeret nihil. Quid „igitur ſibi volebat ſplendor ille verborum: *& tibi „dabo claves regni cœlorum?* Sane quoties ſcriptura „utitur metaphora clavium, ſignificat poteſtatem, „non quamlibet, ſed eximiam quandam, ac ſingula„rem. Itaque cum apud Eſaiam vellet Deus ſigni„ficare, daturum ſe Eliacim ſummam auctoritatem in „aula regia, dixit: *Dabo clavem domus David ſuper „humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat, „& claudet, & non erit, qui aperiat.* (4) Hoc enim „de eximia quadam & ſingulari auctoritate ſcriptura inter-

„interpretata eſt. Et apud Lucam (5) Chriſtus: *Va* „*vobis, legisperitis, qui tuliſtis clavem ſcientiæ* id „eſt, qui vobis arrogatis ſummam auctoritatem in „pretandi ſcripturam. Et in Apocalypſi, ut Chr „indicaret, ſe unum habere poteſtatem vitæ & mo „& occidere poſſe, & ad vitam revocare, dixit ſe „habere *clavem mortis ac inferni*, (6) id eſt, ſumm „vitæ ac mortis poteſtatem & imperium. Et ru „ut indicaret, ſe eſſe omnium maximum in re „David, dixit, ſe habere *clavem domus David.* (7) „Ergo pari ratione hoc loco, cum ſit Petro dict „a Chriſto: *tibi dabo claves regni cœlorum*, ex „quoque ac ſingularis aliqua poteſtas Petro co „ceſſa eſt.“

(1) Matth. XVI. 13. ſeq.

(2) In oratione de unitate Eccleſiæ, ad publicum conventum habita.

(3) L. I. C. 7. in Apologetic. pro ſacra Monarchia ad ſus remp. Marc. Ant. de dominis.

(4) Iſa. XXII. 22.

(5) Luc. XI. 52.

(6) Apocal. I. 18.

(7) Ibid. III. 7.

§. CCCXXIX.

Fidei & unitatis inter fratres conſervandæ fir mentum in fide Petri conſtitutum a Chriſto fui non obſcure docet ea Servatoris aſſeveratio, ac p ceptio Petro facta in ultima cæna. Ait Domi *Simon, Simon, ecce ſatanas expetivit vos, ut cri ret ſicut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confi fratres tuos.* (1) Tria hic animadvertenda ſunt, ſtulatio ſatanæ de cribrandis apoſtolis: oratio C

, ne Petri fides deficeret, & cura ei delata confirmandi fratres.

a) Nulla fuit dæmoni adverſus apoſtolos poteſtas, niſi Deo permittente; quemadmodum de Iobo conſtat. (2) Metaphora ex tritici cribratione ducta mire exprimit diſcrimina, quibus ſervos ſuos periclitatur Deus, quo puriores & ſanctiores efficiat. Cribrandi vocabulum uſurpat Amos, ut Iudæorum ærumnas ac diſperſionem ſignificet: *Concutiam in omnibus gentibus domum Iſrael, ſicut concutitur triticum in cribro.* (3)

b) Cur pro Petro inprimis orat Chriſtus? Reſpondet S. Leo: *Commune erat omnibus apoſtolis periculum de tentatione formidinis; & divinæ protectionis auxilio pariter indigebant; quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere; & tamen ſpecialis a domino Petri cura ſuſcipitur, & pro Petri fide proprie ſupplicatur, tanquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.* (4) Vulnerata eſt Petri fides, cum negaret Chriſtum, non extincta; vivebat in mente fidei radix, ſtatimque per pœnitentiam refloruit, uti Calmetus ex Patribus obſervat in commentario huius loci. Ac tum quidem promiſſum potius ſummi principatus, quam principatum ipſum tenebat. *Petrus Eccleſiæ præponitur, poſtquam tentatus a diabolo eſt; ideoque ante ſignificat dominus, quid ſit illud, quod poſtea eum paſtorem elegit dominici gregis.* (5)

c) Officium confirmandi fratres in fide, Petro iniunctum apertius indicant ea verba: *converſus confirma fratres tuos*, quam ut declaratione egeant. Converſus Petrus ad bonam frugem, & ventilatus ſicut triticum, fit panis; qui *nobis eſſet alimentum* - - fit *æternæ vitæ & ſalutis alimentum*, ſubdit Ambroſius eodem loco. In hunc ſenſum & S. Bernardus ait: *Oportet ad veſtrum referre apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala emergentia in regno Dei, & præcipue, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror, ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi non poſſit fides ſentire defectum. Hæc quidem huius prærogativa ſedis. Cui enim alteri aliquando dictum eſt: ego pro te rogavi,*

Petre, ut non deficiat fides tua. Ergo quod ſequi... a Petri ſucceſſore exigitur: & tu aliquando conv... confirma fratres tuos. (6)

(1) Luc. XXII. 31. 32.

(2) Iob. I. 12. II. 6.

(3) Amos. IX. 9.

(4) Sermone LXXXIII. C. III. in Nat. Apoſt. Pet... Pauli. edit. Venet.

(5) S. Ambroſ. in Pſalm. XLIII. v. & inter gentes. p... finem.

(6) S. Bernard. Epiſt. 190. alias opuſculo XI. ad In... cent. II.

§. CCCXXX.

Hactenus dicta eo valent, ut in confeſſione d... edita a Petro, vel potius ut in ipſo Petro ob ... clarum fidei meritum unitas fidei, quam Eccl... Chriſto fundata profitetur, eſſe conſtituta intel... tur. Reliquum eſt, ut indicetur, quomodo ... caritatis ſeu communionis veluti commune cen... ſit a Chriſto deſignatus. Id contigit poſt reſurre... nem Servatoris, quando primatus, ac ſacer pri... patus Petro antea promiſſus reipſa collatus eſt. ... *tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis*, inqu... Ioannes, (1) *cum reſurrexiſſet a mortuis. Cum* ... *prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Io...* *diligis me plus his? Dicit ei: etiam domine, tu ...* *quia amo te. Dicit ei: paſce agnos meos. Dicit ei ite...* *Simon Ioannis diligis me? Ait illi: etiam Domine ...* *ſcis; quia amo te. Dicit ei: paſce agnos meos. ...* *ei tertio: Simon Ioannis amas me? Contriſtat...*

Pe...

trus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei: nine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. Dixit ei: ce oves meas. Amen, amen dico tibi, cum eſſes ior &c. Ita ſolemnis, atque iterata caritatis teicatio poſcebatur ab eo; quia omnes unitate fidei iunctos in caritatis & communionis unitatem ebat attrahere, atque in eadem continere. Tria pariter animadvertenda ſunt:

a) Verba Servatoris ad Petrum ſingulariter, ut ita dicam, ſive excluſis aliis apoſtolis, etſi præſentibus, tum quidem directa ſunt; quod palam fit, tum ex nomine Simonis Petri iterum, iterumque repetito, tum ex interrogationis vi: *diligis me plus his?* id eſt, plus, quam alii hic præſentes; denique ex prænunciato mortis genere, quod Petrum manebat præ aliis.

b) Ex uſu ſcripturæ verbum *paſcere*, non ad ſolam doctrinam vel inſtitutionem referri poteſt; cum idem locis plurimis auctoritatem & poteſtatem regendi, ac gubernandi ſignificet; uti cum Iſraelitæ ad Davidem dicerent: *Ecce nos os tuum & caro tua ſumus: ſed & heri & nudius tertius cum eſſet Saul rex ſuper nos: tu eras educens & reducens Iſrael: dixit autem dominus ad te: tu paſces populum meum Iſrael.* (2) Sic & Cyrus *paſtor* nominatur. (3)

c) Petro tanquam paſtori univerſus grex, omnes agni, omnes oves committuntur. *Habent Epiſcopi*, inquit S. Bernardus, *ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos: tibi univerſi crediti, uni unus, nec modo ovium, ſed & paſtorum tu unus omnium paſtor; unde id probem, quæris? ex verbo domini: paſce &c.* (4)

(1) Ioann. XXI. 14. ſeq.

(2) II. Reg. V. 1. 2.

(3) Iſa. XLIV. 28.

(4) L. III. de conſid. ad Eugen.

§. CCCXXXI.

Inſtitutionem ſacræ in Eccleſia poteſtatis & quidem ſupremæ ac univerſalis in Petro factam vidimus. Ordo poſcit, ut, quid poteſtatis a Christo ſit collatum in Apoſtolos, aliosque deſignatos miniſtros, videamus. Ac I. iidem cum Petro de & ex reliquo diſcipulorum numero, conſtituti ſunt Apoſtoli. (1) II. „In noviſſima dein cæna Deus ac Dominus noſter, qua nocte tradebatur, ut dilectæ „ſponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura „exigit, relinqueret ſacrificium - - corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo Patri „obtulit, ac ſub earundem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc *novi teſtamenti ſacerdotes* conſtituebat, ut ſumerent, tradidit, & eisdem, eorumque „in Sacerdotio ſucceſſoribus, ut offerrent, præcepit „per hæc verba: *hoc facite in meam commemorationem*, „uti ſemper catholica Eccleſia intellexit, & docuit." (2) III. Poſt reſurrectionem primo apparens *diſcipulis congregatis, ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus - - gaviſi ſunt diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflavit: & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* (3) Hanc quidem aut ſimilem poteſtatem duduum ante, ſed tamen poſt conſtitutum iam Petri primatum,

m, Apoſtolis promiſit Dominus: *Amen dico vobis' æcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in lo: & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſo- a & in cælo.* (4) IV. Denique ante glorioſam riſti aſcenſionem undecim diſcipuli abierunt in lilæam - - & accedens Ieſus locutus eſt eis, di- ns: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in ra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: do- ites eos ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis. ecce ego vobiscum ſum omnibus diebus, usque ad ıſummationem ſeculi.* (5) S. Marcus eadem narrans, nnulla addit: *Dixit eis: Euntes in mundum uni- ſum prædicate evangelium omni creaturæ. Qui cre- lerit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui vero non diderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui cre- lerint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eii- nt: linguis loquentur novis: ſerpentes tollent: & ſi rtiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros nus imponent, & bene habebunt. Et Dominus qui- n Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumtus eſt in lum, & ſedet a dextris Dei. Illi autem profecti edicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermo- n confirmante ſequentibus ſignis.* (6) V. Fideles di- ntur *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, Prophetarum.* (7) Et Eccleſiæ tanquam civitatis ıctæ *murus habet fundamenta duodecim, & in ipſis odecim nomina duodecim Apoſtolorum agni.* (8) De

 hac

hac Apoſtolis conceſſa poteſtate diligenter anim-
verti neceſſe eſt ſequentia.

(*a*) In hac Apoſtolatus inſtitutione ratio muneris epiſc lis & ratio Apoſtolatus cum extraordinariis iur ac donis coniuncta neceſſario diſtinguendæ ſunt diſtinguuntur ab ipſis Sectariis. (9) Extraordi fuerunt Apoſtolorum iura, ut quaquaverſus præd poſſent, baptizare, docere, & fundare Eccleſias conſtituere Epiſcopos; & præſcribere tum Epiſc a ſe conſtitutis, tum eorum ſubditis regulas vive quemadmodum ab Apoſtolo Paulo factitatum novi Acceſſit linguarum ac miraculorum donum, & ine tiæ privilegium, quo ſinguli Apoſtoli gaudeba diiudicanids iis, quæ ad fidem, moresque pertine (10) Hæc extraordinaria fuerunt, nec in ſucceſ neceſſario derivari debebant, cum eſſent propria temporis, quo divinus ſanguis pro redemtione minum effuſus cito ac in univerſo orbe uberes ctus proferre, & veritas religionis ex ipſa c amplaque diffuſione ac propagatione illuſtrari ac probari debuit. Ab hiſce ergo extraordinariis ſtolatus iuribus neceſſario ſegregandum eſt m epiſcopale, quod in Apoſtolis inſtitutum eſt, iis in alios deinceps ſerie non interrupta propaga

(*b*) Quæ Petro dicta ſunt a Chriſto domino, & in inſtituta iura ſacri Principatus, eadem ad Petrum fundamentum totius Eccleſiæ, qua Paſtorem univ lem & primum inter fratres, qui reliquos fratres firmare debebat, pertinebant; id, quod luce meri clarius ex ipſis verbis & adiunctis patet. At munia erant Petro cum reliquis Apoſtolis ea, hic commemorata ſunt iura & officia poteſtatis ſa neque enim, cum ea in Apoſtolos conferre Petrus aberat, neque in alium, alioſve magis, in Petrum cadebant. Unde perſpicua & incon ſequitur concluſio: Petrum quoad iura extraordi Apoſtolatus reliquis coæquatum fuiſſe, & reli Petro coæquatos. Qua non obſtante æqualitate manebat prærogativa, & integer ac ſalvus Petr matus, quo reliquis ſingulis & omnibus præ eſt: quo conſtitutus eſt fundamentum totius Eccl proindeque & Apoſtolorum, qui præcipua Ecc me

membra fuerant: quo factus eſt paſtor univerſalis: quo denique fratres confirmare in fide debuit; unde eidem ſingilatim poſt reſurrectionem ſuam Dominum apparuiſſe novimus. (11) Ex his non obſcure intelligitur, quomodo non obſtante æqualitate apoſtolici muneris ſingularis prærogativa, ſeu potius ſacer Petri principatus habuerit locum; *quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos*, ut inquit S. Leo. M. *in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut ceteris præemineret.* (12)

c) Etſi poteſtas collata in Apoſtolos & coniunctim in Petrum, dimittendi peccata, & retinendi, alligandi ac ſolvendi, ſit quædam poteſtas clavium, dicaturque a Catholicis omnibus; non tamen ea in ſacris literis *clavis* nomine exprimebatur, & magnopere differt a clavibus iam ante ſingilatim Petro commiſſis, quæ *claves regni cœlorum*, id eſt, totius Eccleſiæ nuncupantur, neque ſolam in ſingulos ſubditos poteſtatem, ſed ſacrum in univerſa Eccleſia principatum & imperium denotant. (13)

(1) §. CCCXXVI. (a)

(2) SS. Concil. Trid. Seſſ. XXII. C. 1. Doctrin. de Sacrio Miſſæ.

(3) Ioan. XX. a v. 19.

(4) Matth. XVIII. 18.

(5) Matth. ult.

(6) Marc. ult.

(7) Epheſ. II. 20.

(8) Apoc. XXI. 14.

(9) Moshemius in Hiſt. Chriſt. Sæc. I. P. II. §. 3. „*Duo*, *inquit, munera in Apoſtolis ſunt diſtinguenda, munus doctoris, & munus legati extraordinarii ſumma cum poteſtate divinitus miſſi. Illud quidem munus ad poſteros derivatum eſt, non item hoc.*“ *Vera falſis admiſcet Moshemius, uti ſit fere ab hoc hominum genere, quando de rebus religionis diſſerunt. Verum ſane, ac veriſſimum illud eſt, nam extitiſſe Apoſtolorum poteſtatem* extraordinariam, *quæ ſingulariter cum epiſcopatu ad eorum ſucceſſores non tranſiit*, *aliam*

aliam ordinariam, *quæ tranſiit; ſed perquam falſum e*[ſt il]*lud, ordinariam poteſtatem duntaxat doctorum fuiſſe,* [n]*on etiam paſtorum & rectorum Eccleſiæ, qui poteſtate tum* [or]*dinis tum iurisdictionis gaudebant, eandemque in ſuos ſucceſſo*res *transmittebant.*

(10) *Ita concilium œcumenicum V.* Collat. VIII. *ſe*[n]... „*Licet Spiritus ſancti gratia & circa ſingulos Apo*[ſto]*lo*... „*abundaret, ut non indigerent alieno conſilio ad ea,* ... „*agenda erant; non tamen aliter voluerunt de eo, quod* ... „*vebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire, priusq*[uam] „*communiter congregati divinarum ſcripturarum teſtim*[oniis] „*unusquisque ſua dicta confirmaverunt.*"

(11) Luc. XXIV. 34.

(12) Epiſt. XIV. edit. venet. olim XII.

(13) Maldonat. comment. in Evang. Matth. C. X... v. 19.

§. CCCXXXII.

Ut poteſtatis ſacræ in Petro inprimis, dein... Apoſtolis inſtitutæ ratio, indoles ac natura intim[e] perſpiciatur, eiusdem exercitium, atque uſum, qu[em] Apoſtoli faciebant ipſo naſcentis Eccleſiæ princip[io] quod abundabat gratia divini Spiritus, conſide[rare] convenit. Iuſſi ſunt prædicare fidem Ieſu Chri[ſti,] credentes baptizare, & inſtruere in præceptis a Chri[ſ]ſto datis. Igitur exercitium poteſtatis acceptæ pri[mo] ac præcipue in prædicatione fidei, adminiſtrati[one] ſacramentorum, & inſtructione morum conſiſte[bat].

(*a*) Prædicatio fidei I. complectebatur demonſtratio[nem] veri Dei, deſtructionem idololatriæ, cultusque [dæ]monum, myſterium incarnationis ac redemtionis [ge]neris humani, gratiam Chriſti in remiſſionem pe[cca]torum, ſpemque æternæ ſalutis datam, media, [per] quæ ea gratia acquiri, conſervari, augeri debe[t.] II. Neceſſitatem eius fidei ad obtinendam ſalu[tem] aperte docebant Apoſtoli, cautosque reddebant [ere]dent[es,]

dentes, ne doctrinis novis abduci ſe vel latum unguem paterentur ab integritate & conſtantia profeſſionis chriſtianæ: *Fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.* (1) *Miror, quod tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Chriſti, in aliud evangelium. - - O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit, non obedire veritati?* (2) *Multi ſeductores exierunt in mundum. - - Omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet. - - Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis; qui enim dicit illi ave, communicat operibus eius malignis.* (3) III. Denique declararunt, ac definierunt dubia in cauſis fidei exorta. *Si circumcidamini*, inquit Paulus, *Chriſtus vobis nihil proderit. - - evacuati eſtis a Chriſto, qui in lege iuſtificamini; a gratia excidiſtis.* (4) Sic deciſum ac definitum eſt, gentes ad gratiam baptiſmi admittendas; (5) ac legalium obſervationem in lege nova haud neceſſariam eſſe. (6)

(b) Qui prædicationem & verbum fidei amplectebantur, baptiſmo tincti numero Sanctorum adiungi, & Eccleſiam ingredi cenſebantur: *qui receperunt ſermonem eius* (Petri) *baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.* (7) Cum igitur baptiſmus communionem bonorum ſpiritualium, ac ius percipiendi alia Sacramenta conferret, ſatis erat Chriſto Apoſtolos mittenti dicere: *prædicate - baptizantes eos*; neque diſtinctiore aliorum Sacramentorum, iuriumque & obligationum mentione opus fuit. Contra de non baptizatis aiebat Paulus: *Quid mihi de iis, qui foris ſunt, iudicare?* (8) In eos ergo, qui intus erant, iurisdictionem ac poteſtatem ſacram exercebat, cui per ipſum baptiſmum ſubiiciebantur. Collato *baptiſmo* aliis etiam Sacramentis tum adminiſtrandis, tum conferendis occupabantur, ſacramque poteſtatem exercebant Apoſtoli. quosque ipſi hac poteſtate donarunt. Sic de *Confirmatione* fit mentio Act. VIII. 17. & ibid. XIX. 6. de *Euchariſtia* I. Cor. XI. a v. 23. Act. II. 42. De *pœnitentia* II. Cor. II. I. Ioan. I. 9. De *extrema Unctione.* Iac. V. 4. De *Ordine* Act. VI. 6. ib. XIII. 2. I. Tim. IV. 14. II. Tim. I. 6. Denique de *matrimonio* Epheſ. V. 32. I. Cor. VII. Hebr. XIII. 4.

(c) Annunciata fide, & collato baptiſmo, per quem iu-
riſdictioni eccleſiaſticæ ſubiiciebantur credentes, præ-
cepta vitæ ac morum proponebant Apoſtoli tum ge-
neralia de ſpernendis caducis rebus, fugiendaque con-
cupiſcentia carnis, oculorum ac ſuperbia vitæ, &
conſectando fine cœleſtis beatitatis, tum ſpecialia de
officiis ſtatuum, coniugalis, herilis, parentalis, ci-
vilis. Definiunt, abſtinendum eſſe a fornicatione,
quam ſi ſimplex eſſet, gentes profanæ inter gra-
ſcelera vix numerabant. (9) Ac Paulus quidem
modo univerſum naturæ ius, omniaque officia
fecta & imperfecta, ſed etiam omnem rationem
cori paucis verbis proponit obſervandam fideli
De cetero fratres quæcunque ſunt vera, quæcu
pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæ
que amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſiqua vir
ſiqua laus diſciplinæ, hæc cogitate. (10)

(1) II. Theſſal. II. 14.
(2) Gal. I. 6. III. 1.
(3) II. Ioan. v. 7. 10. 11.
(4) Gal. V. 2. 4.
(5) Act. X. 47.
(6) ib. XV. 28.
(7) Act. II. 41.
(8) I. Cor. V. 12.
(9) Act. XV. 29.
(10) Phil. IV. 8.

§. CCCXXXIII.

Poteſtas ſacra Apoſtolis commiſſa verſabatur
uti mox indicavi, in promulgandis & exponendis
myſteriis fidei, in doctrina & adminiſtratione ſa-
cramentorum, denique in morum informatione.
Hæc *præcipua* eiusdem, non tamen *ſola* fuerunt ob-
iecta. Ut de generibus aliis, in quibus verſari le-
pe-

at apoſtolica auctoritas, diſtinctius cognoſcatur, nadvertendum eſt, Chriſtum Dominum non mi-im omnia præſcripſiſſe, quæ pro temporum lo-umque ratione in Eccleſia fieri, omittive, præ-i, aut vetari deberent; ſed poteſtatem eadem ſan-ndi Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus reliquiſſe, ıque appromiſiſſe Spiritum ſanctum, a quo diri-entur in regenda Eccleſia, & docerentur omnem itatem. *Adhuc multa*, inquiebat divinus Magi-:, *habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare mo-Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, doce-vos omnem veritatem.* (1) Ita nempe in oratione e mortem ad ſuos habita divinum benigniſſime llicitus eſt ſpiritum, a quo docerentur, quæ a ſe n audierant in præſcribenda diſciplina temporum ioni accommodata, aut quæ audita ab ipſo etiam ſt reſurrectionem, cum per dies 40. identidem eos eret, non rite intellecturi erant; etſi pertinerent immutabilem fidei, morumque honeſtatis aut di-ii iuris poſitivi doctrinam: *docebit vos omnia, & geret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* (2) Ex inferes

a) In iure ſacro complete ſumto alia determinata ſunt a Deo lege poſitiva aut neceſſaria; alia poteſtate humana, ſed tamen ſacra, & ab ipſo Deo conceſſa; cui quidem poteſtati dubium non eſt, quin ex divino præcepto reſpondeat obtemperandi obligatio. *Si Eccleſiam non audierit*, inquit Dominus, *ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* (3) *qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* (4) *Obedite præpoſitis veſtris*, inquit divinus Spiritus per os Doctoris gentium, *& ſubiacete eis.* (5)

(*b*)

(*b*) Secundum hæc conſilia & voluntatem Dei Eccl perinde, ac multo etiam magis, ac quævis alia cietas, indiget ordine ac directione externa pe ges, iudicia, miniſtrorum inſpectionem ac cur ut *omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant*, qu admodum Paulus animadvertit; cum ipſa & latiſ pateat, & perpetuis inferorum machinationibus a inſultibus expoſita ſit, maximique momenti ce debeat id, quod in negotio ſalutis ac divinæ reli nis perperam aut recte fit. Quapropter expon ſunt præcipua capita, in quibus determinandis A ſtolorum poteſtas verſabatur ultra ea, quæ de dicatione & expoſitione fidei, de doctrina atqu miniſtratione ſacramentorum, morumque inform ne paulo ante indicata ſunt. (7)

(1) Ioan. XVI. 12. 13.

(2) ib. XIV. 26.

(3) Matth. XVIII. 17.

(4) Luc. X. 16.

(5) Hebr. XIII. 17.

(6) I. Cor. XIV. 40.

(7) De utroque genere iuris ſacri, determinato divina vel humana, accurate diſſerit S. Thomas 1. 108. art. 1. & 2.

§. CCCXXXIV.

In obeundo divino cultu, in conventibus ſa in perceptione Sacramentorum, precationibus blicis, uſu donorum Spiritus ſancti, quibus fid tum abundabant, neceſſario politia quædam, & do conſtitui, ac temporibus accommodari deb Huc igitur referri debent præcepta, atque ord tiones

) De uſu & abuſu agapes. (1)

) De dono linguarum & vaticiniorum. (2)

) De honeſtate cultus mulierum in Eccleſiis; (3) & interdicto iisdem publice loquendi ac docendi officio. (4)

) De orationibus publice fundendis pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt. (5)

) De miniſterio viduarum pro variis functionibus religionem attingentibus. (6)

)Dubium non eſt, quin de ieiuniis leges ſtatuerint Apoſtoli, haud immemores divini effati: *venient dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* (7) Similiter de vigiliis, ritu ſepulturæ, celebratione paſchatis, aliorumque dierum ſolemnium præcepta & conſuetudines ab apoſtolica ætate & origine deinceps derivata fuiſſe, exploratum eſt.

(1) I. Cor. XI. a. v. 18.

(2) ibid. C. XIV.

(3) I. Cor. XI. 5.

(4) ibid. XIV. 34.

(5) I. Tim. II. 2.

(6) ibid. V. 9.

(7) Matth. IX. 15.

§. CCCXXXV.

In delectu novorum miniſtrorum Eccleſiæ, ordinatione eorundem, ſtatuque vitæ & morum informando apertiſſime exeruit ſe, & emicuit Apoſtolorum ſingularis auctoritas & poteſtas. Creſcebat in dies evangelica meſſis, quæ operarios deſiderabat, ipſique paulatim deficere, ac reſolvi ſe ſentiebant: contra Eccleſiam usque ad conſummationem

nem ſeculi permanſuram & didicerant, & ve-
menter optabant. Quapropter de Miniſtris v
ordinis, atque inprimis de ſucceſſoribus deligen
ordinandis atque informandis cogitare, atque a
debebant. *Ego iam delibor*, ſcribebat Paulus Ti-
theo ſuo, *& tempus reſolutionis meæ inſtat. - - ſ
na ad me venire cito.* (1) Et Princeqs Apoſtolor
iuſtum arbitror, inquit, *quamdiu ſum in hoc tabe
culo ſuſcitare vos in commonitione: certus, quod v
eſt depoſitio tabernaculi mei.* (2) Tria ſunt autem
hoc negotio, in quibus Apoſtoli ius ſuum plen
ma libertate ac poteſtate exercuerunt. Primum
delectus eorum, quos ad eccleſiaſtica munia pro
vendos iudicarunt: ſecundum, ipſa eorundem p
motio, *ordinatio*, conſecratio. *Tertium* regulæ
canones, quos delectis, & ordinatis ad vitæ m
risque informationem præſcripſerunt.

(*a*) In deligendis Miniſtris Eccleſiæ, Paſtoribus, & ſu
ceſſoribus ipſi Apoſtoli determinarunt qualitates, q
bus ii, ut deligi poſſent, præditi eſſe debebant. O
tet *Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxori
rum - - Doctorem - - non neophytum. - - oport
lum & teſtimonium habere bonum ab iis, qui
ſunt.* (3) *Conſiderate viros ex vobis boni teſti
ſeptem, plenos Spiritu Sancto, & ſapientia, quo
ſtituamus ſuper hoc opus.* (4) De qualitate Ap
in locum Iudæ ſuffecti ſupra annotavi, quo
rem præſentem æque pertinet. (5) Ex his pri
diis irregularitates poſtea provenerunt.

(*b*) Promotio ad miniſterium ſacrum non fiebat ſin
cra ceremonia ac ſolemnitate ſacramentali, qu
manuum impoſitione præmiſſis etiam orationibu
ieiuniis ſita erat, & a ſolis Apoſtolis, & ordina

iisdem Epiſcopis peragebatur. De viris ſeptem a multitudine diſcipulorum præſentatis ad diaconatum, *hos*, inquit ſacer Codex, *ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus.* (6) Si ad ſolam œconomiam & adminiſtrationem peculii, deſtinandi Diaconi erant, quemadmodum erronee quidam aſſeruerunt; cur tam ſolicite deſiderarunt Apoſtoli viros plenos Spiritu ſancto & ſapientia? quid præviis orationibus, ac impoſitione manuum fuit opus? De ſolemni electione & conſecratione Pauli & Barnabæ mentio fit Act. XIII. 2. 3. & Tito Epiſcopo Paulus mandat, ut conſtituat per civitates Presbyteros. (7)

) Canonum denique Miniſtris Eccleſiæ præſcriptorum plenæ ſunt binæ Pauli epiſtolæ ad Timotheum, dein ea, quæ ad Titum data eſt. Hos ad obſervanda, quæ præceperat, cum poteſtate adſtringit: *hæc tibi ſcribo - - ut ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei converſari.* (8) *Formam habe ſanorum verborum, quæ ex me audiſti.* (9) Generales vitæ morumque regulas Eccleſiæ paſtoribus reliquit ipſe Apoſtolorum Princeps: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie: neque ut dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.*

(1) II. Tim. IV. 6. 8.
(2) II. Petr. I. 13. 14.
(3) I. Tim. III. 2. 6. 7.
(4) Act. VI. 3.
(5) Supra §. CCCXXVI.
(6) Act. VI. 6.
(7) Tit. I. 5.
(8) I. Tim. III. 14. 15.
(9) II. Tim. I. 13.
(10) I. Petr. V. 2. 3.

§. CCCXXXVI.

§. CCCXXXVI.

Ad Officium Apoſtolatus ſine dubio pertin[e]
ius eccleſiaſticos conventus, & velut ſacra c[on]
tia celebrandi, ac de rebus Eccleſiæ, & naſc[enti]
bus controverſiis ac turbis conſulendi in med[io]
Iſtiusmodi conventus ac conſultatio fiebat I. pr[o]
dintegrando Apoſtolorum numero, atque electi[one]
Matthiæ, Petro tanquam capite negotium pr[opo]
nente. (1) II. Pro electione ſeptem Diacono[rum]
ac inteſtino diſſidio ſopiendo; cum Iudæi Hel[leni]
ſtæ adverſus alios Iudæos conquererentur de ne[gle]
ctu viduarum ſuæ nationis in diſtribuendis vitæ [ſub]
ſidiis. Quo tempore munia partientes Apoſtol[i di]
xerunt: *nos orationi & miniſterio verbi inſtantes* [eri]
mus, cura temporalium aliis relicta. (2) Ita r[e]
rum Eccleſia tanquam ordinatiſſimum corpus d[iver]
ſis iam tum conſtabat membris, non eundem a[ctum]
habentibus, ad quæ apte continenda opus erat [com]
page legum, per quas ſua cuique membro o[fficia]
& functiones deſcriberentur. (3) Sic & Paulus [de]
claravit: *non miſit me Chriſtus baptizare, ſed ev[ange]*
lizare. (4) Effectus iſtius electionis, qua Dia[coni]
non ad ſolam temporalium curam deſtinati fue[rint]
ut animadverſum eſt ſupra, indicatur eodem [lo]
ctorum: *& verbum Domini creſcebat, & multip[lica]*
batur numerus diſcipulorum in Ieruſalem valde: [mul]
torum etiam turba Sacerdotum obediebat fidei. [Ste]
phanus autem plenus gratia &c. (5) III. Alius [di]

-ur conventus, quando Petrus & Ioannes dimiſſi
-agiſtratu Iudæorum e cuſtodia, *venerunt ad ſuos:*
-nnunciaverunt eis, quanta ad eos Principes Sacer-
-um & ſeniores dixiſſent. (6) IV. In conventu ite-
-n alio Petrus diſceptantibus & obſtrepentibus Iu-
-s, cur alienigenas ad gratiam fidei admiſiſſet, fa-
-ſui rationem reddidit. (7) V. Præcipuus erat
-ventus, qui deinceps generalibus Eccleſiæ Con-
-s veluti formam præbuit, in quo controverſia
circumciſione & legalibus ceremoniis definita
. Paulo & Barnaba Antiochiæ verſantibus non-
-li, qui ex Iudæa venerant, *docebant fratres: quia*
circumcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis
-ari. (8) Cum fruſtra obſiſterent turbis Paulus &
-nabas, Hieroſolymam ſe contulerunt, ubi eas-
-n controverſias, quæ Antiochenam exagitarunt
-leſiam, compererunt. Ad eas finiendas conve-
-e, quod quidem certo conſtat, Apoſtoli nume-
quinque, ſcilicet SS. Petrus, Ioannes, Iacobus,
-lus, Barnabas. Disquiſitione facta ſurrexit Pe-
-, tanquam Apoſtolorum atque univerſæ Eccle-
caput, atque ita concluſit, ut eos, qui recens
-fidem venerant, a ceremoniis legis Moſaicæ exi-
-et. Excepit eiusdem verba S. Iacobus Hieroſo-
-litanæ urbis Epiſcopus, eaque Prophetarum te-
-monio confirmavit. Horum ſententiam cœtus uni-
-ſus ſecutus eſt, ſynodica in id edita epiſtola, quæ
delectos legatos ad novos e gentibus, Antiochiæ

& provinciarum Syriæ & Ciliciæ fideles miſſa
De hac velut prima Synodo animadvertenda n
nulla videntur:

(*a*) Si Chriſtus perſpicue omnia ordinare ac docere
luiſſet, iſtiusmodi dubitationes ac lites nullum h
turæ locum erant. At providit nempe Ecclesiæ
miſſo in perpetuum Spiritu S. Præſentis quidem
reſeos falſitatem ſatis oſtendebant tum revelatio
tro facta, tum conſpicua gratia in converſos ge
les effuſa, qui legem Moyſi minime obſervabant
nihilominus ut Hieroſolymam ad Concilium aſc
deret Paulus, divina revelatione eſt iuſſus; (10)
in ipſo Concilio *magna conquiſitio facta eſt*; (11)
quem locum appoſite commentatur Calmetus: „p
„ſentia S. Spiritus, & fides a Ieſu Chriſto obſtri
„futurum, ut Eccleſiam ſuam nunquam ipſe deſe
„non prohibent, quin diligenter omnia expende
„ſint, ne forte error ſubrepat. Cavendum eſt e
„maxime, ne Deus tentetur. Nemo ambigit, quin
„poſtoli & Patrum illorum plerique Spiritu ſan
„afflati fuerint: ſerio tamen illi curabant omnia;
„ſtudio ac diligentia maturant; quamquam Deus
„raculorum præiudicio ſententiam, quam Paulus
„fendebat, præferre ſe non obſcure declarave
„Eandem regulam Eccleſia in Conciliis nunquam
„ſervavit. Ad ferendam ſententiam de dogmate, qu
„tumvis certo & inconcuſſo, nunquam niſi poſt
„dium & examen devenit. Id obſequii veritas,
„rerum religionis gravitas exigit, & veluti ext
„quet."

(*b*) Definitio in hoc conventu facta partim ad dogm
ta fidei pertinebat; cum legales ceremoniæ ad ſa
tem non neceſſariæ declararentur: partim ad natu
lem morum honeſtatem de fornicatione fugien
partim denique ad diſciplinam de abſtinentia a ſ
guine, & ſuffocato, & ab immolatis ſimulacror
In quam rem animadvertit Auguſtinus: *Apoſtoli*
giſſe mihi videntur pro tempore rem facilem, &
quaquam obſervantibus oneroſam, in qua cum Iſr
litis etiam gentes propter angularem illum lapidem d
parietes in ſe condentem, aliquid communiter obſer
rit.

rent. - - At ubi Eccleſia gentium talis effecta eſt, ut in ea nullus Iſraelita carnalis appareat; quis iam hoc Chriſtianus obſervat, ut turdos & minutiores aviculas non attingat, niſi quarum ſanguis effuſus eſt? aut leporem non edat, ſi manu a cervice percuſſus, nullo cruento vulnere occiſus eſt? & qui forte pauci adhuc tangere iſta formidant, a ceteris irridentur. - - Abrogationem dein legis Moſaicæ eleganti ſimilitudine S. Doctor declarat, quæ pari ratione ad mutationem diſciplinæ eccleſiaſticæ transferri poteſt: Sicut æger non debet reprehendere medicinalem doctrinam, ſi aliud illi hodie præceperit, aliud cras, prohibens etiam, quod ante præceperat; ſic enim ſe habet ſanandi eius corporis ratio; ita genus humanum ab Adam usque in finem ſeculi, quamdiu corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, ægrum atque ſaucium non debet divinam reprehendere medicinam, ſi in quibusdam hoc idem, in quibusdam vero aliud prius, aliud poſterius obſervandum eſſe præcepit, præſertim quia ſe aliud præcepturam eſſe promiſit.

1) Act. I. 15.
2) Act. VI. 4.
3) Rom. XII. 4. 5. item I. Cor. XII. 22. ſeq.
4) I. Cor. I. 17.
5) Act. VI. 7. 8.
6) Act. IV. 23.
7) Act. XI. 2.
8) Act. XV. 1.
9) Act. X. 10. 45.
10) Gal. II. 2.
11) Act. XV. 7.
12) S. Auguſtin. L. 32. c. 13. 14. contra Fauſtum.

§. CCCXXXVII.

Temporalium quoque rerum curam non penitus nullam habuerunt Apoſtoli, ſoli tamen neceſſi-

tati, non cupiditati ſervientes; de qua re pauca vi-
dentur annotanda, huius loci maxime propria.

(*a*) In itineribus ſuis Apoſtoli, exemplo Chriſti ale
tur a piis ac opulentis fœminis, & ubique rep
bant promtam recens converſorum liberalitatem.
ſi autem Apoſtolus Paulus eodem iure non ſit u
inculcat tamen fidelibus obligationem naturalem a
di Miniſtros Chriſti, & conferendi ſumtus ad pias
cleſiæ functiones: *Nunquid non habemus poteſta*
mulierem ſororem circumducendi, ſicut & ceteri A
ſtoli & Fratres Domini? - - ſi nos vobis ſpiritu
ſeminavimus; magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra
tamus? - - ita & Dominus ordinavit iis, qui e
gelium annunciant, de evangelio vivere. (1)

(*b*) Quantitatem congruæ ſuſtentationis non parem
debere in cunctis Eccleſiæ Miniſtris, ſed labor
officio accommodandam eſſe, non obſcure indi
Pauli verba: *qui bene præſunt presbyteri, duplici*
nore digni habeantur, maxime qui laborant in v
& doctrina. (2)

(*c*) Curam pauperum & fidelibus diligentiſſime comm
dabant, (3) & ipſi gerebant; unde Paulus in C
cilio Hieroſolymitano, ut pauperum ne obliviſc
tur, ſibi a Petro, Iacobo & Ioanne magnopere
ſe impoſitum ſcribit: *tantum ut pauperum memore*
ſemus; quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere. (4)

(*d*) Qui illud perpetuo in ore habent ætate noſtra:
ſcopatum eſſe apoſtolatum; hunc vero ſine ſacc
eſſe & pera ſecundum dictum Chriſti: *nolite por*
ſacculum, neque peram: (5) proinde illum quoq
non ſatis videntur attendere, quorſum evadant ar
mentando, nempe ad theſim damnatam Wicleffi
10. *contra Scripturam ſacram eſt, quod viri eccle*
ſtici habeant poſſeſſiones. Inepte ſpecialis miſſio diſci
lorum ante mortem Servatoris, quo ad vicinas
dææ civitates ablegati ſunt, transfertur ad apoſto-
tum poſt reſurrectionem Domini demandatum (6):
eptius vero extraordinarium apoſtolatus officium c
ordinario epiſcopatus munere confunditur.

1) I. Cor. IX.

(2) I. Tim. V. 17. Honor *vitæ temporalis ſubſidia, com-*
daque denotat, uti deſpectus, *de quo ſit mentio* Act. VI.
tractionem eorum, quæ ad vitam neceſſaria erant.

(3) I. Ioan. III. 17. 18. Iac. II. 15. 16. *ſingularem Chri-*
Domini ſententiam, quam fruſtra in Evangeliſtis quæſie-
, ſcripto nobis reliquit Paulus traditione acceptam:
e dixit: beatius eſt magis dare, quam accipere. Act.
X. 35.

(4) Gal. II. 10. Conf. II. Cor. IX. 6. Phil. IV. 18. 19.

(5) Luc. X. 4.

(6) *In primo illo velut progymnaſmate apoſtolatus Chri-*
s dixerat: in viam gentium, ne abieritis, & civitates
maritanorum ne intraveritis. Matth. X. 5. *Poſtea dixit*:
ntes docete omnes gentes. Matth. ult. *Hinc ipſe Domi-*
s inquiebat paulo ante paſſionem ſuam: quando miſi vos
e ſacculo & pera, & calceamentis; nunquid aliquid de-
t vobis? at illi dixerunt: nihil. Dixit ergo eis, ſed
nc, qui habet ſacculum, tollat: ſimiliter & peram. Luc.
XII. 35. 36. *Non eo hæc ſcripſit, quaſi viris Eccleſiaſticis*
am pecuniæ & annonæ commendarem; ſed ut inaniſſimæ
gutiolæ eorum, qui bonis eccleſiaſticorum invident, explo-
rentur.

§. CCCXXXVIII.

Spectata inſtitutione & origine poteſtatis ſacræ, mque illius multiplici obiecto, neceſſe eſt, ut finis iſdem poteſtatis conſideretur, qui alius non eſt, ſi ut Eccleſia a Chriſto Domino ac Servatore fun-ta, eſſet, maneretque Una, Sancta, Catholica, & oſtolica.

a) Ad unitatem conſervandam conferebant inter ſe Apoſtoli, dubiaque exorta diſquirebant, ac definiebant; *aſcendi*, inquit Paulus, *& contuli cum illis evangelium - - ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* (1) Hinc perpetuæ exhortationes ad fideles, ut digne

ambularent vocatione - *ſoliciti ſervare unitatem ſpi-tus in vinculo pacis. Unum corpus & unus ſpirit ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. U Dominus, una fides, unum baptiſma.* (2) Cumque ipſo baptiſmo, quo in unitatem cogi debent fidel contentiones inter Corinthios pullularent, aliique cerent: *ego quidem ſum Pauli: ego autem Apo ego vero Cephæ* - graviſſimis verbis oſtendit Paul non a miniſtro, ſed ab eo, cuius nomine Mini agit, virtutem ac vim baptiſmi pendere? *diviſus Chriſtus*? interrogabat. Si diviſus non eſt, unum baptiſma, quod Chriſti nomine confertur, unum eſt corpus, in quod baptizati coagmentantur. (3) U tas vero hæc etiam communis imperii vinculo c tinebatur; nam principatum, quem inter Apoſto obtinuerat Petrus, manifeſte exercuit. Is enim aliis, cum de numero Apoſtolorum redintegra ageretur, in medio fratrum ſurrexit; in quem loc Chryſoſtomus exclamat: *quam eſt fervidus? quam ag ſcit creditum a Chriſto gregem? quam in hoc choro Pr ceps eſt? & ubique primus omnium incipit loqui?* (4) in vero cum implerentur Apoſtoli Spiritu ſancto, minesque prodigio linguarum in ſtuporem darent, mus vocem levavit Petrus, annuncians pœnitenti fidem in Ieſum Chriſtum, ac baptiſmum. (5) Id occaſione uſus miraculi, quo claudum erexerat, re tit. (5) Congregatis Sacerdotibus ac Scribis ſolus ſpondet Petrus præſente Ioanne. (7) Ananiam & S phiram, cum defraudatum deponerent pretium, ve menter increpat, ac morte quodammodo punit. (Cum iterum vocati eſſent Apoſtoli in iudicium, *ſpondens Petrus, & Apoſtoli dixerunt*: *obedire opo Deo magis, quam hominibus.* (9) Simonem Magu cum dona divini Spiritus pretio vellet emere, Pet ſublata voce ſolus damnat: *pecunia tua ſit tecum perditionem, quoniam exiſtimaſti, donum Dei pecu poſſideri.* (10) De admittendis in Eccleſiam gentibus vina revelatio Petro primum fit, qui eius rei ration Apoſtolis ac Fratribus dein reddit. (11) Cumque Concilio Hieroſolymitano eadem moveretur quæſti primus ſententiam promit, remque decidit, vel a S. Iacobum Eccleſiæ illius Antiſtitem. (12) Deniq cum carcere detineretur ab Herode, oratio fiebat ſi intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo tanquam

pe

pite & paſtore communi; quod nec de Paulo, nec Iacobo, cum vincti eſſent, proditum comperimus. (13)

) Doctrina Apoſtolorum, propoſita conſilia, exhortatio ad tolerantiam ærumnarum, ac contemtum rerum præſentium, dein ordinatio ac functiones novorum miniſtrorum eccleſiæ, aliaque omnia ita referebantur ad ſanctificandos Fideles, ut Sanctorum nomine ipſi compellarentur.

) Exempla horum Sanctorum iuncta apoſtolicis laboribus, atque inprimis exuberans gratia divini Spiritus id effecerunt paucis annis, ut eodem prope tempore Chriſti Eccleſia innoteſceret orbi, & dominaretur, eſſetque *catholica. Et quidem in omnem terram*, ſcribebat Paulus ad Romanos, *exivit ſonus eorum*, (Apoſtolorum) *& in fines orbis terræ verba eorum.* (14) *Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo.* (15) In hunc finem uſi ſunt poteſtate eligendi, ordinandi, ac mittendi novos operarios in meſſem uberrimam. Atque una catholicas epiſtolas exararunt: eodem tendebat ſtudium componendi diſſenſiones, & aberrantes a ſana doctrina, ad catholicam Eccleſiam reducendi.

l) Non ignorabant Apoſtoli, præ innumeris electos ſe fuiſſe a Deo, quorum fidei ac doctrinæ fides totius Eccleſiæ inniteretur, ac veluti ſuperſtrueretur: ſacerdotii quoque ſive ordinationis poteſtatem & honorem a ſe in ſucceſſores deinceps derivari ac propagari debere norant, hoc eſt, Eccleſiam eſſe *apoſtolicam*, ſemperque fore tum ob doctrinam, tum ob ſacerdotii propagationem ſciebant. *Nos teſtes ſumus*, inquiebant, *Ieſum Nazarenum Deus manifeſtum fieri dedit non omni populo, ſed teſtibus præordinatis a Deo, nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo, poſtquam ſurrexit a mortuis; & præcepit nobis prædicare populo & teſtificari.* (16) Hinc non patiebantur, diverſam uſpiam & a ſe non provenientem doctrinam ſpargi: *Siquis vobis evangelizaverit, præterquam id, quod accepiſtis, anathema ſit.* (17) *Siquis hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum.* (18) *Vos eſtis cives Sanctorum - - ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* (19) Oſtendebant enim Apoſtoli, quomodo prophetarum vaticinia in Chriſto expleta ſint: *huic*

(Chriſto) *omnes prophetæ teſtimonium perhibent*, ut proinde non Apoſtolorum duntaxat, ſed pro tarum etiam doctrinæ Eccleſia catholica inniteret eaque non tam conderetur de novo, quam perfi tur ſecundum rudimenta a patriarchis & prophetis ſita.

(1) Gal. II. 2.
(2) Epheſ. IV.
(3) I. Cor. I. 13.
(4) Hom. III. in Acta.
(5) Act. II.
(6) Ib. III.
(7) Ib. IV.
(8) Ib. V.
(9) Ib. V. 29.
(10) Ib. VIII.
(11) Ib. X. XI.
(12) Ib. XV.
(13) Ib. XII.
(14) Rom. X. 18.
(15) Ib. I. 8.
(16) Act. X. 39. ſeq.
(17) Gal. I. 9.
(18) II. Ioan. v. 10.
(19) Epheſ. II. 20.
(20) Act. X. 43.

§. CCCXXXIX.

Ad finem, quem expoſuimus, & circa obie paulo ante indicata, triplici modo verſabatur c lata a Chriſto in Apoſtolos poteſtas ſacra, nempe gilando ſeu inſpiciendo, ferendo leges, & exeque- do ea, quæ pro temporum ratione videbantur ceſſaria; erat igitur ea poteſtas *inſpectoria, legislator executoria.*

()

(*a*) Nihil paſtoralis officii magis proprium eſt, quam vigilare, & inſpicere, quid a grege, atque in grege agatur. Hinc Petrus tanquam univerſalis paſtor dicitur *pertranſiiſſe univerſos.* (1) Paulus *ſolicitudine omnium Eccleſiarum* ſe diſtineri ſcribit. (2) Idemque & Timotheum *vigilare* iubet; eoquod futurum ſit tempus, quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt homines, etſi omnia alia tolerent; (3) & Maiores natu, quos ipſo ſtudio vigilantiæ & inſpectionis Epheſo ad ſe evocarat, graviſſimis verbis monet: *Attendite vobis & univerſo gregi - - vigilate*: (4) denique præpoſitis Eccleſiæ vel idcirco obedientiam ac ſubiectionem exhibendam docet, eoquod ipſi *pervigilent*, tanquam rationem reddituri pro animabus. (5)

(*b*) Legislatoriæ Apoſtolorum poteſtatis exempla in epiſtolis eorundem, actisque a Luca conſcriptis extant plurima. De legibus in concilio Hieroſolymitano conſtitutis acute obſervat Chryſoſtomus, ſatis indicari ab Apoſtolis, plura ab illis *potuiſſe* conſtitui, ſi expedire iudicaſſent; additque de epiſtola ſynodica: *Potuiſſent certe & absque literis; ſed epiſtolam mittunt, ita, ut ſit lex ſcripta: - - vide brevem epiſtolam, nihil abundans habere, neque epicheremata, neque ſyllogiſmos, ſed imperium.* (6) Certe poteſtatem legislatoriam denotat *poteſtas clavium in regno cœlorum*: itemque illud: *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus*: attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit *regere* Eccleſiam Dei. *Obedite* præpoſitis veſtris. Increpa illos dure - argue cum omni *imperio.* (7)

(*c*) Executoria Apoſtolorum poteſtas exerebatur paſcendo fideles per doctrinam, Sacramenta, orationes, Sacrificium, exempla: dein per ordinationem novorum miniſtrorum, ac maxime per iudicia, quæ duplicis quodammodo generis erant, civilia & criminalia, perque pœnas, ac coercitionem. Si Eccleſiam non audierit, *ſit tibi ſicut ethnicus. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate?* (8) *In promtu habentes, ulciſci omnem inobedientiam.* (9) Nota eſt ſententia criminalis in Corinthium inceſtuoſum, (10) & in Simonem magum. (11) Legem etiam iudicialem præſcripſit Paulus: *Adverſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* (12)

(1) Act. IX. 32.
(2) II. Cor. XI. 28.
(3) II. Tim. IV. 3. 5.
(4) Act. XX. 28. 31.
(5) Hebr. XIII. 17.
(6) Hom. XXXIII. in Acta.
(7) Tit. II. 15.
(8) I. Cor. IV. 21.
(9) II. Cor. X. 6.
(10) I. Cor. V. 5.
(11) Act. VIII. 20.
(12) I. Tim. V. 19.

CAPUT IV.

Poteſtas ſacra a Chriſto inſtituta ad ſucceſſores Apoſ-torum ob eundem finem tranſiit, ut Eccleſia ſ- maneatque Una, Sancta, Catholica & Apoſto-lica.

ARGUMENTUM.

§. *CCCXL. Uti Eccleſia, ſic poteſtas ſacra in Eccleſia durabit ſemper. CCCXLI. Poteſtas Petro data, fuit iurisdictionis ſupremæ, univerſalis, ac immediatæ. CCCXLII. talis transmiſſa eſt ad ſucceſſores Pe- CCCXLIII. ad finem, Eccleſia ſit Una, Sancta & CCCXLIV. Poteſtas Apoſ-lorum alia fuit extraordi-ria: CCCXLV. alia ordi-ria ad Epiſcopos propaga-*

§. CCCXL.

Religionis & Eccleſiæ hoſtes parum curant, ſ-rumque eſſe curandum cenſent, quid de religio- privatim quisque ſentiat. At nempe unitati maxi- adve-

erſantur, & poteſtati ſacræ, qua in unum corpus iunguntur omnes, & univerſo ſtatui eccleſiaſti- quamdiu is ſacram poteſtatem exercet, ſibique no conceſſam iure vindicat, ut per ſacrum imium tanquam commune vinculum omnia ac ſina membra intra unitatem, atque unam communem ſanctam, catholicam & apoſtolicam conſtrin- Putant inſani homines, efficere ſe poſſe occulmachinationibus apertaque vi, ut ſacrum iſtuc erium convellatur, unitas diſſolvatur, ſtatus leſiaſticus intereat. Equidem non ignoro, mul- eſſe modos, caſusque, queis civile interit impen, ac civilis ſtatus in anarchiam abit; novi d quoque, integras provincias a ſubiectione erga leſiam, atque ab eccleſiaſtico imperio avelli poſſe, ue æternum peſſum dari; ſed ultra eos nempe ites nec illam ſubiectionem tollent, nec illud erium conculcabunt, ultra quos ipſam Eccle- non ita diminuent, quo minus ſit, haberique ſit una, ſancta, catholica & apoſtolica. Sic ur tanquam rem indubitatam ſtatuo: *quatenus leſia Chriſti reipſa eſt, haberique debet una, ſancta, iolica & apoſtolica, eatenus ſacra Eccleſiæ pote-, ſacrumque imperium pertinet, vimque ſuam retinet: tenus exercitium imperii ſacri impeditur, eatenus veræ gionis exercitium impeditur: quatenus ſacrum impem reipſa tollitur, ipſa vera Chriſti religio tollitur.* tum id ſequentibus argumentis palam fiet.

(*a*)

(*a*) Ipſa inſtitutio ac profeſſio ſacræ poteſtatis ad doc religionis ac fidei pertinet: hac ergo poteſtate i dita vel ſublata impeditur vel tollitur unitas fid religionis.

(*b*) Extra catholicam unitatem, ſiqua ſacramenta t Sectarii ab Eccleſia avulſi, ceu baptiſmum & ordi ea avulſis ac ſchiſmaticis non proficiunt ad vi quia non vivificatur ſpiritu Chriſti, qui non corpore Chriſti; & *quia Eccleſia catholica ſol corpus Chriſti*, ut inquit S. Auguſtinus. (1) Æt veritatis oraculum eſt: *ſi Eccleſiam non audier tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Qui ſicut eth habendus eſt & publicanus; membrum non eſt ſ Eccleſiæ, quando Eccleſiam non audit.

(*c*) Nec ſinguli homines nec particulares Eccleſiæ c lico nomine & iure cenſeri poſſunt, niſi qua unitati catholicæ adhærent; non adhærent autem rebellione & contumacia ſeſe ab illa ſegregant.

(*d*) Apoſtoli poteſtatem & imperium in fideles exe runt: refractarios eiecerunt: id ius in eos tra qui vicem & locum Apoſtolorum tenent; quon ergo in Eccleſia apoſtolica eſt, quem Apoſtoli unt ex ſuo grege?

(*e*) Chriſtus promiſit, contra Eccleſiam non præva ras portas inferi; ſemper igitur vera erit prof articuli catholici: *Credo Unam, Sanctam, Cat cam & Apoſtolicam Eccleſiam.* Sed hanc ſtabilit inde provenire ab ipſo Chriſto didicimus, quia E ſiam ſuam ſupra petram ædificavit: & quia Apoſ ſe præſto futurum usque ad conſummationem ſa promiſit. Semper igitur in Eccleſia futuri ſunt, Apoſtolorum locum ac principatum tenent, ac qu Chriſtus in regenda Eccleſia adſtiturus eſt, usque conſummationem ſæculi. Hæc generatim anno diſtinctius nunc evolvemus.

(1) Epiſt. 50. ad Bonifacium.

§. CCCXI.

§. CCCXLI.

Inſtitutio ſupremæ in Eccleſia poteſtatis, in Petro a eſt, ut dictum ſupra. Videndum nunc eſt, ısmodi ea fuerit poteſtas: anne & quanta in :eſſores Petri tranſierit, & quidem ad eum finem, Eccleſia ſit, maneatque una, ſancta, catholica ıpoſtolica. Tria hoc ordine exequemur brevi- ıue, illud primo, cuiusmodi poteſtas fuerit a :iſto in Petrum collata.

ı) Poteſtas Petri non prærogativa honoris inter Apoſtolos fuit, nec ſolius directionis aut præſidii inter pares, ſed veræ auctoritatis & iurisdictionis. Id apertiſſime indicat ratio fundamenti, paſtoris univerſalis, officiumque confirmandi fratres. Neque enim fundamentum ad parerga ædificii & ornamenta pertinet; & curam paſcendarum ovium demandare multo plus eſt, quam primam inter oves conſtituere, & qui confirmandi fratres officio fungitur, maiori ac fratres, vi & firmitate pollere debet. Cui Chriſtus dedit claves regni cœlorum, quod regnum eſt Chriſti, eum regni ſui vicarium, ac viſibile caput eſſe voluit; Chriſti igitur vicarius & Eccleſiæ caput erat Petrus, habebaturque a tota retro antiquitate. Unde damnata fuit ac proſcripta in concilio Conſtantienſi propoſitio VII. Huſſii: *Petrus non eſt, nec fuit caput ſanctæ Eccleſiæ catholicæ.* Porro vicarius regni, cui claves, id eſt, ſuprema poteſtas in regno commiſſa eſt, non ſolo honore præeminet, nec caput impoſitum eſt corpori ſolius ornamenti cauſa.

) Hæc iurisdictionis poteſtas Petro collata, vi inſtitutionis fuit poteſtas *univerſalis.* Quia totum *ædificium*, non modo lapides, aut nonnulli muri eidem ſuperſtructi ſunt. Cui *totus grex* committitur, ius paſcendi ſingulas oves & univerſas habet. *Claves regni* ad omnes pertinent regni partes. Indefinite, ac ſine exceptione dictum eſt: *Confirma fratres: quidquid* ſolveris vel ligaveris in terris; erit ſolutum vel ligatum in cœlis.

(*c*)

(*c*) Eadem poteſtas *ſuprema* erat in tota Eccleſia. Ne enim fundamentum a parte quadam ædificii, ſed a ficii partes ſingulæ & univerſæ a fundamento firm tem habent: nec membra ſuper caput, ſed ca eſt poſitum ſuper membra: & paſtor ſupra greg eſt, non viciſſim; & qui confirmat, atque in off fidei & unitatis continet fratres, omnibus præemi Eandem ideam ſupremæ poteſtatis claves regni, ius ſolvendi aut ligandi omnia ingerunt.

(*d*) Fuit denique Petri poteſtas *ordinaria ac immedi* Qui *mediatam* volunt, non modo explicatis fur menti, paſtoris, clavium, iuris ſolvendi aut lig &c. ſed receptis etiam in iure publico diſtinctis tionibus adverſantur. Novi, eſſe & nominari po ſtatem aliquam *minus plenam*, aliquam *limitata* aliquam *delegatam*. Sed mediatæ poteſtatis nec ali notio, nec exemplum ſuppetit. Neque ad rem Metropolitæ poteſtas in ſubditos ſuffraganei, in q extra caſum appellationis & viſitationis *nullam* pl poteſtatem habet, in iis caſibus *immediatam* ha Si binis opus eſt clavibus, ut in conclave penet atque unam earum in manu habes: alteram alius, non pendet ab imperio tuo, reipſa poteſtatem a riendi non habes, ne mediatam quidem. Quodſi al ſuam arbitrio ſuo dederit, commiſſam habes pote tem, vel precario conceſſam, mediatam non hal

§. CCCXLII.

Poteſtas ſuprema, univerſalis & immediata Petro inſtituta ex mente ac voluntate Ieſu Chr debuit in ſucceſſores Petri tranſire. Ea mens voluntas aperte manifeſtata nobis eſt in divinis ſc pturis, ac traditionibus. Nam ratio inſtitutæ e poteſtatis non alia fuit, niſi ut ædificium Eccle haberet fundamentum, ob quod portæ inferi pr valere haud poſſent: ut Chriſti grex haberet paſ rem, a quo & paſceretur & regeretur: ut frat

port

ionem gregis tenentes haberent, unde confirmatur. Hæ quidem rationes valént perpetuo: ac to etiam magis poſt mortem Apoſtolorum, quam . Maiores enim impetus identidem imminebant rtis inferorum: grex Chriſti, cum multum creſce pluresque haberet infeſtos lupos, citius diſpergi e in devia abigi poterat; denique auctus fra numerus, & diminutus fervor multo ac antea irmari magis magisque debuit. Effatis ſcripturæ dit traditio: utriusque ſenſum extra omnem dubionem ponit, atque illuſtrat infallibilis Eccleſiæ itio ac doctrina, cuius præcipua quædam capita ſam.

) Reprobata eſt, ac damnata Huſſii propoſitio XXVII. *Non eſt ſcintilla apparentiæ, quod oporteat eſſe unum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cum Eccleſia ipſa militante converſetur & conſerve ur.* Dein propoſitio XXVIII. *Chriſtus ſine talibus monſtruoſis capitibus, per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum melius ſuam Eccleſiam regularet.* Propoſitio Lutheri XXV. damnata per Leonem, & reiecta a toto orbe catholico: *Romanus. Pontifex Petri ſucceſſor, non eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias ab ipſo Chriſto in B. Petro inſtitutus.* Et propoſitio XXVI. *Verbum Chriſti ad Petrum: Quodcunque ſolveris ſuper terram &c,* Matth. XVI. *extenditur duntaxat ad ligata ab ipſo Petro.*

) Concilium generale Lateranenſe IV. a. 1216. ita docet: *Romana Eccleſia diſponente Domino, ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote Mater univerſorum fidelium, & Magiſtra.* (1)

) Concilium generale Florentinum a. 1439. in definitione fidei, utriusque Eccleſiæ græcæ & latinæ conſenſu ita pronunciat: *Definimus, ſanctam apoſtolicam ſedem & Romanum Pontificem in univerſum orbem tenere*

tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſu… ſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, & ve… Chriſti Vicarium, totiusque Eccleſiæ caput, & omn… Chriſtianorum Patrem & Doctorem exiſtere, & … in B. Petro paſcendi, regendi, gubernandi Eccle… univerſalem a Chriſto plenam poteſtatem traditam … Quemadmodum etiam in geſtis conciliorum œcumeni… rum, & in ſacris canonibus continetur. (2)

(*d*) Denique profeſſio fidei ex mente concilii Triden… edita a Pio P. IV. & ubique terrarum recepta, cun… que ad cathedras promovendis propoſita de Sede a… ſtolica in hunc modum edicit: *Sanctam, Catholi… & Apoſtolicam Eccleſiam Romanam, omnium Eccle… rum Matrem & Magiſtram agnoſco, Romanoque P… tifici B. Petri Apoſtolorum Principis, Succeſſori, ac … Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo ac i…* Nempe poteſtati ſupremæ, ordinariæ & unive… non poteſt non reſpondere univerſalis omnium … diendi neceſſitas & obligatio.

(1) Conf. c. Antiqua. 23. de Privilegiis; *ut comparat… facta Romanæ ſedis cum aliis præcipuis terrarum ſed… eminentiam poteſtatis ſupremæ, univerſalis & ordinariæ … ſtinctiſſime perſpicias.*

(2) *Sunt, qui ex verſione græca verba definitionis … ma ſic putant accipienda:* Quem ad modum *& in …* *conciliorum œcumenicorum & in ſacris canonibus continet… vimque in eo volunt eſſe, ut ſenſus ſit:* iuxta eum modu… *qui & in geſtis &c. ac ſi concilia & canones pontificiæ … teſtati modum ac limites aliquando poſuiſſent.* Quaſi Roma… Eccleſiæ legem concilia ulla præfixerint; cum omnia c… cilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem & facta ſint, … robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romani Pontifi… patenter excipiatur auctoritas. Ita Paſchalis II. in .c ſigi… ficaſti. 4. de Elect. *Quod quidem capitulum* Eman. Gonza… Paſchali I. *adſcribendum putat. Sed cuius cuius Paſchalis … fuerit animadverſio, certe illam confirmat SS. concilium T… dentinum principio* Seſſ. V. de Reform. & C. 21. Seſſ. XX… *ubi ſalvam ſemper auctoritatem Sedis apoſtolicæ eſſe & intel… debere declarat. Inanis igitur & putida videtur ea defi… tionem Florentinam interpretandi ratio.*

§. CCCXLI.

§. CCCXLIII.

Inſtitutio ſupremæ in Ecclesia poteſtatis, eius-
e in Romanos Pontifices derivatio ſeu progreſſio
n alium finem habet ex mente & voluntate Chri-
 niſi ut eius vi ac iurisdictione Eccleſia ſit, ma-
tque Una, Sancta, Catholica & Apoſtolica; de
 re omnem ratiocinationem meam uno ex loco,
que percelebri petam antiquiſſimi Patris, Marty-
 & Lugdunenſis Epiſcopi S. Irenæi, qui apoſto-
orum Patrum auditor, ac ſuppar fuit; quique,
 occidentalis Epiſcopus fuerit, origine tamen
entalis *ea ſcripſit*, quemadmodum Petrus de Mar-
inquit, (1) *quæ omnes ſentiebant.* Is in libris,
os pro catholica fide contra hæreſes exaravit, in-
nis affirmat, facillime traditionem & doctrinam
oſtolorum inveniri poſſe, modo vera audire quis
it, & ad originem apoſtolicam redire: *traditio-*
 Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in Ec-
a adeſt perſpicere omnibus, qui vera velint audire.
 Ad Eccleſias dein apoſtolicas, ſive ad Epiſco-
 ab Apoſtolis inſtitutos, eorumque ſucceſſores
 vocat, qui depoſitum doctrinæ illibate adhuc
todiiſſent. Sed valde longum id foret, ſubiun-
, in hoc libro omnium Eccleſiarum enumerare
gines. Imo cum ætate noſtra iam diu defecerint
 ab Apoſtolis fundatæ, id nunc quidem impoſ-
le foret omnino; quapropter ad Romanam Ec-
iam recurrendum ait, idque ſpeciali ex cauſa,

quæ in aliis Eccleſiis ab Apoſtolis fundatis non o-tinet. Verba S. Patris hæc ſunt: *Sed quoniam va-de longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſia-rum enumerare ſucceſſiones; maximæ & antiquiſſimæ & omnibus cognitæ, a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Pe-tro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſi-eam, quam habet ab Apoſtolis, traditionem, & an-nunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcopo-rum pervenientem usque ad nos indicantes, confundi-mus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placenti-am malam, vel per vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquam oportet, colligi-. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentior-principalitatem neceſſe eſt, omnem conven-Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ ab Apoſtolis eſt traditio.* Atque hoc eſt teſti-monium illud tanti Doctoris, quod pro certiſſimo oraculo omnibus ſeculis habitum fuiſſe, Boſſue-pronunciat. (3) Iam diligenter velim animadvert-

(a) Neceſſitatem omnium totius orbis fidelium con-veniendi ad Eccleſiam Romanam, id eſt, conſentie-ndi & concordandi cum eadem in doctrina, S. Irenæus derivat ex potentiore eiusdem Eccleſiæ principalita-te; ubi *principalitas* ad primatum, *potentioris* ex-preſſio ad præcipuam quandam ac præſtantiorem po-teſtatem ac iurisdictionem refertur. Et quia hæc po-tentior principalitas ſeu primatus iurisdictionis in Ro-mano Pontifice reſidet, patet primatum unitatis cau-ſa eſſe inſtitutum, cuius poteſtate ac vi omnes un-dique Fideles attraherentur in unitatem apoſtolicæ doctrinæ. Hinc Petrus de Marca, iuxta ſinceriorem

eorum

eorum verborum interpretationem, eam eſſe vim unitatis, inquit, quæ principium & originem a Petri Sede trahit, *ut cum ea ſentiendi neceſſitatem ceteris imponat.* (4)

( ) Eadem potentior principalitas, quæ in fidei unitatem cogit Fideles orbis terrarum, ad ſanctitatem eos dirigit, ac repudianda & ſpernenda docet ea, quæ a Sectariis *per ſui placentiam malam vel vanam gloriam vel per cæcitatem & malam ſententiam* adinventa & excocta ſunt. Apoſtoli enim, eorumque ſucceſſores *nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his* (Hæreticis) *deliratur*; ut inquit S. Irenæus eodem loco. Romanæ quidem Eccleſiæ præcipua prærogativa eſt ſanctitas, quam eidem in Tridentina profeſſione fidei attribuimus; ut ſancta ſit tum ob maximum numerum ſanctorum Antiſtitum, qui eam tenuerunt, tum quod a Domino conſtituta ſit Mater & Magiſtra reliquarum Eccleſiarum.

( ) Dum in unitatem trahuntur, qui ſunt undique fideles velut in commune centrum, eoipſo potentior illa principalitas, ut & catholica ſit Eccleſia, & ut ſingula membra cum Eccleſia Romana convenientia catholicæ Eccleſiæ prærogativis ac iuribus gaudeant, efficit. Antiquis quidem Patribus idem viſum eſt, cum catholica communicare Eccleſia, ac cum Romana communicare. Nimis longum eſt, inquit S. Irenæus, ſingularum Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, ac multis id evaderet impoſſibile; at quid expeditius, quam ſentire & communicare cum Romana Eccleſia, fidemque ſuam conformare cum fide Romanæ Eccleſiæ, quam *maximam* vocat *& antiquiſſimam & omnibus cognitam*?

( ) *Apoſtolicæ* Eccleſiæ membrum nulla veritatis ſpecie cenſeri poteſt, qui Romanæ Eccleſiæ non adhæret, in qua una & apoſtolica doctrina & ſucceſſio ſacerdotii inde a prima Eccleſiæ origine adhuc conſervata eſt. Eam ſucceſſionem enumerans S. Irenæus ita concludit: *hac ordinatione & ſucceſſione ea, quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio & veritatis præconatio* (prædicatio) *pervenit usque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, unam & eandem vivifica-*

ficatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis u-que nunc ſit conſervata & tradita in veritate. Ita po-tentior principalitas ſeu iuriſdictionis Pontificiæ pri-matus, qui in ſui communione, communique con-ſenſu continet Fideles, eo pertinet ſine dubio, ut tra-tio apoſtolicæ Eccleſiæ conſervetur.

(1) De concordia L. I. C. II. n. 6.

(2) Contra Hæreſes L. III. C. 3.

(3) In Orat. de Unitate. S. Irenée prononcé cet or-reveré en tous les ſiecles.

(4) Loc. cit.

§. CCCXLIV.

In Petro *ſuprema* Eccleſiæ poteſtas, non tam *ſola* inſtituta eſt, neque ſola ad ſucceſſores per-nire debuit; quia in eodem Petro & aliis Apoſto-lis poteſtatem quoque epiſcopalis ordinis & iuriſ-dictionis inſtitutam fuiſſe, & ad ſucceſſores pro-pagatam tum ex ſcriptura tum ex traditione didici-mus. Ac quando Chriſtus dixit: *hoc facite in meam commemorationem: mittam ſpiritum veritatis, qui ma-neat vobiſcum in æternum: ille docebit vos omnia. Ego vobiſcum ſum usque ad conſummationem ſeculi;* cer-& ſucceſſores Apoſtolorum deſignavit. Cum vero alia Apoſtolatus iura fuerint *extraordinaria*, ac per-ſonalia, quæ cum ipſis extinguenda, aut certe le-ge ordinaria non transmittenda erant: alia *ordina-ria* & quaſi realia ad poſteros etiam pertinentia; id-circo altera ab alteris diſtinguenda ſunt, ut epiſco-palis poteſtatis genuina origo ac idea formetur.

Apoſtolorum officium erat, ut eorum, quæ a Ieſu Chriſto geſta erant, teſtes de viſu & auditu eſſent coram univerſo orbe. Id perſonæ eorundem proprium erat, & perſonarum morte per ſe ceſſare debuit. Neque infallibilitas, quæ ſingulis Apoſtolis in prædicanda fide, & moribus informandis attribuitur, ad ſingulos eorum ſucceſſores pervenit, aut pervenire debuit; cum iſtorum auctoritas non extendatur per ſe extra ſuos ſubditos & Eccleſias particulares, uti mox dicam; hos vero & has errare circa fidem, non repugnet. In his ergo infallibilitas certa non eſt, niſi ea conditione, ſi concordent cum fide Eccleſiæ catholicæ, ſeu cum Romana, quacum totam Eccleſiam catholicam conſentire neceſſe eſt, uti ex Irenæo explicavimus. (1)

) Apoſtolorum miſſio & poteſtas immediate a Chriſto profecta eſt, nec ullis finibus locorum circumſcripta: *euntes in mundum univerſum prædicate evangelium omni creaturæ.* (2) Sic enim in illis Eccleſiæ initiis ex mente Chriſti opus erat. At cum poſtmodum Apoſtoli Epiſcopos conſecrarent, eos certis alligabant locis, certamque iis portionem gregis aſſignabant. Attendite vobis & univerſo gregi, *in quo* vos Spiritus ſanctus poſuit; aiebat Paulus; & Petrus: paſcite, *qui in vobis eſt*, gregem Dei - - & cum apparuerit Princeps paſtorum; percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. (3) Quæ quidem verba ſatis indicant, usque ad adventum Chriſti iudicis præſto futuros eſſe paſtores gregis Dei, & permanſuram paſtoralem poteſtatem. Ea diœceſium, uti hodie vocamus, aſſignatio & alligatio ad easdem manifeſtiſſime apparet ex Apocalypſeos C. II. & III., ubi de ſeptem ſtellis, & ſeptem candelabris, id eſt, ſeptem Aſiæ Epiſcopis & Eccleſiis particularibus agitur. Hinc ad ſucceſſores non tranſiit, quod Apoſtolis competebat, ius fundandi novas ſedes epiſcopales, conſecrandi Epiſcopos; niſi id ipſum facere iuſſi eſſent auctoritate apoſtolica, uti Paulus Tito in mandatis id dederat: *ut conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.* (4) Siquid extra Diœceſin ſuam ſuſceperunt Epiſcopi, id vel conſenſu eorum factum eſt, a quorum id arbitrio pendebat, vel ex caritatis lege, vel deni-

que cum congregatis Synodis in medium con rent de re communi Eccleſiæ univerſalis, aut am ris diſtrictus.

(c) Neque donum miraculorum ordinaria lege ad ſu ſores Apoſtolorum transmitti debuit; nam u pientiſſime animadvertit Gregorius M.: *Hæc ſaria in exordio Eccleſiæ fuerunt. Ut enim ad creſceret multitudo credentium, miraculis fuerat trienda. Quia & nos, cum arbuſta plantamus, diu eis aquam infundimus, quousque ea in terra coaluiſſe videamus: & ſi ſemel radicem fixerint, rigatio ceſſabit. Hinc eſt enim, quod Paulus linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infide* (5) Nemo hominum ius habet exigendi a portenta, aut certum divinæ revelationis mod in illos vero, qui in media cœcutiunt orthod veritatis luce, illud effatum cadit divini mag *neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit, credent.* (6

(1) *Ex celebratiſſima Irenæi ſententia omnium p cularium Eccleſiarum fides conſentire debet cum Ron Eccleſiæ fide; & ſecundum obſervationem quandam S. guſtini Romana fides non poteſt non conſentire cum fid terarum Eccleſiarum.* Sic enim ait L. I. C. 2. in I num, loquens de Innocentii P. I. definitione contra reſim Pelagianam ad Africanos miſſa: Quid enim p ille vir ſanctus Africanis reſpondere Conciliis, niſi antiquitus apoſtolica Sedes & Romana cum ceteris t perſeveranter Eccleſia?

(2) Marc. ult.

(3) I. Petr. V, 2. 4.

(4) Tit. I. 5.

(5) Hom. 29. in Evang. poſt initium.

(6) Luc. XVI. 31.

§. CCCXL

§. CCCXLV.

Indicatis extraordinariis apoſtolatus iuribus ad …linaria tranſeamus, quæ in ſucceſſores Apoſto…um ob permanentem Eccleſiæ finem derivari de…erunt, ut nempe usque ad conſummationem …uli una eſſet, ſancta, catholica & apoſtolica.

…) Quemadmodum unitas a Chriſto conſtituta poſcebat, ut Apoſtoli Petrum tanquam caput totius Eccleſiæ, & univerſi gregis paſtorem, eximia præditum poteſtate agnoſcerent; quam is reipſa exercuit; (1) ita non poterant iidem Eccleſias per provincias inſtituere, niſi eædem Petrum tanquam caput reſpicerent, eidemque ſubiicerentur. Luculentum teſtimonium præbet epiſtola Viri apoſtolici & Martyris S. Ignatii, Epiſcopi Antiocheni ſcripta ad Romanos, quam hisce verbis orditur: *Ignatius - - Eccleſiæ dilectæ & illuminatæ per voluntatem illius, qui vult omnia, quæ ſunt ſecundum caritatem Ieſu Chriſti Dei noſtri: quæ præſidet in loco Romanæ regionis, Deo digna, decentiſſima, caſtiſſima, & præſidens in caritate, Chriſti habens legem &c.* Poſcebat eadem unitas, ut cauſæ graviores, difficiliores, ac ad communem præſertim Eccleſiæ diſciplinam pertinentes ab Apoſtolis, multoque magis a ſucceſſoribus eorundem ad Caput & Principem Eccleſiæ referrentur; quod factum a Paulo in quæſtione de rituum Iudaicorum uſu animadvertit Petrus de Marca. (2) Aliud exemplum eiusmodi relationis extat in cauſa ſchiſmatis paulo poſt mortem Apoſtolorum in Eccleſia Corinthiorum exorti, atque ad Sedem apoſtolicam relati. (3) Eadem unitas poſcebat, ut poteſtas ſingulorum Epiſcoporum ſubordinata eſſet ſupremi capitis ac paſtoris poteſtati, a qua in uſu iurium & functionum epiſcopalium intra diœceſin pro temporum ratione temperaretur, ac reſtringeretur; quemadmodum Paulus extraordinaria apoſtolatus auctoritate poteſtatem Epiſcoporum Timothei, ac Titi temperavit, ac reſtrinxit, prohibendo ordinationem bigamorum, ac neophytorum, præſcribendo qualitates ordinandorum, leges iudicia-

 les.

les, evocando ad ſe maiores natu, id eſt, Epiſ-
pos ac Presbyteros diſtrictus Epheſini.

(*b*) Ut Eccleſia ſancta eſſet, & Fideles ſanctificarent,
neceſſe erat, ut ius prædicandi doctrinam ſancta,
reprobandi ac confutandi errores, dein ut pote
ordinis, ac ius ordinandi, ab Apoſtolis in Succeſ-
res tranſiret, qui gregem ſuum doctrina, ſacrific
Sacramentorum adminiſtratione ſanctificare debebar

(*c*) Ut catholicæ cenſerentur particulares Eccleſiæ, qui
Apoſtolorum Succeſſores præerant, neceſſe fuit,
iidem cum adhærente grege in communione perſiſ
rent cum aliis unitate fidei & caritatis coniunct
omnesque ac ſinguli velut glutino Sacerdotum,
Cyprianus inquit, inter ſe uniti in commune c
trum catholicæ unitatis tenderent. In hunc fin
gradus quidam epiſcopalis iurisdictionis introdu
ſunt, ut infra dicemus.

(*d*) Apoſtolicæ Eccleſiæ conſervandæ ratio exigit,
Succeſſores Apoſtolorum, quibus doctrinæ depo
tum commiſſum eſt, de fide ac traditione iudica
poteſtate, & iure ſuffragii in Conciliis gauderer
utque ipſi operarios, quibus indigent in paſcen
grege ſuo, mitterent, & auctoritate donarent, c
legitimos Miniſtros ex apoſtolica origine deſcende
tes. Ad hæc vero ordinaria epiſcopatus iura exe
cenda opus eſt, ut Succeſſores Apoſtolorum pot
ſtate inſpectoria, executoria, legislatoria ad rege
dum ac paſcendum gregem pollerent; cui poteſt
certa ſubditorum reſpondet obtemperandi obligati
ex iure divino proveniens. (4)

(1) Supra §. CCCXXXIII. (a) *Nil mirum, quod Petrus perſonas Apoſtolorum non memoretur iudicium & poteſtat exercuiſſe; nam ſtatus eorum, qui ſumma erant præditi p teſtate, & a fide deficere a Deo eruditi non poterant, ſupremæ in Petro iurisdictionis uſu eos eximebat; quæ animadverſio Petri de Marca in diſſ. de ſingulari Prima Petri n. 5.*

(2) Ibid. n. VII.

(3

3) Conſtat in Epiſt. Rom. Pontif. Epiſtola I. S. Clementis Corinthios. *Iure quæritur, cur Eccleſia Corinthia ad Ro-orum confugerit Eccleſiam ſeditionis componendæ cauſa, in ea ſuperius quoddam magiſterium & eminentiorem oritatem agnoviſſet; per quam dein pax Corinthiis feli-revocata eſt.*

4) *Hinc damnata Huſſii propoſitio XV. „Obedientia eccle-ica eſt obedientia ſecundum adinventionem Sacerdotum leſiæ, præter expreſſam auctoritatem ſcripturarum.“*

CAPUT V.

ineatur Hierarchia, & determinatur ſubiectum po-ſtatis a Chriſto inſtitutæ, & ad Poſteros trans-miſſæ.

ARGUMENTUM.

CCCXLVI. Hierarchia rdinis & Iurisdictionis. CCXLVII. Gradus Ordi-m. CCCXLVIII. Gradus risdictionis. CCCXLIX. igo horum graduum. CCL. Metropolitani. CCC-I. Exarchi, Primates, rchiepiſcopi. CCCLII. Pa-archæ. CCCLIII. Unitas iſcopatus in Eccleſia. CCLIV. Claves Eccleſiæ tæ ſunt uni & unita-CCCLV. Richeriſmus. CCCLVI. Principi Laico non competit poteſtas ſacra. CCCLVII. Hypotheſes Pro-teſtantium de regimine ſacro. CCCLVIII. An concilium ſupra Papam? CCCLIX. Limites Poteſtatis Pontificiæ, CCCLX. & Epiſcopalis. CCCLXI. Plenitudo poteſta-tis. CCCLXII formæ ſtatus & imperii eccleſiaſtici. CCCLXIII. An poteſtas Epiſcoporum immediate a Deo?

§. CCCXLVI.

Poteſtas ſacra in Petro & Apoſtolis inſtituta, q ad poſteros transmiſſa duntaxat ea parte adhuc

ſpectata eſt, qua illa ad ius eccleſiaſticum public pertinet, ſive publica eſt & rectoria, & velut apice Sacerdotii conſtituta. Sunt functiones ſa & miniſteria ſacra, ad quæ tota epiſcopalis ord dignitate & poteſtate opus haud eſt: quæ tar magnum numerum ſacrorum miniſtrorum poſc ob ipſam frequentiam & varietatem eorum mini riorum, & infinitum credentium numerum, c bus eadem miniſteria impendenda ſunt. Ne ig multitudine vileſceret dignitas epiſcopalis, inferi gradus Sacerdotii a Chriſto fuerunt inſtituti, at officia arctioribus conſtricta limitibus. Cum tar ob ipſam Eccleſiæ per ampliſſima locorum region que diffuſionem non potuerit non ingens ſumm rum Sacerdotum, ſive Epiſcoporum numerus p venire; proinde factum eſt, ut inter ipſos indu rentur gradus quidam ac ordines iuriſdictionis am oris aut ſtrictioris, ut ſic inferiores miniſtri medios, ac medii per ſuperiores in commune u tatis centrum traherentur, atque in id velut co fluerent. Duo ergo, cum de ſubiecto poteſtatis cræ generatim agitur, conſiderare neceſſe eſt:

(*a*) Gradus ordinum Epiſcopatu etiam inferiorum peragenda re divina, & obeundis miniſteriis ſac per quæ ſpiritualis ac privata populi fidelis uti & ſanctificatio procuratur; quæ eſt *Hierarchia* n:s.

(*b*) Gradus iuriſdictionis pro regimine publico Eccl conſtituti non modo inter ſupremum paſtorem, univerſo gregi præeſt, & paſtores Epiſcopos po nem gregis tenentes; ſed etiam inter hos ipſos Epi ſco

ſcopos iure divino cetera æquales, ſed eccleſiaſtica proviſione non æqualibus iurisdictionis & poteſtatis publicæ exercendæ gradibus diſtributos, in quo *Hierarchia iurisdictionis* ſita eſt.

§. CCCXLVII.

Hierarchia ordinis ad auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſterium maxime pertinet, pro quo externum ac bile ſacerdotium a Chriſto inſtitutum eſt cum eſtate conſecrandi, offerendi & miniſtrandi corpus ſanguinem eius, nec non & peccata dimittendi retinendi; quemadmodum ſacroſancta docet Trintina ſynodus. Cum autem divina res ſit tam cti Sacerdotii miniſterium; conſentaneum fuit, dignius & maiori cum veneratione exerceri ſet, ut in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plu- & diverſi eſſent miniſtrorum ordines, qui ſadotio ex officio deſervirent. Omnem de hac rarchia doctrinam ſacra Synodus Seſſ. XXIII. exet; cuius hæc ſunt præcipua capita:

1) Sacrificium viſibile novæ legis ex divina inſtitutione cum viſibili & externo ſacerdotio coniunctum eſt, ſeu cum poteſtate conſecrandi, offerendi ac miniſtrandi corpus & ſanguinem D. N. I. Ch. nec non cum poteſtate dimittendi & retinendi peccata.

2) Ob characterem ordinis ſacerdotalis ea poteſtas non temporaria eſt, quaſi qui rite ordinati ſunt, iterum laici effici poſſent, neque in nudo miniſterio prædicandi verbum Dei conſiſtit.

3) Præter Sacerdotium ſunt alii ordines maiores & minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur. Præcipue ad hierarchicum ordinem pertinent Epiſcopi, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt,

ferunt, & presbyteris ſuperiores ſunt: Sacrament confirmationis conferunt: miniſtros Eccleſiæ or nant, atque alia peragere poſſunt; quarum funct num poteſtatem reliqui inferioris ordinis nullam bent. Infra Sacerdotium de diaconatu ipſæ ſacræ teræ apertam faciunt mentionem; & ab ipſo Eccle initio ſequentium ordinum nomina, atque uniusc usque eorum præcipua miniſteria, Subdiaconi ſcilic Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris & Oſtiarii in uſu fu cognoſcuntur, quamvis non pari gradu. Nam subc conatus ad maiores ordines a Patribus & ſacris co ciliis refertur, in quibus & de aliis inferiori frequentiſſime legitur. (1)

(*d*) Huic iam doctrinæ reſpondet Canon VI. eiusd Seſſionis: *Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica eſſe hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris; a thema ſit.*

(*e*) In ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum & cete rum ordinum nec populi, nec cuiusvis ſecularis teſtatis & Magiſtratus conſenſus, ſive vocatio, auctoritas ita requiritur, ut ſine ea ſit irrita ordi tio. Ii autem, qui tantummodo a populo aut culari poteſtate ac magiſtratu vocati & inſtituti, hæc miniſteria exercenda aſcendunt, & qui ea pro temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſ ſed fures & latrones per oſtium non ingreſſi, bendi ſunt.

(1) S. Cornelius in Epiſt. ad Fabium Antiochen ſcripta a. 251. *omnes & ſingulos hosce gradus eodem or recenſet.* Couſtant. in Epiſt. Rom. Pontif. p. 150.

§. CCCXLVIII.

Ab ordine hierarchico ſemper diſtinguebant Laici inde a primis Eccleſiæ temporibus, quod ne Acatholici eruditiores inficiantur. (1) Eidem ord alligatum eſt ius obeundi functiones ſacras, ac ſa-

cri

n in alios exercendi poteſtatem, ſecundum di-
os gradus ex divina inſtitutione, aut eccleſiaſtica
oſitione determinatos. At ea poteſtas, quæ in
s exercetur, ac *iuriſdictio* appellari ſolet, alia eſt
foro interno ſuper corpus Chriſti myſticum, illu-
ando per doctrinam, purgando ac perficiendo
Sacramenta: alia *pro foro externo* per leges, iu-
a, pœnas. Si igitur de ſubiecto ſacræ poteſtatis
eratim definiendum eſt, hæc videntur capita eius
nitionis poſſe conſtitui.

) Poteſtatis ſacræ ſubiectum eſt Clerus, uti ea poteſtas verſatur tum circa corpus Chriſti verum, id conficiendo, miniſtrando, ac circa id miniſterium quoddam obeundo; tum circa corpus Chriſti myſticum per iuriſdictionem in foro interno, vel externo.

) Iuriſdictionis in foro externo pertinentis ad regimen Eccleſiæ ſubiectum & originarius fons ex Chriſti inſtitutione eſt Epiſcopatus; ſic, ut Clerus inferior, etſi admitti poſſit in uſum & exercitium iuriſdictionis, totum id ab Epiſcopis habeat, qui proprie *Eccleſiam regentem* efficiunt. Patet id ex conſtanti & nunquam interrupta praxi Eccleſiæ. Omnia enim concilia tam generalia, quam particularia, in quibus iuriſdictio pro foro externo maxime exercebatur, a ſolis Epiſcopis celebrata ſunt; neque in iis presbyteri iudicarunt, aut definierunt, niſi nomine abſentium, aut tanquam conſultores aut accepto privilegio: quale Cardinalibus non Epiſcopis, & Generalibus Ordinum regularium conceſſum eſt. (2)

) Papatus ſive ſummus Pontificatus non eſt ſacer ordo ab Epiſcopatu diſtinctus, ſed eminentia iuriſdictionis in Epiſcopatu, qua inter Epiſcopos quoad poteſtatem ordinis æquales unus omnibus ac ſingulis præcellit, & quidem divina ex inſtitutione, ut eſſet unum fundamentum Eccleſiæ totius, unus ſupremus paſtor, unus, qui reliquos fratres confirmarent.

(*d*)

(*d*) Poteſtas ordinis epiſcopalis a iurisdictione ita ſepa[rari] poteſt, ut ea manente iurisdictio imminui, aug[eri,] etiam tolli poſſit: aut viciſſim habito ordine q[ui]dam, etſi non epiſcopali, iurisdictio tamen epi[sco]palis queat exerceri. Illud in Epiſcopis contin[git,] qui renunciarunt loco & dignitati, qui depoſiti, [aut] degradati ſunt: iſtuc in Epiſcopis electis & confir[ma]tis, necdum conſecratis.

(*e*) Ad formam divinæ inſtitutionis, qua inter Epi[ſco]pos cetera æquales unus poteſtate præeminet tanq[uam] caput, introductum eſt ex eccleſiaſtica & antiquiſ[ſima] diſpoſitione, ut varii iurisdictionis epiſcopalis gra[dus] conſtituerentur; præſertim cum iurisdictio mane[nte] æquali ordine eſſe inæqualis poſſit. Hinc in Epiſ[co]porum numero alii Metropolitæ, Primates, Exarc[hi,] Patriarchæ nominati ſunt.

(*f*) Iurisdictio epiſcopalis vel per ſingulos Epiſco[pos] exercetur, vel per cœtum aut ſynodum eorun[dem] maiorem aut minorem, ut adeo ſubiectum iſtius [po]teſtatis aliud *ſingulare* ſit, aliud *commune.* Imo E[pi]ſcopi etſi loco congregati non ſint, tamen ob co[m]mune officium atque unitatis ſtudium inſtar un[ius] corporis ſpectantur, & *Eccleſiæ diſperſæ* nomine [ve]niunt.

(g) Singularitati ſubiecti non obſunt conſiliarii, adiu[to]res, vicarii, legati &c. & coadiutores, quos ſibi E[pi]ſcopi ſinguli adſciſcunt pro obeundo rite munere ſ[uo.] Sic Papa adiuvatur in regimine univerſalis Eccle[ſiæ] per Cardinales: mittit Nuncios, & Legatos, & d[esi]gnat Vicarios apoſtolicæ Sedis: Epiſcopi quoque ſ[ui] habent Vicarios & Conſiliarios.

(1) Bingham Orig. Eccl. l. 1. c. 5.

(2) Iure damnata eſt A. 1327. Propoſitio IV. Mar[ſilii] Patavini & Ioannis de Ianduno, quæ ita habebat: „*Q[uod] „omnes Sacerdotes, ſive ſit Papa, ſive Archiepiſcopus, [ſive] „Sacerdos ſimplex quicunque, ſunt æqualis auctoritatis, [&] „iurisdictionis ex inſtitutione Chriſti; ſed quod unus h[abet] „plus alio, hoc eſt, ſecundum quod Imperator conceſſit p[lus] „vel minus; & ſicut conceſſit, revocare poteſt.*“

§. CCCXLI[I.]

§. CCCXLIX.

Gradus epiſcopalis iurisdictionis, excepto Pri-
:, diſpoſitioni poſitivæ iuris eccleſiaſtici adſcri-
us. Alii ex iure divino, qua, neſcio, ratione
i derivant: alii ex conſuetudine, quam appellat
ilium Nicænum I. circa Patriarchas, uti poſtea
nati ſunt: alii denique ex apoſtolica traditione
ndem originem arceſſunt. Sed conſuetudo, ac
tio mere apoſtolica a diſpoſitione iuris eccleſia-
nihil differunt. Conſideremus igitur hoſce
us, eorumque iura, & rationes fundamenta-
incipiendo ab infimo Metropolitanorum gradu.

§. CCCL.

Cum Eccleſias fundarent Apoſtoli, Epiſcopos a
nſtitutos certis locis ac finibus alligarunt, intra
exercerent ordinis ac iurisdictionis poteſtatem,
s ex ſe locorum finibus circumſcriptam. At
doctrinam ſuam ſervari integram & illibatam
rent, ipſique celebriores maxime urbes ac Me-
oles prædicatione apoſtolica primo pulſaſſent,
facilius diffunderetur evangelii lux; hinc Epi-
os in urbibus conſtitutos & ſolertius informa-
aliis dein eiusdem provinciæ Epiſcopis inſtar
næ, ac cum poteſtate quadam præpoſitos vole-
, qua eos ad communionem atque unitatem
herent, & quibuscum de occurrentibus nego-
n commune conferrent. Quæ enim paulo gra-
viora

viora erant, non a ſingulis, ſed collatis ſente ab univerſis unius provinciæ Epiſcopis expediel tur. Quam in medium conſulendi, mutuoque c municandi opportunitatem maxime in cauſa fi reor, cur orbem fidelem in provincias ſecue Apoſtoli, aut certe eorum ſucceſſores. (1) Qu re partitionem primo ſecuti ſunt, qua civilis in rii corpus in provincias diviſum, ſingulisque p vinciis urbes præcipuæ ac matrices ſeu metrop ſunt attributæ; quo homines ex aliis civitatibus gotiorum & litium cauſa magno numero conf bant. Plures iſtiusmodi provinciæ certo tractu ſitæ *diœceſium* nomine veniebant, (2) contra ac hodie diœceſes, ſeu diſtrictum uni ſubiectum E ſcopo nominamus, quem illo tum ævo *paræc* fuiſſe dictam accepimus. Tria hoc loco anim vertam ad hanc veteris diſciplinæ rationem pe nentia:

(*a*) Concilium Antiochenum a. 341. celebratum, c canones in antiquas compilationes relati, & per om Eccleſiam probatiſſimi viſi ſunt, Can. 9. in hunc dum decernit: *Per ſingulas regiones Epiſcopos co nit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinen tius provinciæ gerere; propter quod ad Metrop omnes undique, qui negotia videntur habere, concurr Unde placuit eum & honore præcellere, & nihil am præter eum ceteros Epiſcopos agere ſecundum antiq a Patribus noſtris regulam conſtitutam, niſi ea tant quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſionesque ſubi Unusquisque enim Epiſcopus habet ſuæ parochiæ p ſtatem, ut regat iuxta reverentiam ſingulis compe tem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis, ſub eius eſt poteſtate, ita ut presbyteros & diac ordinet, & ſingula ſuo iudicio comprehendat. Amp*

au

autem nihil agere tentet, præter Antiſtitem Metropolitanum, nec Metropolitanus ſine ceterorum gerat conſilio Sacerdotum. (3

) Mutata poſtea civili provinciarum partitione, id quod non raro & politicis ex cauſis contingebat, non viſum eſt ſummis Pontificibus *ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei Eccleſiam commutari, honoresque aut diviſiones perpeti, quas pro ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator.* (4)

) Tota tamen hæc provinciarum partitio, iuriumque Metropolitani, ac ſubiectorum Epiſcoporum diſtributio ex diſciplina pendebat, quæ pro temporum ratione mutationi erat obnoxia. Poteſtas ſubiectorum Epiſcoporum quoad cauſas alicuius momenti haud parum reſtringebatur; quia in conciliis provincialibus maxime de cauſis etiam diſciplinæ agebatur, quibus ſervandis ſinguli Epiſcopi adſtringebantur. Subiectio erga Metropolitanum iuri primi Paſtoris ac Pontificis Romani derogare nil poterat; cum id ex divina profluat inſtitutione, illa ex humana diſpoſitione. Ea ſubiectione imminuta, variiſque iuribus, quæ a Metropolitano aut provinciali Concilio exercebantur, ad ſedem devolutis apoſtolicam, Epiſcoporum poteſtas non reſtricta, ſed ampliata & laxata eſt, ſi, ut oportet, res expendatur.

1) *Exempla diviſionis Eccleſiæ in provincias, & quidem ...dum partitionem civilis imperii hæc afferri ex ſacro Codice ...nt. S. Petrus, cum ad Iudæos per provincias diſperſos at... ...d fidem converſos primam daret epiſtolam, eos ſecundum ...incias nominat:* Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis ...nis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & By...æ. I. Petr. I. 1. *Petrus annunciato in Iudæa Evangelio ...s profectus erat Iudæos, qui per provincias Imperii Romani ...rſi degebant iam inde a deſtructione templi, vel ex recenti ...unda diſperſione & perſecutione, quæ a Iudæis a Stepha... ...acerbatis mota eſt.* Act. VIII. 1. Advenas *eos appellat, ...ulti diuturnam in iis regionibus moram egiſſent, & ob ... græci ſermonis Helleniſtæ appellarentur. At enim Iudæi ...is extra Iudæam loco ſe peregrinos exiſtimabant. Hos igi... Princeps Apoſtolorum ſecundum provincias compellat, qua... diſtributio primis ſæculis Eccleſiæ in illis tum regionibus ...anſit; erat enim provincia Bythiniæ; eius metropolis Ni-*

comedia: provincia Cappadociæ; metropolis Cæſarea: vincia Ponti: metropolis Amaſea, provincia Aſiæ proco laris: metropolis Epheſus: denique provincia Galatiæ; tropolis Ancyra, cui inſcriptam habemus Pauli epiſtolam Galatas. Paulus (Rom. XV. 26.) Macedoniæ & Achaiæ n ne exprimit Eccleſias earum provinciarum. *Titum Cre reliquiſſe ſcribit, ut Epiſcopos per civitates conſtitueret; u Tito Metropolitam ſe videre nonnulli putant, qui per eam vinciam Epiſcopos inſtitueret. Aſia proconſularis perex tantum pars erat Aſiæ minoris, ut Geographi appellant; que imperii provincia, quo Proconſules mittebantur; metr lis, vel civitas matrix Epheſus.* Sic enim Ulpianus ſcri obſervare. 4 §. 5. D. de officio Proconſulis: inter Mat urbes Epheſum primo attingere. *Hanc Metropolin cum urbibus ſex provinciam efformaſſe non obſcure indicatur* C. I Apocal.: Mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Ephe Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Phila phiæ & Laodiciæ. *Quam provinciam inſtruens Paulus ep lam ſuam Epheſiis inſcripſit, & apud Miletum conſiſtens, vocatis Presbyteris Epheſi dixit*: vos ſcitis, quia a prima qua ingreſſus ſum in Aſiam &c. Act. XX. 18. *Simili inſt ad Corinthios ſcripſit*: Paulus - - Eccleſiæ Dei, quæ eſt rinthi cum omnibus Sanctis, qui ſunt in univerſa Ac II. Cor. I. 1. *Corinthus enim metropolis erat Achaiæ, ut T ſalonica Macedoniæ; hinc I. Theſſ. IV. 10. fratrum mem qui ſunt in* univerſa Macedonia.

(2) L. unic. C. ut omnes Iudices.

(3) Antiqua regula, quæ hic memoratur, videtu ſignare Canonem 33. Apoſtolorum. *Patet vero ex hoc none, regimen publicum, ac poteſtatem rectoriam in forc terno a ſolis fuiſſe Epiſcopis exercitam.*

(4) Ita loquitur Innocentius P. I. in Epiſt. XXIV. data ad Alexandrum Antiochenum A. 415. vid. Couſ in Epiſt. RR. PP. col. 852. Deciſionem Innocentii la Nicolaus I. apud Gratian. c. 1. Diſt. 10.

§. CCCLI.

Superiores dignitate Metropolitanis, ſed Patr chis tamen, de quibus poſtea agam, inferiores e

E

[Ex]archi, Primates, aliquando etiam Archiepiſcopi.

(1) *Exarchi* dicebantur, qui Diœceſibus præerant, ſive diſtrictibus plures provincias complectentibus. Trium Diœceſium mentionem facit Concilium Conſtantinop. I. Can. 2. ſcilicet Aſiaticæ, quam Exarchus Epheſinus; Ponticæ, quam Cæſareenſis; & Thraciæ, quam Heracleenſis regebat, CPtano Patriarchatui paulo poſt ſubiecti.

(2) *Primates* vocantur, qui primas ſedes epiſcopales in aliqua natione obtinent; quos Romanus Pontifex tanquam Vicarios ſuos ſæpe habebat. Idem nomen variis Metropolitanis olim attributum legitur; cum ſufficere videretur ad ſuſtinendum nomen Primatis, quod quis nulli Primati eſſet ſubiectus. In Africa per ſingulas provincias reliquis Epiſcopis præerant Primates, inſtituti non ſecundum potentiam & dignitatem, ſed ſecundum tempus ordinationis; quibus tamen omnibus præerat Archiepiſcopus Carthaginenſis.

(3) Archiepiſcoporum nomen olim erat ampliſſimum, ſecundum vim nempe græcæ vocis, quæ Principem Epiſcoporum denotat. Iuſtinianus Imperator voluit, ut primæ Iuſtinianeæ, patriæ ſuæ, *Antiſtes non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat, & ceteræ provinciæ ſub eius ſint auctoritate.* (1) Hodie plerumque Archiepiſcopus idem eſt, ac Metropolitanus. Imo ſunt nonnulli Archiepiſcopi, qui non ſunt Metropolitani, qui ſcilicet nullum Epiſcopum ſibi ſubiectum habent. (2)

(1) Novell. XI.

(2) Bened. XIV. de Synod. diœceſ. L. II. C. IV. n. 3.

§. CCCLII.

Supremum inter Epiſcopos gradum, Primati tamen univerſali ſubiectum tenent Patriarchæ, quorum dignitas multo ante, ac nomen invaluit. Id

enim in publicis monumentis ante Concilium Chalcedonenſe non reperitur fuiſſe in uſu. In eo autem Concilio A. 451. actione II. Diœceſeon Exarchi *Patriarcharum* nomine compellantur, & Leo Pontifex Romanus eo præ ceteris elogio inſignitur tum in acclamationibus Patrum Action. I. tum in Epiſtolis Alexandrinorum productis Act. III. Primas tres ſedes patriarchales S. Petrus inſtituiſſe creditur, Romanam, Alexandrinam & Antiochenam, dum iis ſedibus præter epiſcopalem ordinariam iurisdictionem, ampliorem in Epiſcopos aliarum provinciarum inſpiciendi, ordinandi ac iudicandi poteſtatem attribuit, (1) haud dubie ob temporalem etiam dignitatem iſtarum urbium; Roma enim orbis Domina erat, Alexandria ægyptiaci regni Princeps, & Antiochia orientis regina. Non id volebat Petrus, ut ſplendore urbium coruſcaret dignitas epiſcopalis; ſed ut ob celebritatem urbium citius diffunderetur veritas Evangelii, & Epiſcopi ab hisce Patriarchis ordinati ad primarias hasce ſedes recurrere maiore cum decore poſſent, & promtiore ſtudio vellent. De hisce patriarchalibus ſedibus Canonem VI. Concilii Nicæni viri eruditiſſimi intelligunt, & contra pravas Proteſtantium interpretationes vindicant. (2) Acceſſit poſtea Patriarcha Conſtantinopolitanus, invitis multumque refragantibus Pontificibus Romanis, haud dubie e. . . tium orientalis Eccleſiæ inde enaſciturum præſ. . .

ti. . .

...tibus. Demum & Hieroſolymitanus Epiſcopus, qui ſola honoris prærogativa antea gaudebat, patriarchalem poteſtatem & iurisdictionem nactus eſt in Concilio Chalcedonenſi Act. VII. Poſterioribus temporibus Patriarchæ titulus conceſſus eſt quibusdam eminentioribus Epiſcopis, qui aliam tamen non habent iurisdictionem, quam obtinere ſolent Primates. Tales ſunt Venetus, Indicus, Luſitanus. Aquileienſis patriarchatus ſub Benedicto XIV. exſtinctus fuit. Alii ex ruinis Patriarchatuum orientalium enati ſunt, uti Armenorum, Cophtorum, Ruthenorum. Ad perſpiciendam in hac re politiam eccleſiaſticam, finemque in differentiis graduum epiſcoporum propoſitum accuratius cognoſcendum annotare iuvat ſequentia:

(a) Ordinationes & cauſæ Epiſcoporum ſimplicium ad Metropolitanum maxime pertinebant: at Metropolitanorum ordinationes & cauſæ ad Exarchos vel Patriarchas: horum denique cauſæ ad Pontificem Romanum & Primatem univerſalem, qui idem Patriarcharum ordinationes eatenus confirmabat, ut, ſi communionem electi Patriarchæ reſpueret, electio legitima non cenſeretur. Hinc Bonifacius I. A. 422. in hunc modum ad Rufum & Epiſcopos Illyrici ſcripſit: *Clementiſſimæ recordationis Princeps Theodoſius Nectarii ordinationem propterea, quia in noſtra notione non eſſet, habere non exiſtimans firmitatem, miſſis e latere ſuo aulicis cum Epiſcopis firmitatem huic a Sede Romana dirigi regulariter depopoſcit, quæ eius ſacerdotium roboraret.* (3) Ac S. Leo ad Imperatorem Martianum de Anatolio primum poſt Romanam Sedem locum ambiente ſcripſit: *Satis ſit prædicto, quod veſtræ pietatis auxilio, & mei favoris aſſenſu, epiſcopatum tantæ urbis obtinuit.* (4)

(*b*) In Concilio Lateranenſi IV. ſub Innocentio III. novata ſunt privilegia & iura veterum & maioi patriarchalium Sedium poſt Romanam hoc ordi ſcilicet Conſtantinopolitanæ, Alexandrinæ, An chenæ, & Hieroſolymitanæ, cauteque provi eſt, ut communio atque unitas cum Sede Rom tanquam catholicæ unitatis centro conſervaret aptisque mediis foveretur. Diſpoſitio eius Con extat L. V. Decretalium tit. 33. de Privilègiis. c. (5)

(*c*) Ad normam igitur divinæ inſtitutionis, qua inter poſtolos cetera æquales unus electus eſt, qui in capitis emineret, hi etiam epiſcopalis iurisdictic gradus iure humano, ut quidem puto, adinv ſunt; id, quod eleganter expreſſit S. Leo hisce v bis: *de qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta ſtinctio, & magna ordinatione proviſum eſt, ne om ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prov ciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur pri ſententia, & rurſum quidam in maioribus urbi conſtituti ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem, per q ad unam Petri Sedem univerſalis Eccleſiæ cura c flueret, & nihil usquam a ſuo capite diſſideret.* (6)

(1) Vid. S. Gregor. M. L. VI. Epiſt. 37. *de tribus* *triarchalibus ſedibus, ubi de eminentia Romanæ Sedis* *ri modeſtia, ac fiducia diſſerit.*

(2) Conf. Bened. XIV. de Synodo diœceſana L. II. II. Confutatam a Sirmondo *Iacobi Gothofredii & Claudii S maſii aſſertionem recoquere non erubuit Pfaffius.* Conf. D ſertation. Ioan. Petri Banniza de vera religionis liberta Theſaur. T. III. n. XIII.

(3) T. I. Epiſt. R. P. Conſt. col. 1043. ep. XV.

(4) Epiſt. 106. Edit. Venet.

(5) *Hunc etiam Canonem approbante Concilio gener editum acerbis, ut ſolet, atque invidia in ſanctam Sedem pler obſervationibus non illuſtrat, ſed obſcurat Vaneſpenius, v ut ſine ſtomacho legi a viro æqui amante poſſit. Enimv ro talia cum lego apud hunc auctorem, illius eſſati ſ pi*

s venit in mentem: muſcæ morientes perdunt ſuavita- ı unguenti. Eccl. X. 1.

(6) Epiſt. 14.

§. CCCLIII.

Sunt igitur Epiſcopi, Metropolitæ ſeu Archi- iſcopi, Exarchi, Primates, Patriarchæ, omnium- e Epiſcoporum Epiſcopus, & Paſtor Paſto- m, & Pater Patrum, Succeſſor Petri & Vica- s Chriſti, ſummus Pontifex, penes quos po- tas Eccleſiæ rectoria publicaque reſidet. Uti ro, qui metropolita, idem Epiſcopus eſt; qui triarcha, idem Metropolita, idemque Epiſco- s; ſic ſummus Pontifex, & Paſtor paſtorum, ı Eccleſiæ univerſalis, idem Patriarcha eſt to- s occidentis, idem Primas Italiæ, idem Me- opolita Romanæ provinciæ, idem denique E- copus eſt Dioeceſeos Romanæ. Superior enim gnitas non ſupprimit, ſed elevat inferiorem. m in ſancta Eccleſia, quam Chriſtus acquiſivit guine ſuo, maxime utique fœcundo, multa ſit ſſis, quæ operarios poſcit, multæque ſint oves, æ Chriſti vocem audiunt, neceſſe erat, ut de gno provideretur operariorum, & paſtorum nu- ro. Quomodo ergo, inquis, unus eſt Epiſcopus, quam ſubiectum ſacræ poteſtatis a Chriſto in- ſtutæ in Eccleſia? pervulgata hæc erat apud an- quos Patres loquendi ratio: *Unus Epiſcopus, us epiſcopatus eſt in catholica*; ſic enim, qui

nominarent, Eccleſiam Chriſti denotabant: unu Dominus, unum Baptiſma, una Fides, una E cleſia, unus Epiſcopus, unus Epiſcopatus in E cleſia catholica. Iſtud igitur explicandum eſt, u de ſubiecto hierarchicæ poteſtatis notio quæda concipiatur; Eſt ſane hæc unitas in divinis m ſteriis numeranda, citiusque animo comprehend quam verbis explicari poteſt. Sic tamen qua tum neceſſe eſt, & in promtu habemus, videtu ſtatuendum:

(*a*) *Diviſus eſt Chriſtus?* Quærebat doctor gentium Pa lus; *numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in n mine Pauli baptizati eſtis* (1)? Sic nempe quærendu erat, cum Corinthii ea ex cauſa ſcinderentur, ac int ſe dividerentur, quod diverſos miniſtros unius Chr ſti, non unum Chriſtum Dominum ac Servatorem & paſtorem animarum ſpectarent. Atqui exercent poteſtatem ſacram *ſic exiſtimet homo ut miniſtros diſpenſatores myſteriorum Dei.* (2) Atque id quidem ſi poteſtatem & functiones *ordinis* epiſcopali. ſpecte mus, ita perſpicuum mihi videtur, ut nihil magis.

(*b*) Si Epiſcopatus ſpectatur non quoad poteſtatem in corpu Chriſti verum, ſed myſticum, id eſt, quoad poteſta tem paſcendi per doctrinam & regendi per leges a iudicia, is unus eſt in origine, termino vel obiecto ad quod refertur, ac denique fine, quem propoſitu habet.

(*c*) Origo iſtius poteſtatis a Petro repetenda eſt, in que Chriſtus plenitudinem poteſtatis in totam Eccleſia ante contulit, vel ſe collaturum ante promiſit, qua in Apoſtolos quidquam derivaret. *Super hanc petra ædificabo Eccleſiam meam: tibi dabo claves regni cœ lorum: quodcunque ligaveris ſuper terram, erit liga tum & in cœlis.* (3) Quomodo in hiſce dictis no plena poteſtas exprimitur? Quando dein ad Apoſto los ac Petrum coniunctim illud protulit divinus Ser va

vator: *Quæcunque alligaveritis*: *quæcunque ſolveritis*; (4) non quæro, quam maiorem his verbis, ſed quam aliam ac diverſam poteſtatem deſignarit, quæ non ſingulari, & eminente ratione iam antea Petro addicta fuerat? Si totum antea effudit in Petrum, non poterat quidquam in alios Apoſtolos conferre aliter, niſi derivando ex plenitudine in Petrum collata. Ergo origo ac radix poteſtatis epiſcopalis a Petro eſt repetenda, & quidem ita repetenda, ut in ea origine ac radice unitas ſervaretur tum fidei, tum communionis & caritatis. Atque hoc eſt, quod S. Cyprianus tam ſæpe, tamque perſpicuis verbis docet tanquam rem extra controverſiam poſitam: *Petro primum Dominus, ſuper quem ædificavit Eccleſiam, & unde unitatis originem inſtituit, & oſtendit, poteſtatem iſtam dedit, ut id ſolveretur in cælis, quod ille ſolviſſet in terris.* (5) Ita vero originem unitatis Petrum ac Petri cathedram eſſe docet Cyprianus, ut, qui ab illa unitate diſceſſerit, habendus ſit quaſi radius a ſole ſeparatus, aut ab arbore decerptus ramus, aut rivus a fonte diviſus, id eſt, cæcus, ſterilis, emortuus. (6) Quid hæc denotant aliud, quam ex plenitudine poteſtatis in Petrum collatæ ſic derivatam eſſe in alios poteſtatis eius participationem, ut per eam defenderent unitatem eiusdem poteſtatis, & eiusdem cathedræ?

(d) Terminus ſive obiectum, in quod ſacra poteſtas exercetur, non eſt, niſi grex Chriſti; in eius enim bonum unice inſtituta eſt ea poteſtas; *Omnia veſtra ſunt*, ſcribit Paulus ad fideles, *ſive Paulus, ſive Appollo, ſive Cephas - - omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti.* (7) Nemo Epiſcoporum portionem gregis tenet, quæ non & Petri vel ſummi paſtoris eſt; nec Petrus alium gregem, quam qui Chriſti eſt; nec quisquam gregis partem vindicare ſibi paſcendam ac regendam poteſt invito paſtore ſummo ac univerſali gregis. Uti ergo unus grex, unum ovile; ita etiam unum eſt officium paſtorale, ſive Epiſcopatus unus eſt, licet multi paſtores & Epiſcopi ſint, qui gregis partem tenent quaſi *in ſolidum*, eo nempe ſenſu, quod teneant partem ſuam non diviſam, ſed unitam cum toto grege; quo modo ſinguli paſtores particulares dici poſſunt, ac debent *Catholici.* (8)

(*e*) Finis idem & communis eſt in commune opus t
dens; quod Paulus exprimit loquens de variis do
ac functionibus miniſtrorum Chriſti: *Dedit quosd
quidem Apoſtolos, quosdam autem Prophetas, al
vero Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Docto
ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii,
ædificationem corporis Chriſti.* (9)

(1) I. Cor. I. 13.

(2) Ibid. IV. 1.

(3) Matth. XVI.

(4) Ibid. XVIII.

(5) Epiſt. 73. ad Iubaianum.

(6) Id. L. de Unitate.

(7) I. Cor. III. 22. 23.

(8) *Hic eſt famoſus Cypriani locus, quem Pontificiæ
risdictionis & præeminentiæ hoſtes obiicere nunquam ceſſa*
Epiſcopatus unus eſt, cuius a ſingulis in ſolidum pars
netur. Libr. de Unitate Eccleſiæ. *Inprimis non ipſum E
ſcopatum, ſed eius partem a ſingulis teneri affirmat S. Doct
neque* in ſolidum *teneri idem profecto denotat, ac indep
denter ab alia maiore & univerſali poteſtate teneri. En
vero pluribus iudicibus delegari poteſtatem in ſolidum,
repugnat; quin a delegante, aliove ob eam cauſam indep
dentes ſint. Tenent ergo ſinguli partem in ſolidum, quate
non diviſam ſed unitam cum aliis partibus & cum toto tene
eritque ſic unus Epiſcopatus origine, obiecto & fine. In qu
explicationem incidunt Bellarmini verba de Romano Ponti*
L. II. C. XVI. *Eccleſia una & Epiſcopatus unus eſt, ,
,,modo, quo multi arboris rami ſunt una arbor, multi r
,,una aqua, & multi radii una lux, ut ibidem Cypria
,,dicit: ſicut ergo in ramis, rivis & radiis unitas eſt rati
,,unius capitis, id eſt, radicis, fontis, ſolis; licet rami i
,,rivi & radii multiplicentur: ita etiam Eccleſia eſt una,
,,Epiſcopatus unus in radice & capite, (Petro, eiusq
,,ſucceſſoribus) quamvis multæ ſint particulares Eccleſi
,,multique particulares Epiſcopatus.*".

(9) Epheſ. IV. 11. 12.

§. CCCLI.

§. CCCLIV.

Exhibitis hierarchiæ gradibus, oſtenſaque ratione unitatis, quæ in ipſa multitudine eorum graduum eſt, non magnopere laborandum eſt, ut ſubiectum poteſtatis publicæ & rectoriæ in Eccleſia determinemus. Vulgo quidem ea poteſtas, *clavium* nomine venit, & *poteſtas clavium* nuncupatur, quam heterodoxi quidem Scriptores variis modis atque a Chriſti inſtitutione, Patrumque doctrina prorſus alienis non tam interpretantur, quam deformant, aut potius de medio tollunt. Sed errores illos cum a graviſſimis viris dudum confutati ſint, hic non moramur. Si clavium nomine ſuprema in regno cœlorum, atque univerſalis poteſtas intelligatur, easdem ſoli Petro datas, & ad ſucceſſores Petri transmiſſas oſtendimus. (1) Quia vero publica & rectoria Eccleſiæ poteſtas etiam in Apoſtolis a Chriſto inſtituta, atque in eorum ſucceſſores derivata eſt; (2) hinc etiam illa poteſtas clavium nomine venit. His poſitis notionibus dico: *Claves a Chriſto datæ ſunt uni, & datæ ſunt unitati*; uni datæ ſunt: quia ſuprema in Eccleſia poteſtas ſive primatus auctoritatis & juriſdictionis in Petro inſtitutus & ad ſucceſſores Petri transmiſſus eſt. Datæ ſunt unitati; quia poteſtas publica & rectoria in Apoſtolis a Chriſto inſtituta & ad ſucceſſores Apoſtolorum Epiſcopos devoluta eſt. Hos unitatis nomine compello; quia ipſorum poteſtas ſubordinata eſt poteſtati ſupremæ in

in Eccleſia, & quia ex illa quodammodo deriva & in unitatem conſervandam tota inſtituta e Nota:

(*a*) Si uni tantum datas claves diceremus, poteſtas E ſcoporum duntaxat vicaria, & delegata videretu contra ac ſupra a nobis demonſtratum eſt.

(*b*) Si unitati tantum, non item uni diceremus data ſublato primatu auctoritatis & iurisdictionis perfe ariſtocratia induceretur.

(*c*) Quando vero claves & uni & unitati ſtatuuntur Chriſto datæ, intelligitur 1. Primatus auctoritatis iurisdictionis in ſucceſſore Petri & Vicario Chri 2. Poteſtas publica, & rectoria eaque ex divina in tutione profecta in ſucceſſores Apoſtolorum Epiſc pos. 3. Subordinatio huius poteſtatis erga aucto tatem & iurisdictionem Primatis; ſine qua ſubor natione ipſe primatus tolleretur.

(*d*) Aliquando claves *Eccleſiæ* datæ a Patribus dicunt tum quod in bonum ovium, non paſtorum datæ ſ a Chriſto, quemadmodum Paulum indicaſſe ſupra notavi; tum quod non ita Petro datæ ſint, ut e tincto Petro etiam clavium poteſtas periret, nec a plius in Eccleſia maneret. Ergo eatenus Eccleſiæ t ditam fuiſſe poteſtatem intelligunt Patres, quod i perpetuo habeat ſucceſſores poteſtatis ac dignitatis lius. Quemadmodum, inquit Petavius, (3) qui di Francorum populo regiam poteſtatem conceſſam fuiſ nihil ſignificat aliud, niſi eſſe ibi ſemper aliquem, regnet & poteſtatem illam non exequatur modo, in ſe hærentem ac reſidentem circumferat.

(*e*) Uſitatiſſima fuit S. Auguſtino ea loquendi formul qua Petrum, cum claves acciperet, Eccleſiam repr ſentaſſe dicit. At enim multiplex repræſentationis g nus eſt; aliquando unum repræſentat aliud, tanqu nudum ſignum, vel cum quis procuratorio tantum n mine & auctoritate agit, non ſuo. Talis fere eſt repræſentativa in legatis. Aliquando id, quod repr ſentat, cum eo, quod repræſentatur, commune q

ac-

accipit vel tenet, ſed ex parte tantum, ut cum particulare communitatis membrum pecuniæ ſummam in ſingulos cives diſtribuendam nomine totius communitatis accipit, ſic totam communitatem repræſentat, ut beneficii univerſitati conceſſi tanquam unum ex eius membris particeps fiat. Idem intelligitur, ſiqua ſocietas æqualis membro ſuo mandatum dat; quo fit, ut talis & ſuo & aliorum nomine pariter agat. Aliquando unum repræſentat aliud, tanquam id ſub ſe habens, ac poteſtati ſuæ ſubiectum; quo modo Princeps, Dux, Paterfamilias, Paſtor &c. regnum, exercitum, familiam, gregem repræſentat, ac ſummus Imperans univerſam civitatem ob ſummum, quo pollet, imperium. Atque hoc demum modo Petrum ob Primatum, quem a Chriſto acceperat, Eccleſiam repræſentaſſe dicit S. Auguſtinus: *Cuius Eccleſiæ Petrus Apoſtolus propter apoſtolatus ſui primatum gerebat figurata generalitate perſonam.* (4)

1) §. CCCXXVI. ſeq. & CCCXLI. ſeq.

2) §. CCCXXXI. & CCCXLV.

3) L. III. de Hierarch. Eccl. C. XVI. n. 8.

4) Tract. 124. in Ioan.

CCCLV.

De ſubiecto poteſtatis alia omnia ſenſit Edmundus Richerius presbyter, & doctor Theologiæ, deinde ſyndicus ſacræ facultatis Pariſienſis, qui a. 1611. libellum edidit ſine auctoris nomine impreſſum, cum inſcriptione: *De Eccleſiaſtica & Politica Poteſtate.* Ideo ſtatuit, Chriſtum fundando Eccleſiam *prius, immediatius, atque eſſentialius claves, ſive iuriſdictiones toti dediſſe Eccleſiæ, quam Petro:* ſive *claves toti contuliſſe Eccleſiæ, ut per unum miniſterialiter exerceretur: quandoquidem tota iuriſdictio eccleſiaſtica primario,*

rio, proprie & eſſentialiter Eccleſiæ convenit: Rom[ano] autem Pontifici, atque aliis Epiſcopis miniſterialiter, [...] quoad executionem tantum.

(*a*) Ex iis, quæ de inſtitutione Primatus in Petro fa[...] ex ſacro codice dicta, & auctoritate Eccleſiæ i[...] ſtrata & confirmata ſunt, manifeſtum eſt. C[...] ſtum diſtinxiſſe petram & fundamentum ab ædific[...] paſtorem ab ovibus & agnis, eum, qui confirm[...] ab iis, qui confirmantur. Super *hanc* petram, [...] Chriſtus, ædificabo Eccleſiam meam: & *tibi* d[...] (non illi) claves regni cœlorum. Hæc ſi alien[...] in ſenſum detorqueri poſſunt, quid denique ſatis [...] ſpicuum, firmumque reperietur in ſacro codice, q[...] depravari nequeat?

(*b*) Libellus Richerii mox damnatus eſt in ſynodo p[...] vinciali Pariſienſi, eoquod multa in eo continere[...] *falſa, erronea, ſcandaloſa, ſchiſmatica, & prout* [...] *nant, hæretica, præter expoſitiones atque allegati[...]* *falſas.* Hæc damnatio iterata eſt anno eodem in [...] nodo provinciali Aquenſi.

(*c*) Anno dein 1613. opuſculum etiam Romæ damnat[...] eſt ſub Paulo V. & anno 1622. ſub Gregorio X[...] item anno 1709. ſub Clemente XI. una cum demonſt[...] tione ſua; hiſtoria vero conciliorum generalium a Ric[...] rio edita, in qua libellum ſuum ſæpius defendit, an[...] 1681. ſpeciali Brevi Innocentii XI. proſcripta eſt. ([...]

(1) *Hæc Richerii hypotheſis plena errorum & cathol[...] veritatis expers, cum in hodierna ſentiendi, ſcribendi[...] libertate & farragine identidem repullulet, plane indica[...] fuit: pluribus verbis refelli a me non debet; cum nuper [...] modum a celeberrimo Theologiæ Profeſſore, ac in Lyceo [...] ſtro Auguſtano ſtudiorum Præfecto, Laurentio Veith, pe[...] tus contrita, luculenterque & copioſe confutata ſit. Ceter[...] cum poteſtatis ſacræ, uti cuiusvis alterius præcipuum arg[...] mentum ac vis ſit ſita in poteſtate coercitiva; haud ægre [...] telligitur, quorſum evadere tentarit coluber ille tortuoſus, [...] ita ſtatuit: „Eccleſia auctoritatem excommunicandi habet [...] „eam exerceat per primos paſtores de conſenſu ſaltem pr[...]*

„ſun[...]

nto totius corporis." *Quæ eſt propoſitio XL. inter dam-* *s a Clemente P. XI.*

§. CCCLVI.

Si claves populo ſive toti Eccleſiæ & univerſi- fidelium datæ non ſunt, conſequens eſt, ut a ulo in Principes & Imperantes civiles transferri d potuerint. Enimvero ſtatus civilis ex pacto onis & ſubiectionis oritur; quo pacto ſocii par- libertatis naturalis abdicant, atque in manus erantis conſignant publicæ ſecuritatis & tran- litatis cauſa. Quæ eſt igitur, aut eſſe poteſt in cipe politico poteſtas ſacra, de qua nihil plane es ſocios fuit? Hypotheticus civitatis ſtatus, ac ; cenſetur fons iurium maieſtaticorum, quæ po- eo ſtatu ac fine naturaliter proveniunt, & a qua auctore naturæ proficiſcuntur. At poteſtas a omnem naturam & naturæ ordinem transcendit, ſpiritualis eſt, & ſupernaturalis, nec ſine exe- ndo ſimoniæ ſcelere comparari in ſe, vel quoad ctionem pretio temporali poteſt. (1) *Data eſt i omnis poteſtas*, aiebat Chriſtus, quando Apo- os tanquam legatos a latere ſuo cum poteſtate rbem miſit. Ea poteſtas Chriſto data ad ſuper- uralem hominum beatitatem ſpectabat: *Veni, ut m habeant, & abundantius habeant* (2), eademque oſtolis impertita eſt. Infinite ergo diſtant pote- politica, & poteſtas ſacra, quam illa adæquare, ultra omnes limites augeatur, nunquam poteſt: illa

illa eſt a Deo, ut auctore naturæ; & poſita natu[...] eiusque vario ſtatu emergit: hæc ſpeciatim confe[...] & velut delegari a Chriſto debet; cuius delegati[...] nis tabulæ perinde exhibendæ ſunt, ac literæ, q[...] vocant, credentiales a legatis, aut mandatum p[...] curatorium, quando alieno nomine quis agit [...] iudicio, ne ob exceptionem procuratoris falſi omn[...] quæ acta ſunt, nulla & irrita ſint. Porro in ſac[...] tabulis nihil novæ poteſtatis Principibus contu[...] Dei Filius; ſed quidquid illi antea competebat iur[...] id expleri iuſſit: *Date Cæſari*, inquit, *quæ ſunt C[...] ſaris*; at ne omnia deferrentur ad Principes pol[...] cos, mox addidit, ea, quæ ad Deum, divina[...] que religionem ſpectant, non Cæſari, ſed Deo, [...] divinis rebus danda eſſe: *& quæ ſunt Dei, D[...]* Eſt alius locus in ſacro codice, ubi de Principib[...] politicis loquitur divinus Servator. *Cavete*, inqu[...] *ab hominibus. - - Ad præſides & ad reges ducem[...] propter me, in teſtimonium illis, & gentibus. C[...] autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid [...] quamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loq[...] mini.* (3) Quis iſta expendens vel ſuſpicari pote[...] Principibus politicis traditam eſſe, inſtitutam a Ch[...] ſto poteſtatem ſacram? Ergo *ſpectata origine po[...] ſtatis clavium Imperans civilis non eſt ſubiectum ear[...] dem.* Atque hæc quidem homini, qui inter natu[...] lem ac ſupernaturalem poteſtatem, quid interſ[...] diſcernere didicit, luce meridiana clariora atq[...] incc-

concuſſa videantur, neceſſe eſt; adde tamen ſequentes ad rem appoſitas animadverſiones.

( ) In perveſtiganda natura cuiusvis poteſtatis, aut iuris, præter originem eiusdem finis maxime, & præſtituta fini media, dein obiectum quoque vel materia, quam eadem attingit, conſiderari ſolent. Utrumvis hoc loco conſideres, maximis intervallis diſcretæ ſunt politica & ſacra poteſtas. Ac ſacra quidem non alium ſpectat finem, niſi ut Eccleſia Chriſti ſit, maneatque una, ſancta, catholica & apoſtolica. Atqui ſi politico Principatui alligata eſt ſacra poteſtas, Chriſti Eccleſia non *una* erit, ſed tam multiplex, & diſcolor, ac ipſa eſt terrenorum principatuum multitudo, & varietas; nec *ſancta* erit Eccleſia; quia nulli politico regimini aſſiſtentiam ſancti Spiritus appromiſit Chriſtus: nec *catholica*, ſicut nulla eſt catholica ſeu per terrarum orbem exporrecta ſecularis poteſtas: denique nec *apoſtolica*, cum nemo unus politicorum Principum vel ſucceſſionem ab Apoſtolis, vel doctrinæ depoſitum ab iisdem acceptum iactitare omnino poſſit. Nihil enim de poteſtate, quam ſibi omnem fuiſſe datam aſſeruit divinus Magiſter, cum Principibus temporalibus communicavit, neque eorundem opera in fundanda Eccleſia uſus eſt. De qua re eleganter diſſerit S. Ioannes Damaſcenus orat. II. de imag. *Attende, quid dicat Apoſtolus: quosdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Paſtores & Doctores ad perfectionem Eccleſiæ: non adiecit Imperatores. Verbum locuti non ſunt Reges, ſed Apoſtoli & Prophetæ, Paſtoresque & Doctores. - - Tibi parebimus, o Imperator! in his, quæ ad huius ſeculi negotia pertinent. - - Verum ad res Eccleſiæ ſtatuendas Paſtores habemus, qui nobis verbum loquuntur, atque eccleſiaſtica inſtituta tradiderunt.*

( ) Si omnes fontes ſcruteris, unde principia iuris Eccleſiaſtici ſeu publici ſeu privati petenda ſunt, videlicet ſacram Scripturam, traditionem divinam vel apoſtolicam, Canones Conciliorum, conſtitutiones ſummorum Pontificum, ſententias Patrum, Doctorumque antiquorum, definitiones utriusque iuris, monu-

menta publica Imperiorum & Imperantium; omi habebis in eo conſentientia, nihil poteſtatis ſacræ Pri cipibus politicis competere.

(c) Qui hanc de diſcretione utriusque poteſtatis, ſacræ profanæ diſceptationem tractarunt (tractarunt aut plurimi, iique graviſſimi), copioſe aperteque oſte dunt ex hiſtoricis monumentis, ipſos Principes ſu mos, ac ſapientiſſimos in numero ovium, non ſtorum Eccleſiæ ſeſe accenſuiſſe, palamque profeſſ eſſe, ad ſe quoque, ac dignitatem ſuam pertinere la Evangelii effata: *Si Eccleſiam non audierit, ſit bi ſicut ethnicus & publicanus: qui vos ſpernit, ſpernit: obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis: ſce agnos meos: quidquid ſolveris vel ligaveris in t ris, erit ſolutum, vel ligatum in cælis.*

(d) Qui contra ſentiunt, aditumque in ſacrarium aper tentarunt terrenis Principibus, dudum in numero h reticorum cenſebantur, & ab univerſa Eccleſia reie condemnatique ſunt. (4)

(1) *Non contemnenda eſt quorundam obſervatio, Scrip res quosdam valde laxantes ac exaggerantes Principum ra in pertractando ſimoniæ ſcelere admodum auſteros præbere; neque in hac re diſſentientem me habent. Sed ill velim perpendant, ſiqua poteſtas ſacra, ſiqua functio ſac poteſtatis ſine ſcelere ſimoniæ temporali pretio æſtimari quit, eandem vi naturæ ſuæ nec intra Principum tempo lium iura poſſe contineri.*

(2) Io. X. 10.

(3) Matth. X. 18. 19.

(4) *Exemplo ſunt errores a Marſilio Patavino, & Ioa ne de Ianduno ſparſi ſub Ludovico Bavaro, & condemn a Ioanne P. XXII.* T. IX. Bullarii magni Romani. p. 167.

§. CCCLVII.

Non alienum ab hoc loco exiſtimo, Proteſta- tium de Eccleſiæ ſuæ, quam vocant, regimine op- ni-

nes commemorare; ac regimen quidem hierar-
:um cum univerſe in Eccleſia, tum in Germa-
præcipue negant: ceterum in diverſas abeunt opi-
nes, atque alias, aliasque progreſſu temporis hy-
theſes procuderunt; quarum præcipuas hic refe-
.

) Carpzovius ex triplici ait ſtatu confici Eccleſiam: *Eccleſiaſtico, ſub quo paſtores: politico, ſub quo magiſtratus ſecularis: & populari, ſub quo quivis de populo. Qui omnes de rebus eccleſiaſticis deliberare debent, ita tamen, ut magiſtratus populi vices ſuſtineat, quo omnis evitetur confuſio, omniaque decenter fiant, & ordine. Et hoc eſt, quod vulgo dicitur, nec monarchicam, nec democraticam eſſe in his terris gubernationem Eccleſiæ, ſed ariſtocraticam.* (1) Erit ergo ſecundum hæc dicta Eccleſia in numero ſocietatum inæqualium referenda; cum magiſtratui imperium in Eccleſia tribuerent Scriptores Proteſtantes plurimi, quos in medium adducit Franck in cenſura principii: *Iurisdictio ſupremorum imperii tribunalium in cauſis eccleſiaſticis Proteſtantium non magis, quam Catholicorum fundata.* (2) Putabant nempe ius in ſacra vel ius ſacrorum profluere ex ipſo iure maieſtatis, aut ſaltem individue eidem annexum eſſe.

) Cum in re tanta, quæ ex divina pendet inſtitutione, alii aliter ſentire inciperent, ortum eſt nomen ſyſtematis territorialis, & collegialis. *Territoriale* dicunt, vi cuius Princeps territorialis iurisdictionem in ſacra exercet, ratione territorii ſibi competentem, & quidem aut nomine Principis, aut nomine ac titulo Epiſcopi, ceu membri principalioris in cœtu ſacro. Fuere in his alii, qui Principi hanc poteſtatem per ſe dicunt competere: alii, qui eam ex pace Weſtphalica cum poteſtate territoriali coniunctam proveniſſe aſſerant. Inde & ſupremam poteſtatem Cæſareo-Papiam confinxerunt.

) Alterum eſt, quod *ſyſtema collegiale* vocant, paſſim nunc a Proteſtantibus adoptatum, quo membra eccle-

ſiæ in *Doctores* & *Auditores* dividunt, ipſamque E-
cleſiam pro collegio & ſocietate æquali habent. I-
de alia Eccleſiæ iura *collegialia* appellant, ceu i
condendi formulam fidei : ius ordinandi ſacra quo
ritus, conſtituendi paſtores, condendi leges conve
tionales, taleſque pœnas decernendi : ius a cœtu e
cludendi refractarios, qui initis pactis ſtare nolu
reformandi abuſus, invocandi brachium ſeculare,
nique ius quædam collegialia iura pro temporum
tione transferendi in Principem : alia iura *maieſta*
ca, in quorum numero eſt cura generalis cavendi,
ex Eccleſiæ negotiis reſpublica detrimentum cap
ius exigendi notitiam de ſtatutis a Collegio latis :
mittendi viros delectos a Principe, qui negotiis
cœtibus interſint : ius aſſiſtendi contra refractari
providendi rectæ adminiſtrationi bonorum, exſtirp
di abuſus, ſi ipſum Collegium hoc facere neque
In his omnibus non omnes conſentiunt, nec ipſi
cum, nec cum aliis.

(*d*) Diſtinguunt nonnulli ſtatum *originarium* Eccleſiæ,
extraordinarium, quo factum Boehmerus aſſerit, ut i
quædam collegialia, quo tempore Eccleſia reform
tione egebat, in Principes translata ſint: viciſſim a
iura Imperantium beneficio in Eccleſiam collata &
cleſiaſtica facta eſſe, aſſerit.

(*e*) Ex pluribus Eccleſiis tanquam cœtibus æqualibus
tam *confœderatam* Eccleſiæ diſciplinam fingunt, m
tuo nempe Eccleſiarum conſenſu enatam, vi cu
myſticum Chriſti corpus ſervarent purum, crimi
a cœtibus arcerent, & fidem fallentes a mutua co
munione excluderent; quin tamen epiſcopo prop
quædam competeret in membra Eccleſiæ poteſt
aut uni Epiſcopo in reliquos. Sed omnia hæc, q
demum ſunt, niſi figmenta humani ingenii, ad e
dendam ſacri Codicis perſpicuam doctrinam, ad dep
vandam divinam traditionem, ad Eccleſiæ potef
tem conculcandam, ſacramque hierarchiam pert
bandam atque evertendam excogitata? Conferantu
quæ de ſacra poteſtate in Petro & Apoſtolis inſtit
ta, atque ad Succeſſores translata dicta ſunt; de i
terpretatione Eccleſiæ §. CCCXLII. de Hierarchia o
dinis & iurisdictionis §. CCCXLVII. &c.

(*f*)

(1) In opere definitionum Eccleſ. L. II. definit. 247. 3.

(2) Theſaur. Iuris Eccleſ. T. III. p. 513.

§. CCCLVIII.

Cum poteſtas ſacra & in Papa inſit, tanquam Vicario Chriſti ac capite Eccleſiæ, & in Epiſcopis tum ſeorſim ſpectatis relate ad gregis portionem, quam tenent, tum coactis in Concilium; quærunt, cui ſubiecto maior, ac ſuperior poteſtas inhæreat. In Papa quidem ſupremam diximus ineſſe; (1) at nempe, aiunt, relate ad ſingulos Epiſcopos, vel cœtum particularem eorundem, non item relate ad univerſos, vel concilium œcumenicum. Tale Concilium, inquiunt, eſt ſupra Papam. (2) Hæc controverſia locum non habet, niſi in comparanda poteſtate Papæ ac Concilii ponantur diverſi duo comparationis termini, tanquam oppoſiti, ac diſſidentes inter ſe, hinc Papa, illinc Concilium: dein caſus ſchiſmatis, ac hæreſis, in quam Papa manifeſto incidiſſe fingeretur, abſunt a præſenti quæſtione; nam perinde eſt, plures incertos, ac ſchiſmate diſciſſos habere Papas, ac nullum habere; & qui per hæreſim ceſſaret membrum eſſe ſanctæ Eccleſiæ; profecto eiusdem caput eſſe non poſſet. Denique qua in re ac negotio poteſtas Papæ aut Concilii ſuperior ſtatuatur, expendendum eſt, anne ut Concilium emendare valeat decreta fidei, quæ a ſolo Pontifice emanarunt; vel ut in ferendis, aut mutandis le-

legibus diſciplinæ prævaleat auctoritas Concilii: ipſum leges dictare Papæ poſſit: ut hunc in iudicium vocare, corrigere, de ſancta Sede deturbari queat: ut a Papa ad Concilium appellatio ſit admittenda? Animus non eſt pro dignitate diſceptandi de hac cauſa; tum quod id a præſtantiſſimis Theologis factum norim; (3) tum quod ea in quæſtiones incidat de particularibus poteſtatis ſacræ negotiis, quæ nondum hoc loco examinata & perſpecta ſunt. Quæ generatim de inſtitutione ac conſervatione poteſtatis Pontificiæ ex S. Codice & Eccleſiæ traditione atque interpretatione ſupra expoſita ſunt, hasce offerunt animadverſiones præſenti quæſtioni accommodatas.

(*a*) Portæ inferi contra Eccleſiam non prævalebunt promiſſione Chriſti; quia ſupra Petram ædificata eſt: quomodo igitur ſalva promiſſi divini veritate contingere poſſe fingitur, ut totum Eccleſiæ ædificium ſuo fundamento dimoveatur, ſive ut Papa, & Eccleſia, quam reliqui Epiſcopi repræſentare dicuntur, inter ſe diſſentiant? cumque ea petra fundamenti loco ſit poſita, ad unitatem tum fidei, tum caritatis communionis firmandam, ac conſervandam; quis animum inducet, uſu venire poſſe, ut vel in negotio fidei, vel ſanciendis legibus omnes aut plerique eodem tempore Epiſcopi catholici ab illa unitate unitatis fundamento ac centro recedant? His experſis dudum obſervarunt ſapientes viri, omnem hæreſitem nulla alia cauſa excogitatam fuiſſe, quam ut invidia conſletur ſanctæ & apoſtolicæ Sedi, totaque compages hierarchicæ unitatis concutiatur, ac infirmetur.

(*b*) Quod dicunt, Papam ſingulis præſtare, non univerſis, valde id putidum videtur, atque abhorrens a perſpicua ſcripturarum doctrina. Non ſinguli lapides

ſed univerſa Eccleſia ſupra Petram dicitur ædificata: nec claves ad conclavia nonnulla aperienda vel claudenda datæ ſunt, ſed claves regni cœlorum univerſi: nec minus toti gregi, quam ſingulis ovibus & agnis Petrus præeſſe iuſſus eſt; denique ſi ſingulos fratres confirmare debet; quidni & univerſos? Mirum, catholicos Scriptores non ſentire argumenti vim, quam Proteſtantes ſenſerunt. (4)

:) Quæro, quo Scripturæ teſtimonio maiorem paſtoribus ſubordinatis, quam ſummo Paſtori auctoritatem tribuant? quia, inquiunt, ſubordinati Paſtores in unum cœtum congregati Eccleſiam repræſentant, quæ columna eſt, & firmamentum veritatis. At quæ eſt iſta Eccleſia, quæ cum certum legitimumque Caput habeat, & Vicarium Chriſti, & Petri Succeſſorem; ſine Capite tamen ſuo, ſine Vicario Chriſti, ſine Petri Succeſſore Chriſti Eccleſiam ſeſe iactitet, & in Caput ſuum, Chriſti Vicarium ac Petri Succeſſorem rebellis inſurgat?

i) Scripſerat memoria noſtra vir eruditiſſimus, Alexander Hamer I. U. Doctor, eiusque in Univerſitate Bambergenſi Profeſſor de ſubiecto poteſtatis ſacræ in hanc ſententiam: „Subiectum activum regi„minis eccleſiaſtici, ſi corpus integrum reſpicias, „ſummus Pontifex eſt cum vel ſine Concilio gene„rali, & quoad Eccleſias & communitates particu„lares, ſubordinatoque modo reliquus Præſulum Ec„cleſiaſticorum Chorus. - - Ita præprimis intuitu „ſummi Pontificis ſentit obſequioſo fidei ore Ger„mania catholica in medio relinquens, qua ratione „alii auctoritatem Concilii ſupra Papam, & eius ge„neris periculoſa principia adſtruentes, aſſertiones „ſuas a nota temeritatis purgent; quam theſin in „præſenti nulla ex parte facio meam.“ (5) Editor præclaræ huius diſſertationis ab Hammero confectæ hanc dein aſſuere non dubitavit animadverſionem: *Nimium hic dicit auctor, pro ſui nimirum adhuc temporis genio ſcribens, dum ſententiam, quæ Pontificem Concilio generali ſubiectum, eoque inferiorem eſſe defendit, temeritatis damnat. - - In Germania Pontificem vi concordatorum noſtrorum, Conciliorum generalium ſupra ſeſe auctoritatem agnoſcere debere,*

quod Germanis ſufficere poteſt, demonſtratum eſt *Cl. Nellero - - - item in Inſtitut. meis Iur. Ecc* *P.* 2. §. 33. Nihil ſane, & apud Nellerum & ap Auctorem Inſtitutionum reperies, quod non pe tus convulſum eſt a celeberrimis Scriptoribus. (Sed velim ego intelligere, qua auctoritate p omnibus Germanis ſpondeat Editor? tantæne u verſos levitatis putat, ut *temporis genio* ſuas Eccleſiæ poteſtate ſententias accommodent, & ſacra antiquitate tam cito deſciſcant? ſi Papam Co ciliorum auctoritati ſubiectum ſtatuit; cur idem *co eodem* negat, Papam a Concilio in ius voca & iudicari, & ob morum deformitatem exauctor ri poſſe? qua doctrinæ conſenſione unam ſuprem poteſtatis partem Concilio adiudicat, alteram abi dicat? quo argumento Concilii auctoritatem nu extendit, nunc reſtringit? & quoniam ſacræ li ræ neque ita extendendi Conciliorum auctoritate neque itidem reſtringendi rationem aliquam ſuppe tant; nonne videt, quantopere ea omnia cum n turalibus principiis iuris publici collidantur, ut, q ſupremam poteſtatem ferendi leges habeat, idem vi co ctiva & iudiciaria poteſtate deſtituatur?

(1) §. CCCXLI. (c)

(2) Conf. Ballerinium de Poteſtate Eccleſ. ſummoru Pontificum, & conciliorum general. C. V. „De ſera o „gine & novitate opinionis, quæ conciliis generalib „auctoritatem & ius tribuit coactivum in ſummos Pon „fices.

(3) Conf. citatum Ballerinium, & doctiſſimam diſſert tionem Laurentii Veith de primatu & infallibilitate Ro Pontificis Sect. II. Poſit. XXIV.

(4) Moshemius in diſſertatione de Gallorum appellati nibus ad concilium univerſæ Eccleſiæ, unitatem Eccleſi viſibilem tollentibus ita ſcribit: Quod univerſis ſive ſing lis Eccleſiis præeſſe Pontificem dicunt, non univerſæ Eccl ſiæ, id tam mihi ſcitum videtur, ac ſiquis affirmaret, membra quidem a capite regi, non vero, quod ex membr conſtat corpus; aut urbes quidem omnes, villas & pra dia ſubeſſe regi, non vero, quæ his continetur, ipſa provinciam. *Pufendorfius de habitu religionis Chriſtianæ c*

vita

civilem in hunc modum diſſerit: Concilium eſſe ſupra n, theſis eſt. - - Sed quod iſti quoque hanc propoſim aſſerere velint, qui ſedem Romanam omnium Eccleen centrum, ac Papam œcumenicum Epiſcopum agno-, id quidem non parum abſurditatis habet; cum ſta-Eccleſiæ Romanæ monarchicus ſit: iſta autem theſis m ariſtocratiam oleat.

5) Theſ. Iuris Eccleſ. Tom. III. de Iure Principis caci circa ſacra. C. 1. Sect. I. §. 10.

5) Conf. inſignem diſſert. Laurentii Veith de Syſtemate Richerii. Sect. III. art. 3. p. 148. & ſeq.

§. CCCLIX.

Hactenus de ſubiecto poteſtatis ſacræ tractatum Ex ſubiecti determinatione pendet forma ſacri erii, quemadmodum ex generalibus iuris publici onibus conſtat. (1) De hac autem forma neeſt, duo inveſtigari; *Primo*, quos limites ha-tum ſumma Vicarii Chriſti, tum ſubordinata coporum poteſtas? *Secundo*, quam plena, aut is plena ſit ſacra poteſtas tum in Romano Pon-, tum in Epiſcopis reliquis? De quovis enim erio, utrumne abſolutum vel limitatum ſit, quæ-; dein omnibus imperii iuribus polleat ſubie-idem, an iura quædam diviſa, atque in aliud ectum collata ſint, inveſtigatur. Ac de limitibus tificiæ poteſtatis ut primo agamus, non infrentes certorum hominum ſeu querelæ ſeu calum-ſunt. Romanorum Pontificum poteſtatem ab itatoribus aulæ Romanæ, uti garriunt, ultra nem modum exaggerari, atque immenſam ex-

 hiberi,

hiberi, nulliſque conſtrictam terminis. Quibus primum reſpondeo, ut ipſi ex verbo ſcripto tradito, ſiquos invenerint limites, proferant. E dem illud novi, cum claves regni cælorum P committeret divinus Servator, cum paſcere ove agnos iuberet, cumque diceret, in cœlis ſolu aut ligatum iri, *quidquid* in terris ſolviſſet, aut gaſſet Petrus, haudquaquam eundem addidiſſe: *conſentiant ii, qui ligati ſunt: ſi politicæ pote placuerit: ſi paſtores ſubordinati voluerint vel ſimi iudicarint.* Cum igitur inſtitutio ſacri imperii præ ſe ferat quosdam limites, iidem vel ex aliis l ſacri codicis, vel ex natura ac fine illius imp erui debebunt, ac ni fallor, iſtiusmodi ſunt;

(*a*) Uti quævis alia, ſic pontificia poteſtas ex fine natura ſua menſuram, modumque capit. Finis ac tura eius poteſtatis eſt, ut Eccleſia ſit, maneat una, ſancta, catholica, & apoſtolica: ut cultus p ſtetur ſummo Deo, quem ſibi maxime placere re lavit: ut remotis peccatis, hæreſibus, ac ſciſſio bus, itemque periculis peccatorum, hæreſum ac ſc onum ad omnem ſanctitatem, demumque ad fi ſupernaturalis beatitatis fideles perducantur, pro quo animabus rationem redditurus eſt Papa divino iud cuius locum tenet in terris. Nihil in his omnib ineſt, quod a fine ſocietatis & ſtatus civilis non ſtet longiſſime.

(*b*) Modum quendam ſacro regimini præſcripſit Chriſt cum diſcipulos de primatu contendentes iterato co cuit, & manſuetudinem, animi demiſſionem, mo rationemque poteſtatis docuit. *Reges gentium,* quiebat mitiſſimus Servator, *dominantur eorum: qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. autem non ſic; ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſi minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.* ( )

Cu-

Cumque filii tonitrui aliquando dicerent: *Domine, vis dicimus, ut ignis deſcendat de cælo, & conſummat illos? Converſus increpavit illos, dicens: neſcitis, cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare.* (3) Eodem pertinet, quod Paulus poteſtatem ſibi affirmat datam *in ædificationem & non in deſtructionem.* (4) Ceterum hæc ipſa poteſtatem coactivam naturæ ſacri imperii accommodatam ſupponunt, non tollunt, neque eiusdem uſum, cum moderantur, auferunt. (5)

Modum Pontificiæ poteſtati non tantum ius divinum ac naturale ponit, itemque declarationes de illo iure editæ a Pontificibus præcedentibus aut conciliis generalibus, ſed etiam canones ad diſciplinam ſpectantes, divino ſpiritu conditi, & totius Eccleſiæ reverentia conſecrati; non id dico, ſummum Pontificem in hoc genere canonum diſpenſationis aut mutationis faciendæ poteſtate deſtituti. Sed quia in legibus etiam diſciplinæ nonnulla ſunt, quæ ſine ingenti offenſione bonorum omnium, ſine gravi diminutione divini cultus, ac perturbatione ordinis, & tranquillitatis inter fideles immutari ac diſſolvi non poſſunt; idcirco Pontifex non tam vi canonum, quam naturali iure prohibetur, ad ea mutanda vel ſolvenda adhibere poteſtatem ſuam. Ipſo enim aditu ad ſupremam in terris dignitatem profiteri cenſetur, ſe gregem Chriſti non peſſum daturum, ſed ſancte recturum & inculpate, proindeque vindicem ac cuſtodem futurum canonum, a quibus ovium Chriſti ſalus & tranquillitas, totiusque Eccleſiæ decor ac ſpirituale bonum maxima ex parte pendet.

() Cum poteſtas inferiorum paſtorum ex divina inſtitutione manet, nec ea, ut otioſa ſit, aut inefficax, fuerit conceſſa a Deo, quippe qui eos *poſuit regere Eccleſiam Dei*; hinc per poteſtatem epiſcopalem eatenus limitem poſuit Chriſtus Pontificiæ poteſtati, vel eiusdem potius uſui, ut non poſſit Papa Epiſcoporum iura ultra coercere, quam bonum Eccleſiæ poſcat, nec immodicis reſervationibus, aut nimiis in Vicarios apoſtolicos, Nuncios ac Legatos collatis facultatibus quodammodo exhaurire vel abſorbere iurisdictionem Epiſcoporum. Id vero non obeſt,

obeſt, quo minus ſupremus paſtor utatur iure i vandi ſibi capita quædam ſacræ poteſtatis, ite iure ſupremæ inſpectionis, ferendarum legum, que dicendi tam de perſonis, quam rebus ſac eccleſiaſticis.

(1) §. CXCVIII. CXCIX.

(2) Luc. XXII. 25. 26.

(3) Marc. III. 17. Luc. IX. 54. 55. 56.

(4) II. Cor. X. 8. & ibid. XIII. 10.

(5) *Hinc pro varia temporum ratione nunc moderat nunc rigore quodam ſunt uſi ſanctiſſimi quique & ſapient Pontifices. In quam ſententiam inprimis appoſita & ele eſt obſervatio, per quam Epiſcopi provinciæ Senonenſis Ivone Carnotenſi œconomiam excuſarunt, qua Paſchali cum Henrico V. erat uſus, quaque alii non pauci offendi viſi. „Quodſi Papa, inquiunt, debitam ſeveritatem non „ercet; credimus, quia conſulte differt ſecundum quorum „Doctorum iudicia, qui conſulunt, quædam admittenda „cula, ut poſſint vitari maiora; unde dicit Auguſtinus in t „libro contra Parmenianum:* Hoc ſanitas obſervat E „ſiæ, ut, cum quisque fratrum, id eſt, Chriſtianorum i „in ſocietate Eccleſiæ conſtitutorum, in aliquo tali pec „fuerit deprehenſus, ut anathemate dignus habeatur, „hoc, ubi periculum ſchiſmatis nullum eſt: atque id „ea dilectione fiat, de qua ipſe Apoſtolus alibi præci „dicens: ut inimicum eum non exiſtimetis, ſed corri „ut fratrem. *Ubi ſatis oſtendit, quod, cum metus iſte „ſubeſt, ſed omnino de frumentorum ſtabilitate certa ſec „tas maneat; id eſt, quando ita cuiusque crimen notum „& omnibus execrabile appareat, ut vel nullos prorſus, „non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma „tingere, non dormiat ſeveritas diſciplinæ; in qua tanto „efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conſe „tio caritatis* " Vid. Nat. Alexander T. VII. diff. III. art. *Qui contra uſum eccleſiaſticæ poteſtatis illud ex evang identidem oggerunt:* Reges gentium dominantur - - autem non ſic; *parum vident, ut puto, de honore polit rum Principum plurimum ſe detrahere, dum his quide non item ſacris Hierarchis more regum gentium domin permittunt. Longe aliter ſenſit* S. Gregorius M. *qui* L. Epiſt. 38. *in hunc modum ſcripſit ad Phocam Auguſtum:* I

reges gentium, & reipublicæ imperatores diſtat, quod gentium domini ſervorum ſint, imperatores vero rei- cæ, domini liberorum. Similia S. doctor habet in epi- 51. L. VIII. ad Leontium exconſulem.

§. CCCLX.

i *ſuprema Vicarii Chriſti* poteſtas ſuis non de- tur limitibus, mirum videri non debet, *Epi- rum quoque ſubordinatæ* poteſtati eos eſſe poſi- limites, quorum ratio ex natura ac fine eius ſtatis, determinatio vero & aſſignatio ex aucto- Eccleſiæ, id eſt, ex Conciliorum vel Papæ ſitione pendet. Duo peccari vulgo ſolent in re, 1. ſi eminens epiſcopalis muneris poteſtas um deprimatur, aut depreſſa, conſtrictaque ex- tur: 2. ſi eadem ultra iuſtos limites extenda- nimirum ad ordinem hierarchicum perturban- , unionemque membrorum cum capite diſſol- am. (1) Natura ac finis, unde ratio ac origo um in poteſtate epiſcopali petitur, poſcit *primo*, adſtricta ad certam portionem dominici gregis, ad diœceſin; quæ cauſa eſt, ut *in partem ſoli- inis* vocati dicantur Epiſcopi: Papa vero *pleni- em* officii paſtoralis obtinere cenſeatur. Iuris- o, prout diſtinguitur a poteſtate ordinis, absque itis, in quos exeratur, ſterilis eſt, omnique & exercitio caret. Quapropter neceſſaria eſt de- tio ſubditorum, quos ea comprehendat: hæc gnatio a Chriſto facta non eſt, neque in Epiſco- neque Metropolitis, Primatibus, Patriarchis. Sola

Sola Vicarii Chriſti iuriſdictio ad univerſum grege, totamque Eccleſiam ex divina inſtitutione perti Reliquorum Epiſcoporum omnium amplior, arcti iuriſdictio eſt iuris eccleſiaſtici humani, ac temporum ratione mutabilis. Altera ratio origin limitationis, ut ita dicam, qua poteſtas epiſcop conſtringitur, in eo conſiſtit, ut ex Chriſti inſt tione *in bonum unitatis* ſit ſubordinata & ſubi poteſtati Paſtoris univerſalis, Vicarii Chriſti & ceſſoris S. Petri. Non negant hanc ſubiection quicunque primatum non meri honoris & ordi ſed auctoritatis & iuriſdictionis in Romano Pont agnoſcunt: agnoſcunt autem catholici omnes, quod mireris, aperte profitentur etiam ii, qui eun concilio œcumenico ſubiectum volunt. Tum e ſingulas particulares Eccleſias, & ſingulos Epiſco poteſtati pontificiæ ſubiacere aperte aſſerunt. H igitur *ſubordinatio*, de qua agimus, his potiſſim articulis continetur:

(*a*) Si Epiſcopi ſinguli, & particulares eorum rc iuriſdictioni Papæ, adeoque & Conciliorum c menicorum ſubiacent, profecto leges Superioris i eſt, Papæ & Conciliorum generalium auctori ſua relaxare non poſſunt; quia iuris publici ge rale principium eſt: *inferior nequit diſpenſare i le ge Superioris*; niſi quatenus facultatem diſpen nactus eſt. Habes regulam, & exceptionem. dinem pervertentes ita ſtatuunt: Epiſcopus p ſe & vi primigenia poteſtatis ſuæ diſpenſare pote in omnibus, quæ a iure humano pendent, niſi qu nus facultas diſpenſandi expreſſe vel tacite reſt eſt. Sed huic theſi ipſa idea ſubordinationis, mens ac tenor Canonum aperte adverſantur.

nnes

nones enim, cum facultatem diſpenſandi certis caſibus Epiſcopo tribuunt, non eius poteſtatem ſe reſtringere, ſed permiſſione ac conceſſione facta augere profitentur. (2) Similiter diſpenſandi ius non competere Epiſcopis aperte docet Innocentius III. *Cum illis*, (inquiens) *huiusmodi diſpenſatio a Canone minime ſit permiſſa, quam ad ſolum Romanum Pontificem non eſt dubium pertinere.* (3)

) Vi ſupremæ & univerſalis poteſtatis, quæ Vicario Chriſti competit, reſervationes ac exemptiones inde a plurimis ſeculis introductæ ſunt. Enimvero ſiqua poteſtas Epiſcopis iure divino tradita videri poterat intacta relinquenda, ea procul dubio eſt poteſtas abſolvendi a quibuscunque peccatis, quæ illimitata a Chriſto data eſt Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus Epiſcopis; & tamen SS. concilium Tridentinum in hunc modum edixit: *Merito Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia univerſa tradita cauſas aliquas criminum graviores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſervare.* (4) Dum porro eadem Tridentina Synodus exemtionum abuſibus proſpectura locorum Epiſcopis non omnes, ſed quasdam tantum facultates in loca & perſonas exemtas conceſſit, & fere non aliter conceſſit, niſi tanquam delegatis ſedis apoſtolicæ; nonne ipſas exemtiones hoc agendi modo tanquam ratas, validasque præſumſit?

) Aliud *ſubordinationis*, de qua agimus, caput in *reſervatione cauſarum maiorum*, eaque perpetua & velut ordinaria ſitum eſt. Cauſæ maiores quadruplicis generis cenſentur: 1. ex magnitudine rei, de qua agitur; uti cum ſpectant fidem, generalia morum & diſciplinæ præcepta: 2. ex magnitudine difficultatis & obſcuritate negotii, quod diſceptatur: 3. ratione dignitatis perſonæ, quam cauſa afficit: 4. ob difficultatem exequendæ rei iuſtæ, vel amoliendæ iniuſtæ; uti ſi cum potente Principe Epiſcopis negotium ſit. (5)

1) Horum quidem limitum rationes tum ex natura poteſtatis ſupremæ Romani Pontificis & ex natura poteſtatis ſubordinatæ Epiſcoporum, tum ex fine utriusque poteſtatis deducuntur, qui in unitate conſervanda

vanda conſiſtit, nec ſine quadam ſubordinatione ... tineri poteſt. Neque obiicias, inſtitutionem po... tis epiſcopalis generalibus a Chriſto verbis conce... eſſe: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*; ... ut ſupra dictum eſt ex S. Leone, vel inter beatiſ... Apoſtolos quædam extiterit *poteſtatis diſcretio* ... Eccleſia propoſitionem hanc: *S. Petrus, & S. ... lus ſunt duo Eccleſiæ Principes, qui unum efficiun... ita explicatam, ut ponat omnimodam æqualitatem ... S. Petrum & S. Paulum ſine ſubordinatione & ... ctione S. Pauli ad S. Petrum in poteſtate ſuprem... regimine univerſalis Eccleſiæ, hæreticam cenſuer...* declararit. (6) Nec denique dici poteſt, Epiſc... omni pollere uſu poteſtatis ſuæ debere, quo a... gendam plebem indiget; quaſi & infallibilitati... no ad fidei controverſias dirimendas a Deo inſtr... cenſendus eſſet; cum nihil æque neceſſarium ad ſal... ſit, ac integritas doctrinæ, quam ovibus ſuis ... alimenti præbet. Quæ fingi poteſt neceſſitas, ut ... nario iure generales Eccleſiæ Canones relaxandi... dere debeat?

(1) Clemens P. XI. in Conſtit. Paſtoralis officii data ... 1718. die 28. Auguſt. §. 4 *in hunc modum loquitur c... eos, qui alteri pontificiæ conſtitutioni editæ* 1713. 8. ... *obedientiam præſtare recuſabant*: Sacroſanctam Epiſco... dignitatem exaltare ſe velle declarant, ſed reipſa ... munt, dum interim fraternitatem ipſi contemnunt, ... daciſſimæ inferioris Cleri rebellioni fomentum trib... univerſumque eccleſiaſticum ordinem Laicis tribun... vel in ipſa religionis cauſa indecore ac perperam ſ... non attendunt.

(2) c. Un. de ætate - - præficiendorum. in VI. c... in fin. de Electione. ib. SS. Conc. Trid. Seſſ. VII. de S... mentis in genere Can. 13. & Seſſ. XXIII. Cap. 11. & 1... reform.

(3) Innoc. III. Reg. XII. Epiſt. 194. add. Ben... XIV. de Synod. Diœceſ. L. VII. C. 31. n. 3.

(4) Seſſ. XIV. C. 7.

(5) c. maiores 3. de Baptiſmo. c. inter corporalia. ... translatione Epiſcopi. adde Epiſt. XV. n. 6. Bonifacii

um. Couſtant. p. 1042. *Exempla cauſarum maiorum, a Regibus & Epiſcopis Germaniæ ad Sedem Apoſtom delatæ ſunt*, affert Hartzheim in fin. T. II. in digreſſie.

(6) Vid. apparatum Zachariæ ad Theolog. & Ius Can. 46.

§. CCCLXI.

Poſtquam de limitibus pontificiæ & epiſcopalis eſtatis actum eſt, altera ſe offert quæſtio, quam *a* ſit poteſtas utraque, hoc eſt, quæ iura imii ſacri ea complectatur. Ex diviſione enim ium imperii forma nuncupari *mixta* ſolet. Sum- Pontifici *plenitudinem poteſtatis* conceſſam fuiſſe hriſto, receptiſſima ſententia eſt, nec modo auritate antiquorum Patrum & Doctorum, ſed eti- ipſo tenore inſtitutæ in Petro Pontificiæ auritatis nixa; verba enim generalia ſunt, nec ullam eptionem vel diviſionem ſacrorum iurium conent. *Petro dictum eſt ſine aliis*, inquit Alvarus agius (1) *& non aliis ſine Petro; ut intelligatur ei eſſe attributa poteſtas huiusmodi, ut alii ſine ipſo poſſint: ipſe ſine aliis poſſit, ex privilegio ſibi col-, & conceſſa ſibi plenitudine poteſtatis, per quam eſt ligare ceteros, ſed ligari non poteſt a ceteris.* ia de ſingulis ſacri imperii iuribus, quorum comxio plenitudinem poteſtatis efficit, ſpeciatim hic ctari non poteſt, illud animadvertam, ea potiſſium iura per illam plenitudinem deſignari, quæ l præcellentiam quandam poteſtatis ſupra alios

Paſtores ſubordinatos indicant, vel proxime u
verſam reſpiciunt Eccleſiam; iſtiuſmodi iura ſun
Ius petendi & recipiendi relationes & appella
nes, præcipue circa cauſas graviores atque ad u
nem fidei & communionis ſervandam: 2. Ius fir
imponendi controverſiis fidei: 3. Ius convoca
generalia Concilia, iis præſidendi, eaque confirn
di: 4. Ius tutandi & vindicandi obſervantiam
nonum per omnes Eccleſias: 5. Ius ferendi le
univerſales diſciplinares, in iiſque diſpenſand
propriæ auctoritatis. &c. Ex his inferes

(*a*) Quia huiusmodi iura ſine iurisdictione in unive
Eccleſiam exerceri nequeunt: iurisdictio autem
ſcoporum non ad univerſam Eccleſiam pertinet,
per ſe ad particulares Eccleſias alligata eſt; iis
nitudo poteſtatis tribui non poteſt.

(*b*) Nihilominus dici debet, quod Epiſcopi in pa
eius plenitudinis vocati ſint, ſive quod plenitud
qua Chriſti Vicarius gaudet, participes ſint; *pr*
quia iurisdictionem, quam in Eccleſias ſuas part
lares exerunt, non aliter, niſi in bonum unit
atque ad conſervandam unionem fidei & commu
nis exercent; *ſecundo*, quia ob hunc ipſum fi
unionis & caritatis, ſi generalia habeantur Epiſc
rum Concilia, in iiſdem non meros Conſiliarios
pæ, ſed veros iudices controverſiarum fidei, &
bi divini depoſitarios, & traditionis teſtes, & uni
ſi gregis ſpeculatores, & legislatores agunt.
illa eſt reſpondendi & ſubſcribendi formula: *pl*
definiens ſubſcripſi. Etſi igitur Romani Pontificis
ma, non tamen *ſola* eſt poteſtas rectoria, qua uni
ſa Eccleſia regitur; neque eius poteſtatis unicum
iectum, nec legum ac iurisdictionis ſolus ipſe
appellari poteſt, quemadmodum appellatur Monar
qui *pleno* imperio ſolus gaudet.

(*c*)

) Fieri poteſt, ac ſæpe factum eſt, ut acta, decreta, & ſententiæ in Conciliis generalibus editæ vim plenam habeant, etſi Epiſcopi non pauci refragentur; nunquam tamen vim habere cenſebantur Concilii œcumenici propriam, acta quæcunque, neque in materia fidei, neque in negotio diſciplinæ ſine conſenſu ſummi Pontificis; neque enim truncato corpori Paſtorum a Chriſto commiſſa eſt poteſtas regendi Eccleſiam, neque unitas cogitari poteſt, in qua nullum eſt unitatis, neque vinculum, neque centrum. Sententia Epiſcoporum, ut vim atque effectum habeat, alligata eſt ad unitatem; in qua re limes poteſtatis epiſcopalis conſiſtit. Idem de ſententia, quæ ex centro unitatis profertur, dici non poteſt; ſi enim nunquam deſint, neque defuturi ſint plurimi Epiſcopi, qui ei centro adhæreant: ac ſi fundamentum nunquamnon habebit incumbens ſibi ædificium, id divinæ promiſſioni ac providentiæ adſcribendum eſt, non autem vi & efficaciæ, quæ ex adhærentibus in centrum, aut ex ædificio in fundamentum derivatur. Quapropter ex hac cauſa affirmari nequit, ſententiam ſummi Papæ ad conſenſum Epiſcoporum, tanquam limitem pontificiæ poteſtatis alligatam eſſe.

1) De Planctu Eccleſ. L. I. C. 55. non longe a principio.

§. CCCLXII.

His poſitis non magnopere laborabimus in de-[illegible]minanda forma ſacri in Eccleſia imperii; neque [illegible]m, ſi ſummi Pontificis atque Epiſcoporum pote-[illegible] intacta relinquatur, de loquendi formula ma-[illegible]pere ſoliciti erimus, præſertim cum phraſes, ex-[illegible]ſſionesque profanorum imperiorum [illegible], ſtatuum-[illegible] propriæ ſero admodum, nec multo iam tem-[illegible]re ad res Eccleſiæ adhiberi cœptæ ſint; paucis [illegible]ur expediemus doctrinæ capita huc pertinentia.

) Eccleſia eſt *ſocietas originis divinæ*, atque ex inſtitutione Dei ac Domini Noſtri Ieſu Chriſti eas habet con-

genitas proprietates, ut ſit, maneatque una, ſan
catholica & apoſtolica. Non ergo quivis homi
baptizatorum, ſub regimine quorumvis aliorum,
Paſtores ſe vocitant, Cœtus, Chriſti Eccleſia cei
poteſt; neque arbitraria eius eſt notio, ac defini
cuius eſſentiales notæ ac determinationes a Filio
conſtitutæ ac fixæ ſunt. (§. CCCXVI.)

(b) Neque *Eccleſia collegium*, *aut ſocietas æqualis* eſt;
vere rectoria publicaque poteſtas fini Eccleſiæ acc
modata, in Petro & Apoſtolis a Chriſto inſtituta
que ad Petri & Apoſtolorum Succeſſores transmiſſa

(c) Si *ſtatus* nomine ſocietas venit ſummo & indepen
te imperio intra finem ſibi præfixum prædita, du
ri nequit, quin Eccleſia ſit ſtatus; quæ ſacro illo
dem, ſed tamen ſummo, & a politica poteſtate
nitus independente imperio a Chriſto inſtructa eſt

(d) *Forma ſtatus* Eccleſiaſtici non eſt Democratica;
alii Paſtores & Rectores, alii qui paſcantur & re
tur, deſignati a Deo ſunt. Quæ ex divina inſtitu
ne, non humana inventione in Eccleſia viget h
archia tum ordinis, tum iurisdictionis, longiſ
abhorret ab idea Democratiæ.

(e) Neque forma ſtatus eccleſiaſtici *mere ariſtocratica*
huic enim manifeſte repugnat Primatus auctoritati
iurisdictionis in S. Petro inſtitutus a Chriſto, atqu
Succeſſores S Petri ſerie non interrupta per XVIII
cula iam propagatus.

(f) Si ſtricte velimus loqui, dici non poteſt, formam
tus eccleſiaſtici eſſe *mere monarchicam*; cum enim
teſtas rectoria Epiſcoporum ex divina inſtitutione
manet, Papa non eſt *unicum* ſubiectum eius pote
tis, quemadmodum in Monarchia veri nominis
tingit.

(g) Bellarminus *eſſe* affirmat, *in Eccleſia ſummi Ponti*
Monarchiam, atque Epiſcoporum (*qui veri Princip*
Paſtores, non Vicarii Pontificis Maximi ſunt) *Ari*
ſtocratiam, ac demum ſuum quendam in ea locum
bere Democratiam; cum nemo ſit ex omni chriſt
ul-

multitudine, qui ad Epiſcopatum vocari non poſſit; ſi tamen dignus eo munere iudicetur. (1) At huic quidem aſſertioni quoad rem nemo Catholicorum facile refragabitur, quoad loquendi modum, qui ſecundum receptas de imperii forma notiones differit, ægre quisquam aſſentietur. Nam diſtinguenda eſt forma reipublicæ a regiminis ſeu gubernationis modo. Siquis Rex regni ſui officia & dignitates ex æquo diſtribuat pro meritis ac virtute cuiusque, nulla nobilitatis habita ratione; non ob id eius regnum formam democraticam induit; quæ quidem forma ex ſolo ſubiecto poteſtatis ſummæ determinatur.

(*h*) Petavius de eccleſiaſtica Hierarchia piis & eruditis plerisque placuiſſe ait, *Eccleſiam ex Monarchico & Ariſtocratico ſtatu* temperatam eſſe. (2) Sed temperamentum iſtuc ariſtocraticum non tale intelligi debet, quale in ſtatibus profanis eſſe ſolet, quorum forma mixta ex diviſione iurium ſummi imperii ita oritur, ut, quod in uno ſubiecto ineſt ius, non idem in altero inſit, neque ab altero pendeat. Diſcrimen facit ſingularis unitas, atque unitatis conſervandæ obligatio, quam Chriſtus Eccleſiæ ſuæ propriam fecit. Nam *primo* ipſa poteſtas Epiſcoporum, quæ temperamentum illud ariſtocraticum efficit, perpetuo & ex natura ſua alligata eſt ad centrum unitatis, ac ſupremam poteſtatem Vicarii Chriſti, eidemque ſubordinata, ut proinde hæc mixtio ariſtocratica non abſoluta, ſed limitata ſit. *Secundo*, quidquid iuris competit Epiſcopis, id eminente quadam ratione ineſt in Primate Eccleſiæ, ac ſummo Vicario Chriſti. Hæc, ni fallor, de aliis formis profanis ex Monarchia & Ariſtocratia mixtis afferi haud poſſunt.

(*i*) P. Gregorius Zallwein probans formam Monarchico-ariſtocraticam, *videtur*, inquit, *hæc ſententia accedere ad Syſtema civitatum: omnes enim Eccleſiæ & Epiſcopi coadunantur in Eccleſia, & Romano Pontifice tanquam in centro: retinent ceteroquin Eccleſiæ omnes, earumque Epiſcopi ſua iura, ſuam iurisdictionem & formam imperii in ſuis diœceſibus; in cauſis autem maioribus & negotiis univerſam Eccleſiam ſpectantibus, in comitiis publicis, ſeu Conciliis, communibus ſuffragiis bono totius Reipublicæ eccleſiaſticæ con-*

conſulunt. Hanc vero eſſe veriſſimam notionem ſ matis civitatum, quis negabit? (3) At enim ſt hierarchicus Eccleſiæ longe abeſt a ſyſtemate c tatum, quæ nec proprie unam efficiunt civita & quoad negotia maxime transeuntia inter ſe un tur, quoad politiam vero internam altera ab a independentes ſunt. At particulares Eccleſiæ c munibus legibus etiam circa diſciplinam fere reg tur, & appellationem ad ſublimiorem poteſtatem bent., atque de ſtatu ſuo interno ad Sedem apo licam referre debent, ſiquod gravius ac diffic negotium enaſcitur; omnibusque ſtudiis eo tenc ut communi adhærentes centro unam efficiant, ctam, catholicam & apoſtolicam Eccleſiam.

(1) T. I. controv. L. I. de Rom. Pontif. C. III. in fi

(2) L. III. C. XV. n. 9.

(3) Princip. Iuris Eccleſ. T. IV. Quæſt. I. C. III. §

§. CCCLXIII.

Hanc de ſubiecto ſacræ poteſtatis tractation celebri controverſia concludam, quæ Patres T dentinos diu multumque vexavit, & demum ancipitem verborum ſignificationem indeciſa r cta eſt. (1) Quærunt, Epiſcoporum poteſtas, a Deo ſit proxime & immediate, anne a ſum Pontifice in reliquos Epiſcopos omnes tanquam ſubiectum derivetur. De qua re animadverte *p mo*: omnis ſacra & eccleſiaſtica poteſtas remo ac primo eſt a Deo tanquam gratiæ collatore. *cundo*, Poteſtas ordinis tam in Epiſcopis, quam Pr byteris certe a Deo eſt proxime & immediate, a quo poſitis ſignis ſacramentalibus conſecrationis ordinationis & character imprimitur, & poteſ

co-

onfertur, quæ dein nullius hominis arbitrio au-
erri, imminui, amplificari poteſt. *Tertio*, Pote-
as Pontificiæ ac ſummæ iuriſdictionis certe im-
ediate & proxime a Deo eſt; cum enim Electores
apæ illam iuriſdictionem non contineant, eam a
: in ſubiectum, quod eligunt, derivare non poſ-
unt. Nihil igitur agunt, niſi ut perſonam deſi-
nent, cui Chriſtus poteſtatem a ſe inſtitutam ſe-
undum promiſſionem ſuam dein conferat. Sin-
ulari hoc exemplo abutendum non eſt ad quæ-
is alia genera collatæ & acceptæ poteſtatis. Uti
nim Epiſcopus in Presbyteros iuriſdictionem pro
oro interno vel etiam externo derivat; ſic non re-
ugnat, ut Pontifex, in quo eſt plenitudo ſacræ
oteſtatis, eius partem in illos transmittat, qui in
artem ſolicitudinis vocari ſolent. Et quoniam di-
ina Numinis providentia tum in naturæ tum gra-
æ ordine cuncta non modo fortiter, ſed etiam
uaviter per inſtitutas vires ac vias ordinarias ad-
niniſtrat, fortaſſis hic etiam philoſophicum axio-
na locum habet, non eſſe ſine neceſſitate ad Deum
ve ad immediatam Dei operationem recurren-
um. Et quemadmodum revelatio a Deo facta,
ve immediate ſive mediate ac veluti per longam
eductionem traditionemque mihi innoteſcat, pa-
i fidei aſſenſu ac firmitate amplectenda a me, ac
enenda eſt; ſic non tam inquirendum puto, qua
ia in Epiſcopos ſacra poteſtas perveniat, quam

cuiusmodi & quanta, quibusque veluti cum clauſ-
lis perveniat; etſi enim illam a Deo immedia-
ad Epiſcopos pervenire dicas; tamen omniu-
Catholicorum aſſenſu ea eſt poteſtas *ſubordina*-
ad poteſtatem Vicarii Chriſti, a quo ipſa reſtri-
gi, augeri, imo & tolli poteſt: ſi contra a Po-
tifice in Epiſcopos derivari iurisdictionem dica-
non ob id Epiſcopi pro meris Vicariis Papæ, a-
delegatis habendi ſunt; cum ipſa poteſtas quo-
originem ſuam a Deo ſit inſtituta. At nem-
aliter de ipſa poteſtate eiusque prima *inſtitutio*-
aliter de eiusdem in quoddam ſubiectum *deriv*-
tione, ſeu communicatione differendum eſt. S-
ne omnis poteſtas a Deo eſt, non tamen o-
nis in ſubiectum quodvis immediate & proxi-
confertur a Deo; ac ſi etiam a Deo ita confe-
tur, non continuo ſequitur, ut ea poteſtas tu-
aliis obligationibus ſubiecto inhærentibus, tum p-
teſtate ſublimiore, tum pactis reſtringi non poſſ-
Sic igitur habe:

(*a*) In Petro poteſtas rectoria ita inſtituta eſt, ut is o-
go, & exordium unitatis ſacerdotalis dicatur; *clav*-
regni cœlorum communicandas ceteris ſolus accepit, (
inquit Optatus; & S. Leo, *ſacramentum huius m*-
neris (quo Eccleſia regitur) *in Petro principaliter c*-
locavit Chriſtus, ut ab ipſo quaſi quodam capite d-
na ſua velut in corpus omne diffunderet. (3) *Sig*-
(Chriſtus) *cum eo commune ceteris voluit eſſe Prin*-
pibus, nunquam, niſi per ipſum dedit, quidquid al-
non negavit. (4) Conferantur hæc cum dictis
CCCLIII. ac conſtabit, alterum ab altero lucem
robur accipere. Præterea cum Petro eiusque Succ-
ſor-

ſoribus grex univerſus ſit commiſſus, dubium non eſt, quin defuncto quopiam ſubalterno paſtore ſingularis cura viduatæ Eccleſiæ paſtori univerſali per ſe incumbat; dum igitur eiusdem auctoritate quoquo modo interveniente novus eidem Eccleſiæ paſtor præficitur, poteſtas & officium eius regendæ ab univerſali paſtore in particularem dimanare intelligitur.

(*b*) Dicunt: Epiſcopos eſſe ſucceſſores Apoſtolorum, qui poteſtatem ſuam immediate obtinuerunt a Chriſto. At ex hoc inferri non poteſt, *eodem modo*, eademque via poteſtate ſua potiri Epiſcopos, qua nacti Apoſtoli ſunt. Spectato *ordine epiſcopali* non tam *ſucceſſio*, quam *propagatio* concipi debet. Epiſcopi enim characteris & ordinis ſui originem per continuatam ordinantium ſeu conſecrantium ſeriem ad Apoſtolos usque referunt; quæ propagatio non minus a ſucceſſione differt, ac ratio filii a ratione ſucceſſoris. Aliter de epiſcopali iurisdictione differendum eſt. Siquis enim Epiſcopus eam ipſam tenet particularem Eccleſiam, quam aliquis Apoſtolus aliquando tenuit, aut primo inſtituit, ſeu fundavit; tum quidem vere, proprieque ſucceſſor Apoſtoli audiet. In cathedris autem illis, quæ poſt Apoſtolorum tempora ſunt erectæ, primi Epiſcopi non tam ab Apoſtolis, quam a Petri ſucceſſore, cuius auctoritate illæ erectæ ſunt, poteſtatem ad ſe devolutam gloriari poſſunt. Nemo ſuccedere dicitur, niſi præcedenti; ſi nullus in quadam cathedra Apoſtolus unquam ſedit; quomodo Apoſtolo ſuccedi poteſt? Sint igitur, & habeantur Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum, tum ratione epiſcopalis ordinis, quem cum illis communem habent, tum etiam poteſtate iurisdictionis, ſed nempe ſimilitudine quadam, & proportione, aut *vicaria ordinatione*, quemadmodum S. Cyprianus ait; (5) quia ex ordinatione Chriſti Apoſtolorum vice epiſcopalem dignitatem obtinent.

(*c*) Denique Epiſcopos a Spiritu S. poſitos aiunt, regere Eccleſiam Dei. At enim qua ratione ac via eos poſuerit, id quidem haud exprimitur. Accedit, quod totum iſtuc potius ad electionem ſit referendum, quæ illis temporibus ſingulari ſæpe divini ſpiritus indicio fiebat, uti conſtat ex Act. XIII. 2.

(1) Pallavic. L. XXI. C. 11. Ibid. L. XVIII. C. 15. *exh*- *tur oratio habita a Laynio de illo argumento. Re diu m*- *tumque diſcuſſa Patres quidam concilii Tridentini eam ap*- *larunt curioſam de meris vocibus quæſtionem, alii inter*- *natam; ipſi Galliarum oratores ſuperfluam diſceptation*- *neque in concilio definiendam vocarunt.* Vid. Antifebron. V- dicat. T. I. diſſ. III. C. 2. *Quantopere igitur errant, qui l*- *tanquam capitalem, ſummique momenti controverſiam* *genuino, ſi Superis placet, Syſtemate Iuris Eccleſiaſtici* *ædificando tenent.?*

(2) L. VII. contra Parmenian.

(3) Epiſt. X. edit. Venet.

(4) Idem Serm. III in Anniverſ.

(5) Epiſt. LXIX. ad Florentium circa medium.

CAPUT VI.

Expenduntur varia relationum, nexuum, ac reſpectu ***genera, quæ inter ſtatum eccleſiaſticum & civilem,*** ***utriusque poteſtates negotia exaggerari ſolent ab ho-*** ***diernis ſcriptoribus non paucis.***

ARGUMENTUM.

§. *CCCLXIV. Nexus inter Sacra, & Politica obtenditur. CCCLXV. Eccleſia in ſtatu civili eſt, an contra? CCCLXVI. Ius cavendi, ne civitas detrimentum capiat a Religione. CCCLXVII. Ra*- *tio boni publici oggeri*- *CCCLXVIII. Finis poteſt*- *politicæ quousque pertin*- *CCCLXIX. Advocatia E*- *ccleſiæ.*

§. CCCLXIV.

Siqui olim doctores ultra iuſtos limites ampli- ficaſſe ſacram Eccleſiæ poteſtatem cenſendi ſu- potiore certe iure affirmabimus, hodiernos Scrip-

s non paucos in eadem poteſtate ſeu arctanda, ı atterenda ita verſari, ut nihil prope, niſi inane ɔteſtatis ſimulacrum Eccleſiæ relinquant: vim nnem, ac facultatem ea utendi in manus Principum politicorum transferant. Nec vero, cum Caolicos ſe non pauci profiteantur ex illorum nuero, aperte ſacrilegi ſunt, ſed vias obliquas & fractus irruendi in Sanctuarium, nempe obtentus, xusque confingunt tot ac tantos, ut neſciam, uæ cauſa ſacra ac ſpiritualis, quodve negotium cleſiaſticum excogitari poſſit, in quo non totum ne a politica poteſtate pendere debeat, quidquid eccleſiaſtica decernendum & conficiendum erat. uapropter neceſſe eſt, eorum obtentuum, neumque præcipua genera expendere, ac principorum, quibus utuntur, falſitatem, certe ambiitatem proferre in lucem. (1)

(1) *Recolenda hic ſunt dicta* §. LXVIII. (e) *de fallacia, woque uſu eius diſtinctionis, quam inter eſſentialia & acciıtalia religionis negotia intercedere ſæpe iactitant.*

§. CCCLXV.

Eccleſiæ poteſtatem eſſe ſupremam in ſuo gere, atque a politica poteſtate independentem ver: non negant, qui catholico nomine cenſeri voıt; neque iam Pufendorfianum ſpectrum de regnantia ſtatus in ſtatu producunt, ab ipſis Protantibus nunc quidem exploſum. (1) Nihilominus ıd perpetuo ingerunt tanquam certiſſimum iuris eccle-

eccleſiaſtici principium: *Eccleſia in ſtatu eſt*, (ci
non e contrario ſtatus in Eccleſia. Sed animadvert

(*a*) Non video, quomodo id dictum conciliari q
cum obviis ideis de toto & parte, de priori ac
ſteriori. Eccleſia una eſt, & catholica, multoqu
tius diffunditur, ac quivis civilis ſtatus; igitur
tus, nempe id, quod minus eſt, nec niſi pars E
ſiæ univerſalis, in Eccleſia eſt, non contra.
Eccleſia ſupra fundamentum Apoſtolorum & Pro
tarum ædificata omnem civilem ſtatum, qui
quidem eſt, antiquitate ſuperat; unde ſtatus in E
ſia condi debuerunt, non Eccleſia in ſtatu.
Princeps, qui hunc civilem ſtatum repræſentat,
baptiſmum Eccleſiam ingreditur, non Eccleſi
Principem. (2)

(*b*) Sit ita ſane: *Eccleſia in ſtatu eſt*, eo nempe;
Iſidorus Peluſiota aiebat modo, *uti anima eſt in*
pore. (3) Quid tum vero? Ideone qui ſtatui,
religioni; qui civitati, idem Eccleſiæ præerit?
erit hæc Eccleſia? quomodo una, catholica, ſa
apoſtolica? (4) Si poteſtatem Eccleſiæ ſupre
dicunt, & independentem a politica poteſtate:
præterea Eccleſiam in ſtatu eſſe contendunt; eri
tur in ſtatu poteſtas aliqua ſuprema & indepen
a poteſtate civili, ſive ab imperio ſtatus. Utriu
officia diſcerni poſſe, non uno ex loco veteri
ſtamenti perſpicuum eſt, (5) ac reipſa a Chriſt
lege gratiæ diſcreta fuiſſe, ſupra oſtendimus.
fundamentalem legem regiminis elegantiſſime exp
Gelaſius I. in celebri canone: *Duo ſunt.* 10. Diſt. X
quem canonem, ut Petrus de Marca ait, (6) am
ſunt Rex, Epiſcopus, & Proceres Eccleſiæ
canæ in concilio Pariſienſi, & in libris capitula

(*c*) Nihil ergo ex ancipiti hac, ſeu potius falſa ſe
tia: *Eccleſia eſt in ſtatu*, legitime concludi p
contra iura poteſtatis ſacræ, niſi cum Proteſtan
ſyſtema territoriale concludere quis velit, illu
efficere, quod ipſis nunc Lutheranis diſplicet: (
eſt regio, illius eſt religio.

(1) Rieggerus in Iurisprud. Eccl. T. I. Sect. I. §. 18. at. Wolfium in Iur. Nat. T. VIII. §. LXV. ita differentem: nt equidem, qui abſurdum dicunt duplex ſummum imrium in eadem civitate; ſed cur abſurdum ſit, nulla rame ſolida evincunt. Sane abſurdum minime reputant, populus quædam iura ad imperium ſpectantia ſibi retiat, in quibus dependere non vult a Rectoris voluntate.

(2) Imperator enim bonus intra Eccleſiam, non ſupra cleſiam eſt; ait S. Ambroſ. de Baſilicis non tradendis: nus enim Imperator quærit auxilium Eccleſiæ, non retat. - Quid honorificentius, quam ut Imperator Eccle-e filius eſſe dicatur. c. convenior. 21. XXIII. q. 8.

(3) L. III. Epiſt. 249.

(4) Vid. ſupr. §. CCCLVI.

(5) II. Paralip. XIX. 11. Amarias Sacerdos & pontifex ſter in his, quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porro badias filius Iſmahel, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper opera erit, quæ ad regis officium pertinent: habebitisle magiſtros levitas coram vobis. Adde II. Paral. XXVI. 16.

(6) De concord. L. II. C. I. n. 6. conf. Berardum in m canonem. P. II. T. I. p. 332. *ubi & occaſionem explicat, quam editus eſt a Papa, & ſpuria Gratiani additamenta ſtergit.* Inter epiſtolas Rom. Pontificum edit. Romanæ anno 91. Gelaſii ad Anaſtaſium epiſtola eſt decima p. 390.

§. CCCLXVI.

Unio omnium Sacerdotum regni cum Papa, incipe nempe extraneo, & Papæ regimen Mo-rchicum, & eccleſiaſtici ſtatus, ordinumque Re-gioſorum potentia atque opes tanquam res formi-nda depingitur, & ſecuritati civitatum, & Impe-ntium civilium inimica. Inde *ius cavendi*, omnia-ue ad eccleſiaſticum regimen pertinentia inſpici-di & examinandi, neque ius tantum, ſed gra-viſſi-

viſſimam obligationem inferunt, & inculcant & e-aggerant, quaſi nihil eſſet regnorum ſecuritati, & quieti infeſtius, quam hierarchicus ſtatus, Deiq miniſtri, ac homines divino cultui dedicati. Eni vero cum ſcriptores quosdam eiusmodi umbras ſpectra ſibi fingere, & pueriliter timere, & p ricula neſcio quæ, præ oculis habere non raro a madverterem, illius effati ex S. codice ſubiit men ria: *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* (Nec vero mirum; cum enim non capiant, q ſpiritus ſunt, idcirco nec unionem illam, caritate que, quæ a divino ſpiritu diffunditur, ab homini turbulentorum coniuratione diſtinguere didiceru illam dico unionem, quam Dominus ac Serva noſter Ieſus Chriſtus a cœleſti Patre ardentib precibus efflagitavit: *Non pro eis* (Apoſtolis) *ro tantum, ſed & pro eis, qui crédituri ſunt per verb eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint.* (Sed obſerva:

(*a*) Plena abſurditatis & contradictionis eorum eſt o- tio, qui cum de Principibus profanis ac regibus ſc- bunt, præ aliis imperii formis monarchiam præ- cant, atque in cœlum ferunt laudibus; cum dein de ſupremo Vicarii Chriſti Pontificatu, ſacraque m- narchia incidit mentio, eandem monarchicam forma omnibus modis deprimunt, citoque in deſpotiſmu degenerare aſſerunt, atque ita ſuſpectam reddur, ſeu potius evertere allaborant, ut principiis, q adhibent, æque civilem, ac ſacram poteſtatem inv- dant, concutiantque. (3)

()

b) Repetantur animo principia, quæ de iure *defenſionis & præcautionis* expoſita ſunt in Iure Naturæ privato: (§. XV. & C.) quæ de iuſta belli cauſa inter gentes ſunt tradita; (CCXCVIII. CCXCIX.) ac perſpicuum erit, ius illud cavendi, quod Principibus attribuunt in negotio religionis, neque tam ad impedienda reipublicæ damna, quam ad impediendum, ac turbandum ſacræ poteſtatis uſum identidem adhibent, ab omni iurium analogia adhorrere. *Homo ius habet*, inquit Pufendorfius, *utendi omnibus mediis, quæ ſana ratio ad ipſius conſervationem neceſſaria dictitat, adverſus omnes, a quibus ipſi periculum imminere itidem ſana ratio ſuggerit. Igitur ſiquis cautionem ſuam ulterius, quam ratio ſana admittit, extenderit, ſine dubio in legem naturæ peccabit. - - Nec ſana ratio hoc unquam probabit, ut alterum, de cuius voluntate & conatu in meam perniciem nondum peculiariter conſtat, oppreſſum eam; cum longe aptiora ſint remedia, pacem cum ipſo firmandi. Nam ſola illa communis hominum malitia, quæ utique gradus ſuos habet, non ſtatim hominem homini profeſſum hoſtem facit. - - Quomodo ſola ſuſpicio, ne quis amicitiam adverſus me ſimulet, aut animum ſuum mutet, probabilem mihi cauſam præbet, eundem occupandi? Id, quod multo clarius adhuc cernitur in integris civitatibus, quæ invicem in ſtatu naturali vivunt. Nam hic ſane omnium confeſſione nefas habetur, ſi una civitas alteram - - vi aut inſidiis occupare velit, ideo tantum, quia communem cum ea dominum non habet, a quo compeſci poſſit, ſi ipſam aliqua læſerit.* (4) Ex his concludes, quam inane ſit illud, quod de inſpiciendis & examinandis Eccleſiæ decretis ac conſtitutionibus centies oggerunt: *poſſet* talis conſtitutio, aut clauſulæ ei adiectæ turbare rempublicam: *poſſet* lædere iura Epiſcoporum, ſi papalis ſit; *poſſet* obeſſe libertatibus & conſuetudinibus particularium Eccleſiarum: *poſſet* excedere limites poteſtatis eccleſiaſticæ. Et quid de profanis legibus, ſi ad honorem ſummi Dei, ad ſacra Eccleſiæ iura, ad ſempiternam hominum ſalutem referantur, dici non *poſſet*? Nec tamen Eccleſia ſibi ius arrogat eas prævie inſpiciendi, examinandi, approbandi. Alium igitur Placiti regii titulum, ſi eius iuſtitiam tueri velint, excogitent, neceſſe eſt.

(*c*)

(c) Abhorrent ab *indirecta* Eccleſiæ in res civiles pc
ſtate; neque me in eo diſſentientem habent. At
circa ſacra, quemadmodum id hodierni tractant ſ
ptores non pauci, quale eſt, niſi *indirecta* circa
ſacras poteſtas? Expendatur notio directi & in
recti. §. XXXII. (e)

(1) Pſal. LII. 6.

(2) Ioan. XVII. 20. 21.

(3) Confer. diſſertatio Laurentii Veith de Syſtem
Edm. Richerii Sect. II. art. II. p. 330.

(4) Pufendorf. de I. N. & G. L. VII. C. I. §. 7. 8.

§. CCCLXVII.

Bonum publicum non interverti, inquiunt,
religionem debet: negotia civitatis cum nego
Eccleſiæ concilianda ſunt. Quid publicæ rei
obſit, vel expediat, penes Imperantem eſt defin
Neceſſitas licitum facit, atque adeo extorquet,
res eccleſiaſticæ aliter atque aliter diſponantur. Eq
dem non ignoro neceſſitatis & iura, & grad
& quas ſæpe præbet iuſtas excuſationes. Dicam
privatis non nulla, quæ ad publica applicari nu
negotio poterunt.

(a) Qui diteſcere cupit, qui honores ambit, qui comm
ditati ſuæ, & voluptati ſervit; quam multa *nec*
habet facere, quam multa omittere ſpectantia ad
cultum, & ſalutem animæ? Cum in iis finibus, q
ſibi præfixit, gradus inſint, erunt ad illum grad
attingendum neceſſaria non nulla, quæ ſi alium,
paulo inferiorem ſibi gradum propoſuiſſet, neceſſ
haud forent. Si hoc die abſolvendum eſt op
neceſſe erit e. g. abſtinere ab omni exercitio div
cultus. Si tanta pecunia in luxum veſtium, con
viorum, in ædificia, in hortos profundenda eſt,

ce

ceſſe erit, non modo inopi manum claudere, ſed præterea æs contrahere alienum. Quæ eſt iſta neceſſitas? nempe voluntaria, conſequens ex conſilio voluntarie capto, mutabilis: verbo, nulla vera neceſſitas.

Cum homo non modo corpore conſtet, ſed & animo, nec tam præſenti, quam futuræ ac ſempiternæ beatitati obtinendæ ſtudere debeat; idcirco in propoſitis finibus non modo gradus, ſed ordinem quoque debere conſtitui, ac mediorum proportionem expendi, ſæpe monuimus in his inſtitutionibus; neque, ſi quid temporis aut facultatum divinæ religioni impenditur, continuo dicendum eſt, *ut quid perditio hæc?* de gradibus neceſſitatis elegantem ſententiam protulit S. Auguſtinus: *neſcit cupiditas, ubi finitur neceſſitas.* (1) Ceterum & Saul neceſſitatem cauſatus eſt, cum in res divinas involaſſet; at quo ſuo fructu? (2)

(1) L. IV. contra Iulian. c. 14. §. 70.

(2) I. Reg. XIII. 12.

§. CCCLXVIII.

De finibus homini propoſitis paulo ante facta mentio. Hos quoque cum de politica poteſta... agunt, pervertere videntur nonnulli, quaſi ea ...eſtas non præſentem modo felicitatem hominum, ... futuram quoque, eiusque aſſequendæ media ſpe...e, ſuisque iuribus complecti deberet. Sic enim ...nt: Patresfamilias, poſtquam in civitatem coie...t, non minus, ac in primævo libertatis ſtatu ad ...i cultum obligari aut voluiſſe, aut potuiſſe cen...di ſunt: eius autem obligationis implendæ ius ...gnam partem in Imperantem eſſe translatum. ...c cum implicata ſint, & ambigua, his videntur ...madverſionibus poſſe explicari.

(*a*) Cuivis ſeu patrifamilias ſeu Imperanti maxima inc
bit religionis rerumque Eccleſiæ cura, ſic tamen,
quod paucis verbis expreſſit Innocentius III. *l*
ſuper Eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis nulla ſit a
buta facultas: quos obſequendi manet neceſſitas,
auctoritas imperandi. (1) Nihil de ſacro imperi
communitatem, proindeque nec in Imperantem c
lem a Chriſto collatum fuiſſe, oſtenſum eſt ſu
(2) nec perfunctorie illud quoque in Iure pub
univerſali expoſitum, quibus titulis religioni tue
ac promovendæ operam navare Princeps debeat. (

(*b*) Univerſe inter *finem rei vel actionis ipſius*, ac i
finem perſonæ agenti præfixum diſtingui neceſſum
(4) Finis politicæ poteſtatis intra ambitum rerum t
poralium conſtringitur, etſi, qui ea poteſtate u
tur, referre animo & conſilio ad ſublimiorem
nem cuncta poſſint, certoque modo debeant. *Sive n*
ducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis: omni
gloriam Dei facite; (5) nec tamen ob id naturali
nis ipſius alimenti, aut ius id capiendi ſpirituale
ſacrum eſt.

(*c*) Contra eos, qui politicæ poteſtati nimium trib
in negotio religionis, memborabilis extat locus a
S. Hilarium. (6)

(*d*) Ad hunc locum ſcopumque pertinet iuſta exprob
a magno Boſſueto Sectariis facta, *quid*, inq
emolumenti obtentum eſt, reiiciendo Papam eccleſi
cum, Succeſſorem S. Petri, niſi ut obtineretur l
laicus, utque auctoritas Apoſtolorum collocaretur in
nu magiſtratuum laicorum? (7)

(1) In celebri capitulo: Eccleſia S. Mariæ. 10. de C
ſtit.

(2) §. CCCLV. & CCCLVI.

(3) §. CCXXIII. & ſeq.

(4) §. XXX. (e)

(5) I. Cor. X. 31. recole dicta §. LXIII. (e)

(6) Contra Auxent. N. 2.

(7) Hiſt. de variat. p. 243.

§. CCCLXIX.

Ex quo tempore fidei donum Deus largitus eſt incipibus, optimus quisque Eccleſiæ filium ſe & vocatum eſſe defenſoremque, gloriabatur. At riptores quidam religioni, atque eccleſiaſtico ſta- infenſi advocatiæ ius, enorme quantum de- ıvarunt commentariis ſuis. Diſcant, ſi ſapere poſ- t, genuinam advocatiæ ideam ſibi efformare ex eclara oratione illuſtriſſimi Archiepiſcopi Came- enſis Fenelonii, quam is A. 1707. in conſecra- ne Electoris Colonienſis habuit, qua *primo* ge- atim de Principe, qua advocato Eccleſiæ, loqui- : dein advocatiæ iſtius functiones binas exponit: num quid alienum ſit ab advocati officio, non ide edicit. (1)

1) „Verum quidem eſt, inquit, Principem pium ac ze- „loſum vocari Epiſcopum externum, & protectorem „Canonum; qua phraſi ipſimet frequenter ac hilariter „utimur in ſenſu Veterum, qui illa uſi ſunt. Sed „Epiſcopum *externum* nunquam convenit ſibi uſur- „pare functiones Epiſcopi *interni.* Tenet quidem gla- „dium ad portam Sanctuarii; cavet ſibi tamen, ne „ingrediatur. Obedit ſimul hoc ipſo, dum prote- „git; protegit definitiones Eccleſiæ; ſed nullas facit. „Duas ſolum ſibi functiones, ad quas ſe reſtringit, „proprias adſcribit.

b) „*Prima* eſt, ut Eccleſiam in ſua libertate contra ho- „ſtes externos conſervet; ut poſſit intus ſine coactio- „ne definire, pronunciare, decidere, approbare, cor- „rigere & deſtruere omnem altitudinem, ſe extollen- tem adverſus ſcientiam Dei.

(*c*) „*Secunda* eſt, ut definitiones Eccleſiæ ſemel editas pr
„tegat, quin ſub ullo prætextu aſſumat libertat
„interpretandi. Hæc igitur protectio Canonum u
„ce dirigitur contra inimicos Eccleſiæ, hoc eſt, co
„tra Novatores, contra mentes indociles ac con
„gioſas, contra eos, qui recuſant correctionem.

(*d*) „Avertat Deus, ne Protector dirigat, aut præven
„quidquam eorum, quæ regulatura eſt Eccleſia. I
„attendit, audit humiliter, credit ſine hæſitation
„non ſolum obedit ipſemet; ſed etiam auctoritate
„exempli, & potentia, quam in manu tenet, pr
„ſtat, ut obediatur ab aliis. Denique Protector E
„cleſiæ nullatenus diminuit libertatem Eccleſiæ. E
„protectio non foret auxilium, ſed iugum latens E
„cleſiæ, ſi potius vellet determinare Eccleſiam, qu
„determinari ab Eccleſia. Hoc exitiali exceſſu A
„glia rupit unitatis ſacrum vinculum, dum Regem
„qui ſolum fuerat Protector, conſtituit in caput E
„cleſiæ.

(1) Vid. Inſtructionem Paſtoralem Arch. Pariſ. de Bea
mont de turbis Galliæ. Ex editione Auguſtana A. 1757. n.

CAPUT VII.

Demonſtrato ſacræ poteſtatis ſubiecto præcipua illi obiecta conſiderantur, atque inprimis cauſæ fidei ac divini iuris.

ARGUMENTUM.

§. *CCCLXX. Ordo Tractationis. CCCLXXI. Unitas fidei, obiectum poteſtatis ſacræ. CCCLXXII. Dein ſacræ Scripturæ. CCCLXXIII. Traditiones. CCCLXXIV. Symbola fidei: doctrinæ & libri. CCCLXXV. Modus procedendi in cauſis iuris d vini. CCCLXXVI. Præcipuæ in iis partes ſunt Ro Pontificis. CCCLXXVII. I ra Epiſcoporum. CCCLX VIII. Advocatorum Ecc ſiæ.*

§. CCCLX

§. CCCLXX.

Deſcripſimus hoc libro notionem ſacroſanctæ Ec-
ſiæ, quasque a divino auctore ſuo accepit, ſin-
ares proprietates: ſacræ dein poteſtatis inſtitu-
nem in Petro atque Apoſtolis factam, eiusque
iſtorum Succeſſores propagationem: delineavi-
s Hierarchiam ordinis ac iurisdictionis; ex qua
n ſubiectum poteſtatis ſacræ publicæ & rectoriæ
am fecimus: denique ambigua ac falſa principia
eximus, quæ tum ſubiecto illi, tum exercitio ſa-
: poteſtatis obeſſe poſſent. Ordo igitur natura-
poſcit, ut præcipua ſpectentur obiecta, circa
e poteſtas illa ſe exerit, utque ſpeciatim indice-
, quæ in particularibus cauſis & negotiis Eccle-
expediendis partes ſint ſummi Pontificis, cor-
is totius hierarchici, Epiſcoporum ſingulorum,
ique Advocatorum Eccleſiæ.

§. CCCLXXI.

Maximi in Eccleſia momenti eſt cauſa fidei, eius-
e puritas & integritas, nequid ſcilicet, quod de
e divina non eſt, in numero dogmatum cenſea-
, aut quod reipſa eſt de fide divina, detrahatur.
duæ ſunt generales de fidei cauſis veritates: *Pri-*
, una unica eſt fides, qua ſalus obtineri poteſt:
unda: Hanc ipſam veritatem: *una unica eſt fi-*
, *qua ſalus obtineri poteſt*; Eccleſia Romano-Ca-
olica, ſemper docuit, docendique ius & obliga-

 tio

tionem a Deo impoſitam habet, cui nulla hum
poteſtas iure refragari poteſt.

(a) *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma* (1) æte
veritatis effatum eſt. Unde ex formula Tride
publice profitemur : *hanc veram catholicam fid
extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt &c.* : & ſymbo
quod Athanaſio inſcribitur, ita concludimus :
eſt fides catholica; *quam niſi quisque fideliter, fi
terque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.*

(b) Hanc ipſam veritatem in Eccleſia catholica ſe
publiceque prædicatam, ipſoque uſu patefactan
confirmatam fuiſſe, teſtantur infinita anathemat
eos excuſſa, qui vel uni articulo catholicæ pr
ſionis contradicere auſi ſunt. Non cenſebatur Ec
ſiæ membrum, qui fidei, quam Eccleſia profiteb
non tenaciſſime adhæreret; ac Epiſcopi ante co
crationem publice interrogabantur, publiceque p
teri ſolebant, ſe credere, nullum extra Eccle
ſalvari. (2) Nulla in fidei negotio transactio, n
diſſimulatio, nulla pax agnoſcebatur legitima.
petua erat diviſio ac ſegregatio orthodoxorum ab
terodoxis; ac manifeſto perſpiciebant orthodoxi
vel una ſecta aliter ſentientium admitteretur in
mium, omnes alias pari iure admittendas eſſe. (

(1) Epheſ. IV. 5.

(2) Vid. T. IIII. Operum S. Leonis, edit. Venetæ in
cumentis Iuris Canonici veteris. n. III. de Statutis anti
Eccleſiæ ex præſtantiſſimis MSS. collectionibus editis.
654.

(3) Elegans inprimis eſt locus Gelaſii P. in epiſt.
Anaſtaſium Imp. Una eſt, inquit, chriſtiana fides, quæ
catholica. Catholica autem veraciter illa eſt, quæ ab omni
perfidorum, atque ab eorum ſucceſſoribus conſortibus ſince
pura, immaculata communione diviſa eſt. Alioquin n
erit divinitus mandata diſcretio, ſed miſeranda confu
Nec ulla cauſa iam ſupereſt, ſi hoc in quolibet contagio v-
luerimus admittere, ne cunctis hæreſibus aditum, ianua-
que pandamus: qui enim in uno offenderit, omnium re
eſt; (Iac. II. 10.) & qui minima ſpernit, paulatim deci.
(Ec

Eccli. XIX. 1.) *Ait dein ad Imperatorem, ſe non neglige- pacem, quod ipſi vitio dabatur ab Euthychianis, eorum- ſe fautoribus, quibuscum decertandum ipſi erat, ſed,* precor e, inquit ad Imperatorem, *quem ſuaviſſimis verbis alloqui- r,* precor Te, cuiusmodi debeat eſſe pax ipſa, non ut- inque, ſed veraciter chriſtiana, mente libremus; quomo- enim poteſt eſſe pax vera, cui caritas intemerata de- erit? caritas autem, qualiter eſſe debeat, nobis eviden- r per Apoſtolum prædicatur, qui ait: *& caritas de corde uro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* I. Tim. I. 5. uomodo, quæſo Te, *de corde* erit *puro*, ſi contagio infi- atur externo? quomodo *de conſcientia bona*, ſi pravis fue- , malisque commixta? quemadmodum *fide non ficta*, ſi aneat ſociata cum perfidis?

§. CCCLXXII.

Divinæ ſcripturæ ac traditiones fontes ſunt do- natum fidei, divinique iuris; at cum homines, uos Paulus *ſubverſos*, Princeps vero Apoſtolorum *ſtabiles & indoctos* appellat, genuinos hosce fontes avis opinionibus inficere conarentur, atque ad *am ipſorum perditionem depravare*; (1) neceſſe fuit, Eccleſia, quæ divini depoſiti cuſtos eſt, ſuam in s vindicandis, pureque conſervandis auctoritatem poteſtatem exereret; quemadmodum nullo non mpore exercuit. Ac ſacroſancta Tridentina Syno- us *fontem omnis ac ſalutaris veritatis, & morum di- iplinæ* contineri affirmat *in libris ſcriptis, & ſine ripto traditionibus;* unde omnes intelligant, *quibus tiſſimum teſtimoniis ac præſidiis in confirmandis do- matibus & inſtaurandis in Eccleſia moribus* eſſet uſu- . De S. ſcripturis ſequentia maxime ſtatuit: (2)

(a) Poſita, ut dixi, atque aſſeverata verbi divini ſcripti exiſtentia *Canonem* librorum V. ac N. T. adſcribit, *ne cui*

tui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam ſint, qui ab ipſa S
nodo ſuſcipiuntur. - additque: *Siquis autem libros ip*
integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccle
catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata lat
editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſce
rit, - - Anathema ſit.

(*b*) Deinde de *verſione atque editione* ſacrarum Scripturar ita decernit: *Eadem ſacroſancta Synodus conſidera non parum utilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur, crorum librorum, quænam pro authentica habenda innoteſcat; ſtatuit & declarat, ut hæc ipſa vetus & v gata editio, quæ longo tot ſeculorum uſu in ipſa Ecc ſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationib prædicationibus & expoſitionibus pro authentica hab tur; & ut nemo illam reiicere quovis prætextu aude vel præſumat.*

(*c*) Sed nihil æque neceſſarium eſt, quam ut hominum ſolutorum, ac doctrinæ laudem ambientium licentia rebus ſacris & ſacrarum Scripturarum *interpretati* legitima poteſtate coerceatur. *Ad coercenda petul tia ingenia decernit* (SS. Synodus) *ut nemo ſuæ p dentiæ innixus, in rebus fidei & morum, ad ædificat nem doctrinæ chriſtianæ pertinentium, ſacram Scrip ram ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſu quem tenuit. & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt dicare de vero ſenſu & interpretatione Scripturarum ſa ctarum, aut etiam contra unanimem conſenſum Patru ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat; etia huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in cem edendæ forent.* Idem exprimit Profeſſio Triden na fidei a Pio IV. edita. Addit S. Synodus ſaluber mas cautiones ac regulas contra auctores & impreſſ res librorum de rebus ſacris, qui putant *ſibi licer quidquid libet*; quæ quidem peſtis Lutheri tempore rum in modum diffuſa, noſtra iterum ætate invaluit

(*d*) Scripturæ ſacræ omni ſane veneratione digniſſim non modo contra errores fidei, morumque, veru alia etiam genera impietatis defendendæ erant Eccleſi auctoritate. Unde eadem S. Synodus *temeritatem lam reprimere volens, qua ad profana quæque conve*
tu

tuntur, & torquentur verba & ſententiæ ſacræ ſcripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat & præcipit ad tollendam huiusmodi irreverentiam & contemtum, ne de cetero quispiam quomodo libet verba ſcripturæ ſacræ ad hæc & ſimilia audeat uſurpare; ut omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coerceantur.

e) Supereſt, ut, quid de lectione S. ſcripturarum, qua multi in perniciem ſuam aliorumque uſi iam ſunt, Eccleſia pro poteſtate ſua divinitus conceſſa ſtatuerit, indicemus. Anno 1562. die 26. Febr. S. Synodus Seſſ. XVIII. quæ erat ſecunda ſub Pio IV. in hunc modum edixit: *Cum omnium primum animadverterit* (S. Synodus) *hoc tempore ſuſpectorum ac pernicioſorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longe lateque diffunditur, numerum nimis excreviſſe; - - cenſuit, ut delecti ad hanc disquiſitionem Patres de cenſuris librisque, quid facto opus eſſet, diligenter conſiderarent, atque etiam ad eandem ſanctam ſynodum ſuo tempore referrent.* Cum deinde huic operi ab iis, qui delecti fuerant, extrema manus fuiſſet impoſita, nec tamen ob librorum varietatem & multitudinem diſtincte & commode poſſet a S. Synodo diiudicari; præcepit a. 1563. die 4. Dec. *ut, quidquid ab illis præſtitum eſt, Sanctiſſimo Romano Pontifici exhibeatur: ut eius iudicio atque auctoritate terminetur, & evulgetur.* (3)

f) Anno dein 1564. die 24. Martii Pius IV. Indicem librorum prohibitorum cum certis ac ſaluberrimis regulis edidit; in his regula IV. ita habet: *Cum experimento manifeſtum ſit, ſi ſacra Biblia vulgari lingua, paſſim ſine diſcrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte iudicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris ſtetur, ut cum conſilio parochi vel confeſſarii Bibliorum a catholicis Auctoribus verſorum, lectionem in vulgari lingua eis concedere poſſint, quos intellexerint, ex huiusmodi lectione, non damnum, ſed fidei atque pietatis augmentum capere poſſe; quam facultatem in ſcri-*

ptis h-beant. Qui autem abſque facultate ea legere habere præſumſerit, niſi prius Bibliis ordinario re tis, peccatorum abſolutionem percipere non poſſit. duntur quædam de Bibliopolis & Regularibus.

(g) Facultatem Epiſcoporum, Inquiſitorum, & Reg larium Superiorum reſtrinxerat Clemens P. VIII. e decreto a. 1585. die 5. Ian. Sed in indice recog atque edito a. 1748. ſub Benedicto XIV. extat tio: *Quodſi huiusmodi Bibliorum verſiones vul lingua fuerint ab apoſtolica ſede approbatæ, aut e cum annotationibus deſumtis ex ſanctis Eccleſiæ P bus, vel ex doctis, catholicisque viris, conceduı Decret. Sacr. Congr. Ind. 13. Iun. 1757.*

(1) II. Petr. III. 16.

(2) SS. concil. Trid. Seſſ. IV.

(3) Ib. Seſſ. XXV. Decret. de Indice Libr.

§. CCCLXXIII.

Pro tuenda divinarum traditionum vi & au ritate contra veteres iam Hæreticos depugnare de Eccleſia; litem enim de illis iam intentarant A ni, (1) dein Pelagiani, Neſtoriani quoque, ut minit concilium Epheſinum, aliique. Duplex illis videtur quæſtio moveri poſſe; *prima* eſt *i quæſtio*, anne, ſi veræ ac genuinæ extent tradit nes, pari cum ſcripturis auctoritate gaudeant; q res difficultatem non habet, etſi nonnulli ſubdu tare viſi ſint. (2) Altera eſt *quæſtio facti*, ſed divi quæ proinde ad ius quoque divinum poſitivum ferri debet, utrumne extent re ipſa traditiones vinæ. SS. concilium Tridentinum geminum c feſſ-

ſionis fidei fundamentum poſuit, libros ſcriptos, ſine ſcripto traditiones; ac duo decidit:

a) Extare re ipſa divinas traditiones: SS. Synodus - perſpiciens hanc veritatem & diſciplinam contineri in libris ſcriptis, & *ſine ſcripto traditionibus, quæ ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis ſpiritu ſancto dictante quaſi per manus traditæ ad nos usque pervenerunt.*

b) Alterum eſt: *SS. Synodus - - omnes libros tam V. quam N. Teſtamenti - - nec non traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Chriſto, vel a Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia catholica conſervatas, pari pietatis aſſenſu ac reverentia ſuſcipit, & veneratur. - - Qui libros ipſos integros - - pro ſacris & canonicis non ſuſceperit; & traditiones prædictas ſciens & prudens contemſerit, anathema ſit.* (3)

(1) S. Auguſtin. L. I. contra Maxim.

(2) Pallavic. Hiſt. Conc. Trid. P. I. L. VI. C. XIV. n. 3.

(3) SS. Con. Trid. Seſſ. IV. *Auctor Principiorum Iuris* [...]*blici Ecleſ. ait, Synodum Tridentinam in diverſis capitu*[...] *ad Traditionem provocaſſe, nempe* Seſſ. VI. C. 8. Seſſ. [...]II. C. 8. Seſſ. XIV. C. 1. Seſſ. XXII. C. 4. & 9. *Recte id* [...]*dem. Sed addit: ipſa operis arduitas vetuit, quo minus* [...]*Patribus concilii exhiberetur completus omnium traditionum* [...]*alogus, diſcernens traditiones genuinas a ſpuriis, atque* [...] *id nimium in petendo fuiſſe Molinæum, qui indicem* [...]*nium traditionum poſtulaſſet; cum hic duorum menſium* [...]*tio confici haud potuerit. Sed totum id nugatorium eſt.* [...]*vit ſane Eccleſia, quæ dogmata, quove ſenſu amplectatur;* [...] *opus non eſt, ut omnia, quæ excoqui poſſunt, errorum* [...]*ramenta, omnes concluſiones falſas, pravas verbi divini* [...]*erpretationes, & ineptas dogmatum explicationes noſcat.* [...] *quæ hæreſes erumpant, quas condemnari neceſſe ſit, eas* [...]*demnabit tanquam ſacræ traditioni contrarias; ut proinde* [...] *rarum traditionum tam parum numerus iniri poſſit, ac* [...]*poſitorum fidei errorum, aut falſarum ex fidei capitibus* [...]*luctarum concluſionum. Ob quam cauſam neceſſe fuit, ut* [...]*va fide apoſtolica fidei ſymbola aliis atque aliis additamentis*

mentis & declarationibus aucta proferri debuerint; de qui-bus ſymbolis deinceps dicendum eſt.

§. CCCLXXIV.

Depoſitum fidei, doctrinæque cœleſtis Paſto-bus Eccleſiæ a Chriſto creditum eſt: hos prædica-iuſſit, eosque audiendi obligationem impoſuit fid-libus: *Hi nobis verbum locuti ſunt*, inquit S. Dam-ſcenus, *non homines laici.* Iisdem adfuturum Chriſtus promiſit usque ad conſummationem ſecu-neque portæ inferi contra Eccleſiam prævalebun-quia ſupra petram ædificata eſt. Hanc poteſtat-Paſtores nullo non tempore exercuerunt inſpiciend-& examinando doctrinas de rebus ſacris, iudicand-approbando, condemnando & ipſas doctrinas Doctores, ferendo leges, præſcribendo profeſſion-catholicæ fidei, prohibendo libros, quæque ſi-ſexcenta iſtius generis. Huc ergo referuntur

(*a*) *Symbola fidei*, ſeu breves ſummulæ præcipuor-fidei articulorum auctoritate Paſtorum Eccleſiæ co-fectæ, hæreſibus oppoſitæ, fidelibus præſcriptæ. S-omnino ſunt celebriora. I. Symbolum Apoſtoloru-II. concilii Nicæni, quo magis declaratur divini-Ieſu Chriſti contra Arianos. III. concilii Conſtantin-politani I. IV. S. Athanaſii vel alterius doctoris c-tholici, non tam per modum profeſſionis fidei, qu-doctrinæ & inſtructionis compoſitum; quia tam *integram fidei veritatem eius doctrina breviter contin-auctoritate ſummi Pontificis eſt recepta, ut quaſi reg-la fidei habeatur.* (1) Eius initium eſt hoc: *Quicu-que vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat c-tholicam fidem.* V. concilii Lateranenſis IV. ſub Inno-centio III. quo clarius explicatur myſterium SS. T-nitatis. VI. concilii Tridentini, cuius formula ead-eſt cum Conſtantinopolitano ſymbolo, niſi quod d-

cla-

clarationes habeat adiunctas contra errores recentium Sectarum. Huic profeſſioni quosdam articulos pro Græcis adiunxit Gregorius XIII. ex concilio Florentino depromtos. (2) Symbolorum uſus, publicaque fidei profeſſio non modo fidelibus præſcripta eſt, ſed ipſa concilia œcumenicia, quæ in cauſis fidei poſt Nicænum habita ſunt, eorum quodpiam tanquam pro fundamento ſuæ confeſſionis poſuerunt. (3)

) Librorum ac Scriptorum cenſura, approbatio, condemnatio ita propria eſt Paſtorum Eccleſiæ, ut ipſo poteſtatis ſuæ uſu ac perpetua praxi oſtenderint, ſibi competere auctoritatem iudicandi de ſenſu propoſitionum ac doctrinæ, qui ex Scriptorum toto libro, & doctrinæ contextu, ac ſenſu ſcriptis expreſſo eruitur, indeque definiendi, isne ſenſus ab auctore intentus orthodoxus, an heterodoxus ſit. Id, quod pluribus verbis demonſtrari a Theologis ſolet.

) Ea, quæ indicavimus exercitia poteſtatis, ſacræ non modo ad dogmata fidei, ſed etiam ad doctrinam morum, & ius divinum poſitivum declarandum pertinent, & conſervandæ Sanctitati Eccleſiæ omnino neceſſaria ſunt.

1) S. Thomas 2. 2. q. 1. a. 10. ad 3.

2) Gregor. XIII. Conſtitut. 43. *Credo etiam, ſuſcipio ... profiteor ea omnia, quæ ſacra œcumenica Synodus ...ntina ſuper unione occidentalis & orientalis Eccleſiæ de...it & declaravit* - - vid. §. CCCXLII.

3) Concil. Trid. Seſſ. III.

§. CCCLXXV.

Modus, quo Paſtores Eccleſiæ poteſtatem iudi...iam & legislativam exercent in tuenda doctrina ...i, ac morum, non idem perpetuo obſervatur; ...ue etiam neceſſe eſt, omnia ſtatim definiri, ...robari vel condemnari. Exempla varii proce...di modi iſtiusmodi ſunt.

(a)

(*a*) Extant in Iure canonico capitula nonnulla, in
bus Pontifices de propoſita quæſtione in utran
partem diſputant, ac quid ipſi amplectantur præcet
docent. Sic Innocentius ait: *Inter opiniones pr
ctas illa probabilior iudicatur, quæ aſſerit, aq
cum vino in ſanguinem transmutari.* (1)

(*b*) Aliquando ſcholarum contentiones impoſito utr
parti ſilentio ſupprimuntur, aut utrique ſuam tu
opinionem facultas datur, ſic tamen, ut a cen
mutuo iaciendis abſtineant.

(*c*) Cum reprobatur doctrina, ea fere *qualificari*, id
certæ cenſuræ qualitate ſolet affici, uti quod ſit
retica, hæreſi proxima, hæreſin ſapiens, ſchiſma
erronea, blaſphema, impia, ſcandaloſa, piarum
rium offenſiva, male ſonans, ſimplicium ſeducti
temeraria, periculoſa, falſa &c. ubi contingere po
ut plures iſtiusmodi notæ eidem propoſitioni inu
tur. Hæc qualificatio aliquando eſt categorica, p
ciſa, ac ſpecifica; dum nempe ſua cuique damn
theſi cenſura imponitur: aliquando *cumulativa*,
multæ propoſitiones una enumeratæ proſcribu
velut *reſpective* hæreticæ, ſcandaloſæ &c. Hoc m
proceſſit Ioannes XXII. a. 1317. contra Fraticell
quorum opiniones alias dixit *hæreticas*, alias *inſe
tas*, alias *fabuloſas*. (2)

(*d*) Quando quidquam ultimato definitur legitima au
ritate tanquam fide divina tenendum, id ita fieri
let, ut aſſenſus internus fidelium exigatur, iique
modo aliter docere vel loqui, ſed etiam aliter *ſen*
prohibeantur; nec dubium eſt, quin in hypot
inſtitutæ a Chriſto Eccleſiæ, ac conceſſæ eidem
teſtatis declarandi, proponendique ius divinum
aſſenſus internus ex obligatione naturali præſtan
ſit. (3)

(1) C. cum Marthæ. 6. §. 1. de celebratione Miſſar
Benedictus XIV. T. I. Bullar. conſt. 113. *data ad Archi
ſcopum S. Dominici in Hiſpaniola profitetur, ſe diſſere
doctorem duntaxat privatum agere velle. Etſi autem ea
ad ius humanum, non divinum ſpectarit, tamen anno
iuvat, quæ ibidem* §. 41. *in fine ſubnectit;* Hactenus,
qu

, fraternitati tuæ ſatisfacere ſtuduimus - - meram ge-
es in hac epiſtola - - privati doctoris perſonam. Nunc
um epiſtolæ noſtræ finem facientes, ſupremi Paſtoris
es reſumimus, ut apoſtolicam Benedictionem impertia-
, utque præterea te admoneamus, quod, cum ea, quæ
Nos ſcripſiſti, a Iuſto Henningio Bœhmero (quamvis
am de eo mentionem feceris) ſis mutuatus; - - ſicuti
abilis foret induſtria tua, ſi eo auctore uſus eſſes ad
erabiles Eccleſiæ catholicæ doctrinas illuſtrandas, aut
ſum in iis, in quibus Nobis adverſatur, confutare
reſſus eſſes; ita reprehenſioni te obnoxium feciſti;
illius opus perlegere, atque etiam tacitus tranſcribere
s es, ut ad impugnandas canonicæ Iurisprudentiæ ſen-
ias inter orthodoxos communiter receptas, inſtructior
deres. *Similia caderent in eum, qui paſtoralibus literis
onianas principiorum fæces ab ipſomet auctore reiectas
rere non dubitaret.*

(2) Conf. cit. Inſtructionem Paſtoral. Archiepiſcopi Pa-
nſis de turbis Galliæ N. 126. ſeq.

(3) *Famoſus eſt conſcientiæ caſus, quæque contra ſilen-
i obſequioſum ſcripta & declarata ſunt.* Conf. dicta in
Nat. Privato de Autonomia §. LXXIV. (a)

§. CCCLXXVI.

Circa primarium, quod nunc explicavimus, cau-
um eccleſiaſticarum genus, quale eſt doctrina
i, ac morum, quæque alia divini ſunt iuris,
modo verſetur eminens Vicarii Chriſti, dein
rum etiam Epiſcoporum divinitus inſtituta po-
as, modo explicandum eſt; denique nec præ-
mittendum, quæ in iſtis negotiis advocatorum
leſiæ, Politicorum nempe Principum ſit facul-
& obligatio. Vicarii Chriſti, Romanique Pon-
cis in tuenda fide, ac quæ divini ſunt iuris, cu-
diendis ac promovendis *præcipuas partes* eſſe,
nemo

nemo catholicorum negat; etſi non omnes exp-cent, in quo præcipuarum in hac re partium, loquuntur, ratio ac vis conſiſtat. Quæ ad ſolitari Romanorum Pontificum infallibilitatem ſpectant, cum ea Theologi ſibi dudum vindicarint, a me co-trectanda non ſunt. Tria animadvertam, ab in-tuto meo non aliena.

(*a*) Cum vi divinæ promiſſionis neque ædificium Ecc-ſiæ ſine fundamento, neque paſtor ſine grege ſit, obligatio confirmandi fratres Petro ac ſucceſſori imponi a Chriſto non potuerit, niſi preces ſuas, eorum fides deficeret, a divino Patre exauditas ſua reverentia fuiſſe, noſſet; ægre concipi pote quomodo ea *ſolitaria* nuncupari infallibilitas poſſ cum ex vi ſyſtematis hierarchici inter ædificium fundamentum, inter paſtorem ac gregem perpet eaque viva ſit communicatio & connexio.

(*b*) Si præteritorum temporum memoriam repetam certiſſimum illud eſt, quod Epiſcopi quidem Ægy a. 433. ad Xyſtum P. III. ſcripſerunt: *Olim ſiquid ſæpius iam ex Alexandria huiusmodi hæreticis Ziza inſurgentibus ſuffecit Veſtra Apoſtolica ſedes per u verſum tempus illud ad mendacium convincendum, pietatemque reprimendam.* (1)

(*c*) Unde iure reprobata eſt inaniſſima aſſertio, qua n nulli contra Romanam Cathedram hac in controve debellatum eſſe, inſolentius quam verius gloriant *Futilis & toties convulſa eſt aſſertio de Romani P tificis ſupra concilium œcumenicum auctoritate, at in fidei quæſtionibus decernendis infallibilitate.* (2)

(1) Idque exemplis confirmant Eutherius Thyane Epiſcopus & Helladius Tarſenſis in Epiſt. IV. ad Xyſt III. Couſtant. col. 1246.

(2) Prop. 29. inter damnatas ab Alexandro P. VIII. 1690. die 7. Dec. *Dicunt, definitionem pontificiam ex ſe vim habere, ut* proviſorie *illi obſequendum ſit, ſaltem dogm-*

matizando contrarium, quamdiu non reclamat Eccleſia. quomodo Eccleſia reclamare poterit, ſi nemini particulaliceat dogmatizare contrarium?

§. CCCLXXVII.

Epiſcoporum maximam eſſe debere in conſernda fidei morumque puritate curam, & auctoriem, vel inde patet, quod ſaluti eius gregis, in o poſiti ſunt a Spiritu ſancto, nihil præ fidei inritate ac puritate magis neceſſarium ſit. Conſiantur iidem vel collectim inſtar unius *Corporis, viti Eccleſiæ*, nempe Vicario Ieſu Chriſti *adhæren*; ac tum ſive uno loco congregati ſint, ſive per s quisque ſedes diſperſi, immota eorundem in iniendis controverſiis auctoritas eſt & poteſtas. de Iuſtinus Febronius comment. in ſuam retrationem rectiſſime ſtatuit Poſit. XV. *Hæreſis Lutheri ante Concilium Tridentinum, præeunte Leone X. ntif. Max. ab Eccleſia irrevocabiliter damnata fuit.* Poſit. XVII. *Conſtitutioni Unigenitus, ut dogmatico ctæ Sedis & univerſalis Eccleſiæ decreto, omnimoab omnibus obedientia debetur.* Si *ſinguli* conſideitur Epiſcopi, omnem pro defenſione fidei ac dii iuris poteſtatem exerunt, inſpectoriam, legisoriam, iudiciariam, eum nempe in finem, ut unitem conſervent; ob quam ipſam cauſam ad unitis centrum referunt, quæ ambigua & maioris diptationis videntur, exemplo S. Petri Chryſolo- Epiſcopi Ravennatis ita ſcribentis ad Eutychem

Preſbyterum: *In omnibus hortamur te, frater honorabilis, ut his, quæ a beatiſſimo Papa Romanæ civitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria ſede & vivit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro ſtudio pacis & fidei extra conſenſum Romanæ civitatis Epiſcopi cauſas fidei audire non poſſumus.* (1) Ceterum errores, qui vel antea ab Eccleſia damnati ſunt, vel apertam hæreſin ſapiunt, ſua ipſorum auctoritate proſcribunt Epiſcopi, atque in defenſores eorumdem canonicis pœnis animadvertunt: in gliſcentes vero de novo inquirunt, omnique vi novitati doctrinæ ac perturbationi gregis obſiſtunt. Bina proferam epiſcopalis ſtudii ac libertatis pro tuenda doctrinæ puritate exempla.

(*a*) Memorabilis eſt tum exprobratio data a Chriſto Angelo, ſeu Epiſcopo Pergami, & Angelo Thyatiræ; (2) tum laus tributa Angelo Epheſi. (3) De S. Polycarpo antiquiſſimus Irenæus ita refert: *Sunt, qui audierunt eum* (Polycarpum) *dicentem, quoniam Ioannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lavari, cum vidiſſet intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus: dicens, quod timeat, ne balneum concidat, cum intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis. Et ipſe autem Polycarpus, Marcioni aliquando occurrenti ſibi & dicenti: cognoſce nos; reſpondit, cognoſco te primogenitum Satanæ. Tantum Apoſtoli & horum diſcipuli habuerunt timorem, ut neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem: quemadmodum & Paulus ait: hæreticum autem hominem poſt unam correptionem devita, ſciens, quoniam perverſus eſt, qui eſt talis, & ſemetipſo damnatus.* Ita Irenæus. (4)

(*b*) Epiſcopalis libertatis in cauſa religionis illuſtria multa exempla recenſet illuſtr. Archiepiſcopus de Beaumont

in citata inſtructione de turbis Galliæ, Ipſe factus exemplum nihil cedens antiquis Eccleſiæ Hierarchis. In his S. Ambroſium refert his verbis ad Theodoſium ſcribentem: *Nihil in Sacerdote tam periculoſum eſt apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod ſentiat, non libere denunciare: ſiquidem ſcriptum eſt: loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar. Clementiæ tuæ diſplicere debet Sacerdotis ſilentium, libertas placere. Nam ſilentii mei periculo involveris, libertatis bono iuvaris - - in cauſa Dei quem audies, ſi Sacerdotem non audias? - - quis tibi verum audebit dicere, ſi Sacerdos non audeat?* (5)

(1) Hæc epiſtola, quæ data eſt A. 449. continetur inter ..ſtolas S. Leonis M. n. 25. edit. Venet.

(2) Apoc. II. 14. 15. 20.

(3) Ibid. v. 6.

(4) Contra Hæreſes L. III. c. 3.

(5) Cit. Inſtructio Paſtoral. n. 72. S. Ambroſ. Epiſt. 40.

§. CCCLXXVIII.

De Advocatorum Eccleſiæ in tuenda fide, at..e executione eorum, quæ divini iuris ſunt, obli..tionibus, ſatis, ut opinor, ex iis conſtat, quæ ſu..rius demonſtrata ſunt. Fatentur ipſimet, nul..m penes ſe ius eſſe, iudicandi de fide, decer..ndi aut definiendi quidquam; cum nihil iuris ad .. acceperint a Deo, neque in paſtorum, ſed ovium ..umero ſint. Totum hoc negotium, quo confer..ndæ divinæ fidei homines ſatagunt, non ab ho..inum ſapientia aut virtute, ſed ab aſſiſtentia Spi..tus ſancti, & Chriſti promiſſis pendet. Ea aſſi..ntia ac promiſſa non ad laicos, ſed Hierarchas

Eccleſiæ pertinent. Igitur neque illorum probitas aut ſapientia humana poteſtatem dat iudicandi de fide, neque iſtorum improbitas aut ruditas datam poteſtatem auferre & promiſſa Chriſti fruſtrari poteſ
(1) Sed inquiunt:

(a) *Principis eſt, impedire turbas ex diſſidiis religionis enaſcentes.* Recte id quidem; coerceat igitur non ſacra ſancta Eccleſiæ iura divinitus conceſſa, ſed homines protervos, & refractarios, qui ea turbare iura non verentur. Si id norint homines improbi, turbarum obtentu ceſſandum eſſe a prædicanda orthodoxa veritate, nunquam non turbæ exiſtent; cum nunquam deſint, quibus veritas catholica odio eſt. Atque id prænoſcens divinus Servator contra omnes turbas & turbatores præmuniit evangelicæ veritatis præcones

(b) *Princeps ſilentium imponere utrique litigantium parti in cauſa religionis poteſt*, ita nimirum, ut partem utramque ad forum competens, & tribunal Eccleſiæ amandet; neque ea ſilentii lege promulgandæ veritati iam compertæ ac definitæ obſit. Duo extant de hac re decreta Regum Galliæ, unum editum A. 1720., quo diſtincte declarat Rex, articulum quintum legis præcedentis (de impoſitione ſilentii) ſic fore executioni mandandum, quin ſub prætextu ſilentii a ſe impoſiti prohiberi vi ſuæ intentionis poſſint Archiepiſcopi & Epiſcopi ab inſtructione Clericorum & Fidelium ſuæ curæ commiſſorum circa obligationem ſe ſubmittendi ad Bullam Unigenitus. Alterum, quod emanavit A. 1756. die 13. Decembr. in hanc ſententiam: „Nolumus tamen rigoroſum ſilentium a noſtris declarationibus præſcriptum, quod inviolabiliter obſervari „volumus, ſic intelligi, ut præiudicare poſſit iuri „Archiepiſcoporum & Epiſcoporum inſtruendi Clericos & populos ſuæ curæ concreditos.

(c) Dicunt, *invaleſcentibus de religione turbis penes Principem eſſe, legem interimiſticam & proviſoriam dictare.* Vid. cit. Inſtructionem paſtoralem Archiepiſcopi de Beaumont. N. 74. & 75. de *Ecthesi* Heraclii Imperatoris & *Typo* Conſtantis, de libello *Interim*

Cor

confer Maſenium in Vita Caroli V. & Ferdinandi I. Imp. L. VII. N. 48. & 49.

(1) Diſtincte omnia hæc expreſſa ſunt a Baſilio Imp. in III. Synodo generali apud Harduin Concil. T. V. p. 920. I.

CAPUT VIII.

oſt cauſas fidei eiusque Unitatis conſervandæ nihil ſtatum publicum Eccleſiæ propius attingit, quam Unitas caritatis & communionis.

ARGUMENTUM.

CCCLXXIX. Unitas caritatis & communionis neceſſaria. CCCLXXX. Tollitur per ſchiſma: CCCLXXXI. quale fuit Novatiani. CCCLXXXII. Et per excommunicationem. CCCLXXXIII. Iura Pontificis, Epiſcoporum, Principum pro conſervanda Unione.

§. CCCLXXIX.

Si Chriſti Sponſa ab adulteris, & vera Eccleſia ſectis per notas diſcernitur, neceſſe eſt, ut viſiiles ſint notæ, quemadmodum vera Eccleſia viſiilis eſt. In his notis eminet Unitas Eccleſiæ, eaue duplex, nempe unitas fidei, & unitas caritatis u communionis; quia membra corporis myſtici on tantum conſenſione fidei, ſed etiam participaone eorundem Sacramentorum, & vinculo comunis imperii in unitatem, atque in unum corpus, el unum regnum compingi & contineri ex voluntate Chriſti debent. Ex hoc enim ſuos *cognoſci* diipulos voluit, *ſi dilectionem habuerint ad invicem.* 1) Notam ergo viſibilem ſuæ Eccleſiæ dilectionem

 po-

poſuit, quæ proin in ſola interna caritate non co ſiſtit. Hæc caritatis lex & neceſſitas perpetuo ob ciebatur iis, qui a ſubiectione erga Epiſcopos, a communione eorum, qui Epiſcopis adhærebar atque inprimis ab obedientia erga Vicarium Chri ſe ſcinderent, & ſegregarent, & privatos cœtus c gerent, & ſacramenta ita ſeparati adminiſtraren quæ quidem nihil iisdem ad vitam proficere cen bantur, niſi in catholica communione eſſent perç pta. Atque huc ea referenda eſt, *Communio Sa ctorum*, quam in ſymbolo apoſtolico profitemu a qua recedendi nulla unquam legitima, ſatisq iuſta cauſa ſuppetere inde a primis Eccleſiæ temp ribus credebatur. (2) Porro ſi hæc communio, communionis, ac caritatis unitas Eccleſiæ propr atque ex inſtitutione Chriſti neceſſaria eſt; erit e dem etiam ſingulorum Fidelium propria, & ſing lis neceſſaria ad ſalutem. Quapropter explicandu eſt, in quo ea viſibilis unitas ſita ſit, & quom do a ſingulis teneri poſſit, ac debeat; neque eni ſinguli cum Romano Pontifice, ac ne cum Epiſc po quidem ſuo proxime communicare poſſunt.

(a) *Eccleſia eſt plebs ſacerdoti ſuo coadunata, & Paſto ſuo grex adhærens.* inquit S. Cyprianus. (3) Si Eccl ſiæ nomine ſingulas parochias intelligas, plebs ſi gularum parochiarum adhæret in rebus divinis par cho, nempe Sacerdoti & Paſtori ſuo: ſinguli plebiu Sacerdotes & Paſtores Epiſcopo tanquam capiti a centro, in quo coniunguntur, atque uniuntur in n gotio religionis. (4)

(b

b) Porro Epiſcopi univerſi orbis in rebus & negotiis ad religionem pertinentibus coniunguntur, & uniuntur cum Romano Pontifice aut per ſe ipſos proxime, aut per Metropolitanos, atque hi ipſi Metropolitani cum eodem Romano Pontifice coniunguntur, & uniuntur aut per ſe ipſos proxime aut per Exarchos, Primates vel Patriarchas, qui cum eodem tanquam communi unitatis centro proxime & immediate coniuncti & uniti ſunt. Sic ergo unitas a Chriſto inſtituta in particularibus Eccleſiis oritur ab uno *Epiſcopo* unitatis earundem centro; & unitas univerſalis Eccleſiæ oritur a *Romano Pontifice* catholicæ unitatis & communionis centro, quocum omnes particularium Eccleſiarum Epiſcopi cum ſuis cuiusque membris coniunguntur, & uniuntur.

c) Hæc vis compingendæ catholicæ unitatis & communionis in Romano Pontifice tanquam communi centro ad Primatum eiusdem Pontificis referenda eſt. Hunc enim unitatis finem Primatus habet. Porro Primatus in perſona Romani Pontificis tanquam in ſubiecto inhæret: ergo etiam ea vis compingendæ catholicæ unitatis & communionis in perſona Romani Pontificis tanquam in ſubiecto inhæret. Nihil ergo dicunt, ſed ſibimet contradicunt, qui ſe Cathedræ S. Petri & apoſtolicæ Sedi adhærere profitentur, quando iidem a perſona Romani Pontificis eiusque auctoritate, & imperio ſeſe ſegregant; hoc enim dicere, cuivis refractario & contumaci licebit; uti ſiquis iuſſa ac leges Imperantis civilis ſpernens & conculcans ſe maieſtatem civitatis revereri, eique ſubiectum eſſe dicat.

d) Siquis inferior Magiſtratus aut Provinciæ Præſes a ſummo Imperante deficiat, ſubditi eiusdem provinciæ non Magiſtratui, aut Præſidi, ſed ſummo Imperanti adhærere neceſſum habent; ita ſiquis particularis Eccleſiæ Antiſtes a fide aut ſubiectione deficiat Romani Pontificis, in quo aliarum orbis Eccleſiarum communio & communicatio quodammodo concentratur, non particulari Antiſtiti, ſed communioni orbis & communionis centro adhærendum eſt; id quod S. Cyprianus diſtincte docet; *nec ſibi plebs blandiatur*, inquiens, *quaſi immunis eſſe a contagio delicti poſſit*,

cum Sacerdote peccatore communicans, & ad iniuſti atque illicitum Præpoſiti ſui epiſcopatum conſenſum ſu commodans; quando per Oſee Prophetam comminet & dicat divina cenſura: Sacrificia eorum tanquam p nis luctus, omnes, qui manducant ea, contamin buntur: *docens ſcilicet, & oſtendens, omnes omn ad peccatum conſtringi, qui fuerint profani, & in ſti Sacerdotis ſacrificio contaminati - - - Etſi aliqui Collegis noſtris extiterint, qui deificam diſciplinam n gligendam putant, & cum Baſilide & Martiale tem communicant, conturbare fidem noſtram res iſta non d bet - - adhortamur, ne vos cum profanis & macula Sacerdotibus communicatione ſacrilega miſceatis.* (5) N mirum nullo unquam tempore ab Eccleſia Chriſti d ficiendum eſt: atqui *ubi Petrus, ibi Eccleſia*, inq Ambroſius. (6) Et quemadmodum tota ædificatio, ſingulæ partes firmitatem ſuam a fundamento h bent ex Chriſti inſtitutione, ut *exortem ſe myſterii i telligeret eſſe divini, qui auſus fuiſſet a Petri ſoliditi te recedere.* (7)

(1) Ioan. XIII. 35.

(2) S. Auguſtinus. L. III. contra epiſt. Parmeniani. c. prope finem, nulla eſt, inquit, ſecuritas unitatis, niſi promiſſis Dei Eccleſia declarata, quæ ſuper montem co ſtituta abſcondi non poteſt: & ideo neceſſe eſt, ut omn bus terrarum partibus nota ſit. Inconcuſſum igitur, f mumque teneamus, nullos bonos ab ea ſe poſſe divide

(3) Epiſt. LXIX.

(4) Hoc ſit veſtrum ſtudium, inquit S. Ignatius M. Magneſianos, in Dei concordia omnia agere, Epiſcopo pr ſidente Dei loco, & Presbyteris loco Senatus apoſtolici. ad Smyrnenſes: ſine Epiſcopo nemo quidquam faciat e rum, quæ ad Eccleſiam ſpectant.

(5) S. Cyprian. Epiſt. LXVIII. ad Clerum & plebes in H ſpania, de Baſilide & Martiale.

(6) S. Ambroſ. Enarrat in Pſalm. XL.

(7) Epiſt. 10. edit. Venet. olim 89.

§. CCCLXXX

§. CCCLXXX.

Unitas fidei per *hæreſin* tollitur, quæ eſt *error* [vo]*luntarius, quem homo baptizatus pertinaciter tenet* [co]*ntra aliquam veritatem fidei catholicæ.* At unitas [ca]ritatis & communionis tollitur per ſchiſma, & [ex]communicationem. *Schiſma* eſt *ſeparatio a corpore* [E]*ccleſiæ, orta ex ſuperbia membrorum, auctoritati eius* *ſubmittere recuſantium, in articulis ad unitatem* [ei]*us conſervandam neceſſariis.* Unde Auguſtinus [sc]hiſmaticum eſſe dicit *ſacrilega diſceſſione*, hæreti[cu]m *ſacrilego dogmate*: nihilominus ſchiſma aut fi[li]a eſt, aut paulo poſt mater futura hæreſeos. In-[te]res

(*a*) Schiſmaticum efficit tum ſuperba ſeceſſio ab obedientia proprii Epiſcopi in communione catholica conſiſtentis, (1) tum ac præcipue ſeparatio a communi caritatis ac communionis centro, Romano Pontifice. (2)

(*b*) Diſſenſiones ac ſciſſuræ inter Epiſcopos de eadem ſede contendentes, late dici poſſunt ſchiſmata. Quamdiu enim neutra pars ab unitate & communione Romanæ ſedis avellitur, neutra cenſetur ſeparata ab Eccleſia catholica, quæ ibi eſt, ubi eſt Petrus.

(*c*) Quando ad Romanam Eccleſiam duo Papæ ita eliguntur, ut non conſtet univerſali Eccleſiæ, uter ſecundum canonicas ſanctiones & legitime electus ſit; tum quidem neutri interim adhærendum eſt, ſed cuivis ſtudendum, ut ſub obedientia Epiſcopi membrum Eccleſiæ maneat, ac veneretur caput eius Chriſtum, donec Eccleſia pro poteſtate a Chriſto accepta deſignandi caput viſibile, illud deſignarit. (3) Quodſi plurium Paparum ſuos quisque in orbe catholico adhærentes numerat, vero ſchiſmate eandem diviſam eſſe, dubitari non poteſt. Id contigit ſeculo XIV.

 circa

circa annum 1378. quando duo ſe gerebant pro leg
time electis Pontificibus Urbanus VI. Romæ, Cl
mens VII. appellatus Avenione; qui mutuis ſeſe,
adhærentes anathematis mactabant.

(*d*) Fieri poteſt, ut quisquam non ipſe ſe ſeparet ab ur
tate Eccleſiæ & communione capitis eiusdem, ſ
ab ea præciſus ſit per excommunicationis ſententian
aut iis in locis & circumſtantiis degat, in quib
ſummus Pontifex ei communionem aliqua de cau
neget; ac tum ſi ita præciſus ab unitate & comm
nione nihil curat magnopere, ut in unitatem
communionem recipiatur; cenſendus eſt eam ſepar
tionem ex propria contumacia approbare, atque in
plicite velle ſchiſma; ob quam cauſam velut Schiſm
ticus iure habendus erit.

(*e*) Si vero unitatem & communionem modis omnib
quærat, nec obtinere poſſit; tum vel impedimentum
quod obſtat, ob eius culpam non tollitur; ac n
excuſabitur, eritque eius contumaciæ, qua impe
mentum tollere abnuit, tribuenda ſeparatio, quæ i
circo ſchiſmatis malitiam involvet. Secus dicendun
ſi interiectum impedimentum ipſius culpa careat; tu
vero, *ſi contumeliam & iniuriam ſuam ſapientiſſi
pro Eccleſiæ pace tulerit, neque ullas novitates
ſchiſmatis vel hæreſis molitus fuerit, docebit homine
quam vero affectu, & quanta ſinceritate caritatis D
ſerviendum ſit*, ut inquit S. Auguſtinus, adden
*talium virorum propoſitum eſt, aut ſedatis remea
turbinibus, aut ſi id non ſinantur, vel eadem temp
ſtate perſeverante, vel ne ſuo reditu talis aut ſævi
oriatur, tenent voluntatem conſulendi etiam eis ipſi
quorum motibus, perturbationibusque ceſſerunt, ſi
ulla conventiculorum ſegregatione usque ad mortem d
fendentes, & teſtimonio iuvantes eam fidem, quam
Eccleſia catholica prædicari ſciunt. Hos coronat
occulto Pater, in occulto videns.* (4)

(*f*) Externa communionis & caritatis unitas ſingulorum
membrorum cum corpore Eccleſiæ eiusque viſib
capite, eſt neceſſaria, ut, quæ ſit vera Chri
Eccleſia inter varias ſectas & ſocietates, æque
nomen iactitantes diſcernatur; quemadmodum ſup
ann

annotavi. Quod autem Eccleſiæ viſibili neceſſarium eſt actu, id etiam ſingulis eius membris ad ſalutem neceſſarium erit, adeo, ut cuique nitendum ſit, ut eam communionem actu teneat. Quodſi ab ea non quadam culpa ſua, ſed aliunde impediatur, ipſius ſaluti non oberit, uti nempe contingit, quando *miniſterium baptiſmi non contemtus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit.* (5) Tum quidem utroque caſu ſatis eſt, ut is unitatem & communionem Eccleſiæ, qua actu caret, affectu teneat. Quamvis enim non ſit in viſibili unitate & corpore Eccleſiæ, unitate tamen ſpiritus eſt intus in ipſa Eccleſia, cui voto & caritate adhæret. (6)

g) *Videant*, inquit Petrus Ballerinius, (7) *quam perperam ſeſe nonnulli purgare eo nomine exiſtiment, quod a communione ſedis apoſtolicæ non ſe ſepararint: ſed ab ipſa ſede ſeparati fuerint; dum hæc ſeparatio ex eorum culpa originem duxit, & pertinacia ipſorum in cauſa eſt, ne in communionem recipiantur. Hac eadem ratione ſe a ſchiſmate defendere conati ſunt plures recentiores hæretici, ſicut olim eadem de cauſa ſeſe ſtuduerunt purgare inter ceteros antiquos hæreticos Montaniſtæ; cum ſe non exiiſſe de Eccleſia, ſed ab ea invitos fuiſſe excluſos, atque communione privatos, & exinde ſatis tutos præferebant.*

(1) Multa de ſchiſmate Corinthiorum contra Præpoſitos ſuos ſcribit S. Clemens I. in Epiſt. I. ad eosdem.

(2) Perſpicue S. Thomas 2. 2. q. 39. a. 1. „*Proprie, inquit, Schiſmatici dicuntur, qui propria ſponte & intentione ſe ab unitate Eccleſiæ ſeparant. - - Eccleſiæ autem unitas in duobus attenditur, ſcilicet in connexione membrorum ad invicem ſeu communicatione, & iterum in ordine omnium membrorum ad unum caput. - - Hoc autem caput eſt Chriſtus, cuius vicem in Eccleſia gerit ſummus Pontifex; & ideo ſchiſmatici dicuntur, qui ſubeſſe renuunt ſummo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſant.*"

(3) Suarez de Schiſmate Diſp. 12. Sect. 1.

(4) L. de vera Religione n. 11.

(5)

(5) S. Auguſtin. L. IV. de Baptiſm. c. 22.

(6) Conf. S. Auguſtin. L. I. de Baptiſm. c. 17.

(7) De vi ac ratione Primatus Rom. Pontif. in Appen n. 7. p. 333.

§. CCCLXXXI.

Schiſmata ac ſciſſiones, uti & hæreſes inde ortu diſſeminati evangelii extitere in Chriſti Ecc ſia, uti nempe prædictum fuerat a divino Magiſt Ex antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus mention meretur ſchiſma *Novatianorum*, nomen trahen Novatiano, qui ſeculo tertio a ſpe obtinendi Po tificatus deiectus, fautore Novato, obedientiæ Cornelii legitime electi Pontificis ſe quoque ſubd xit, & Epiſcopos Orientis & Occidentis ad eum ferendum ſolicitavit. Ipſe Cornelius in epiſt ad Fabium Antiochenum Epiſcopum data a. 2 inter alia graviſſimum Novatiani facinus narr *Oblationibus factis* (pane & vino conſecratis) *p tionem ſingulis dividens, dum eam tradit, miſeros mines benedictionis loco iurare cogit, manus eius, portionem accepit, ambabus manibus ſuis comprehen retinens, nec prius dimittens, quam iurati iſta di rint* (*ipſis enim utar illius verbis*) iura mihi per c pus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chri te nunquam partes meas deſerturum, nec ad Co nelium amplius eſſe rediturum. *Et miſer homo n prius guſtat, quam ſibi ipſi malum imprecatus ſit; cum panem illum accipiens dicere debuiſſet: Amen; e*

lo

dixit: non revertar deinceps ad Cornelium. (1) De ſchiſmate animadverte:

( ) Antiqui tum Patres Schiſmaticos reiiciebant eo potiſſimum ex capite, quod unus in Eccleſia catholica Epiſcopus eſſe debeat, & ab uno reliqui ita dimanarent, ut ad unum illum, tanquam exordium, fontem, radicem & originem unitatis iterum redirent, & in eo coniungerentur: *Ille ergo*, (inquit S. Cornelius in eadem epiſtola de Novatiano) *ille ergo Evangelii vindex ignorabat, unum Epiſcopum eſſe oportere in Eccleſia catholica?* Similiter S. Cyprianus in epiſtola LII. de Cornelio & Novatiano loquens: *Cum poſt primum*, ait, *ſecundus eſſe non poſſit, quisquis poſt unum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus eſt.*

( ) S. Cornelius in eadem epiſtola Novatianum ironice vocat, *Evangelii vindicem, novæ ſectæ inventorem, & diſciplinæ eccleſiaſticæ, ſi Deo placet, propugnatorem;* quia nimirum ipſe Novatianus præclaros hosce titulos affectabat. Unde & Cyprianus Epiſt. XLI. de eodem eiusque aſſeclis ſcribit: *Si ſe aſſertores Evangelii Chriſti eſſe confitentur, prius ad Eccleſiam revertantur.* En, inquit Couſtantius, quos imitantur ætatis noſtræ novatores, qui cum ab avita fide diſceſſerint, ſeſe puri Evangelii vindices iactitare non verentur.

( ) Novatiani ſchiſmati mox hæreſis adiuncta eſt, quam Euſebius *a fraterna caritate abhorrentem & inhumaniſſimam*, Hieronymus vero *Cainam* vocat; quia lapſis communionis ac pacis ſpem omnem ademit Novatianus.

(1) Couſtant in Epiſt. Rom. Pontif. p. 155.

§. CCCLXXXII.

Præter ſchiſma a communione Eccleſiæ quoad ſictum & ſuffragia, imo & a convictu fidelium exclu-

excludit *Excommunicatio;* qua pœna uti nulla gr vior, ſic nec maior poteſtas eſt, quam qua re exſcinditur ex ſocietate fidelium, membrum inuti & noxium a myſtico Chriſti corpore amputatu atque is, qui cœtum Sanctorum iam ingreſſus era ex Eccleſiæ gremio in numerum ethnicorum profanorum hominum detruditur. Eam poteſtate exercuit Paulus in Corinthium inceſtuoſum, in que ſententiam *condemnatoriam* protulit nomine & auct ritate Ieſu Chriſti, ac publice congregatis Cori thiis, non ut conſentirent ei ſententiæ, ſed ut lubriter terrerentur. *Medicinalis* tamen ea pœ fuit, non in ſempiternum interitum inflicta, ſed emendatione facta ſpiritus ſalvus eſſet in die Domi Noſtri Ieſu Chriſti. (1) Cum in Iure canonico pı vato tractentur, quæ ad excommunicationem, al aſque cenſuras pertinent, addam, quod ad eius n turam explicandam appoſite commentatus eſt Ce Franciſcus Zech, deplorandam dicens, ac ſi fie poſſit, coercendam petulantiam multorum Laicorur qui imperterritam animi *fortitudinem* non alibi magi quam in contemtu poteſtatis eccleſiaſticæ & neglect cenſurarum exerunt, totumque ſacræ diſciplinæ v gorem inter nugas pueriles & anilia terriculamen deputant. (2)

(*a*) *Primo expenditur ipſa vis excommunicationis:* „N „anguntur, inquit, quod per excommunicatione „communione Sanctorum, quam in ſymbolo apoſt „lico profitemur, priventur, communibus Eccleſi „ſuffragiis careant, tradantur Satanæ, nec ullis fid „liu

„lium orationibus, aut Sacramentorum ſubſidio iu-„ventur; cum tamen acerbiſſime ferant excluſionem „a Nobilium circulis, ab aularum aditu, ac conver-„ſatione æqualium.“

Dein eadem pœnæ vis illuſtratur congerie ſimilium: „Iam apud Gentiles graviſſima pœna erat excluſio a „Sacris (3): & ſacræ literæ terrifica exempla nobis „exponunt in Adamo eiecto ex paradiſo; in Cain a „facie Domini egreſſo, divinamque manum ſibi im-„pendentem ſemper operiente; in Maria Moyſis ſo-„rore, lepra divinitus multata, & extra aliorum com-„mercium eiecta; in Core, Dathan & Abiron ob „ſeditionem contra Sacerdotium motam, a reliquo „populo ſeparatis, & hiante terra abſorptis; in rege „Ozia ob ſumtum temere ſacerdotale officium lepra „percuſſo, & e templo eiecto &c.“ Triſtia novi fœderis exempla non recenſeo; cum huiusmodi homines Hiſtoriæ fidem facile explodant. (4)

Denique proponuntur exempla timentium, ut par eſt, excommunicationis pœnam: „Ad horrorem cenſura-„rum, & reverentiam erga claves Eccleſiæ potenter „permovere debet exemplum fortiſſimorum Impera-„torum & Regum, qui maieſtate ſua non indignum „cenſuerunt, humili pœnitentia reconciliari Eccleſiæ, „& graviſſima cenſurarum mala a ſe amoliri. Præ-„clara Theodoſii & Arcadii Imperatorum exempla „confundunt aliquorum impudentiam ſub larva forti-„tudinis latentem.“

(1) I Cor. V. 5. ſeq.

(2) Zech de Iudiciis criminalibus §. 140.

(3) Vid. Iulius Cæſar de Bello Gallic. lib. 6. Plato de Leg. lib. IX. in fin. & lib. X. in fin.

(4) Vid. S. Petrus Damiani L. I. Epiſt. 10. Theoph. Raynaudus de Monitor. Eccleſ. Parte III. C. 11.

§. CCCLXXXI.

§. CCCLXXXIII.

Unitas commmunionis & caritatis tanquam fibilis nota Eccleſiæ & huic ipſi Eccleſiæ, & ſi gulis eius membris neceſſaria eſt: poteſtatem premam Pontificis & ſubordinatam Epiſcopor idcirco inſtitutam diximus, ut Eccleſia ſit, mane que una, ſancta, catholica & apoſtolica. Qu videndum eſt, quomodo ea Pontificis & Epiſcop rum poteſtas ad finem conſervandæ huius unita ſeſe exerat. Denique quid chriſtiano Principi o cii incumbat, ut auctoritate ſua Pontificiæ & E ſcopalis poteſtatis decreta & conſilia eum in fin concepta ſuffulciat & tueatur.

(*a*) Unitas communionis & caritatis inter Eccleſias p ticulares, & Romanam Eccleſiam tanquam commu centrum tum maxime firmari ac declarari dec quendo aut novus ordinatur Pontifex, aut nov antiſtes Eccleſiæ particularis, ceu Patriarcha, vel al ſuppar, qui alteri non ſubeſt, a quo una in comm nionem traheretur. Ad hunc finem communio S cramentorum non ſufficit, quippe quæ commu cum Eccleſia Romana habere poſſunt ſectæ ab ead diviſæ. Quapropter literæ *pacificæ*, ſeu *communi toriæ* antiquis temporbius adhiberi cœptæ ſunt, q inter catholicæ tantam unitatis Epiſcopos ultro toque mittebantur. Electi ſcilicet Romani Pontific initio ſtatim ad catholicos Patriarchas, & ſuppar Præſules eiusmodi literas dabant, quibus præter n vam electionem & ordinationem declarabant fide ſuam & communionem cum iisdem, atque ii quos illi ſub ſe continebant. Similiter Patriarch ac ſuppares Antiſtites mox poſt electionem ſua iſtiusmodi generis literas mittebant Romam, ut ſe Romanæ fidei unitos & cum ipſa communicant oſtenderent. Tria hic animadvertenda; Hæ lite a Romanis Pontificibus etiam ad eos mittebantur pa

tic

particularium Eccleſiarum Præſules, qui per vim & iniuriam de ſede deiecti in communione Sedis Apoſtolicæ id factum improbantis permanebant. Dein quorum Epiſcoporum ad Romanum Pontificem literæ exploratam non habebant fidei profeſſionem, illæ neque recipiebantur, neque communionis reſponſio iis reddebatur. Denique quos Præſules Pontifex hoc modo reſpuebat, negando literas communionis, ii, quamquam Epiſcopi iam ordinati eſſent, ac per hoc characterem ordinis accepiſſent, pro legitimis Epiſcopis a nemine agnoſcebantur eorum, qui in communione Sedis Apoſtolicæ perſiſtebant, ſed tanquam ſpurii & adulterini habebantur. Iſtiusmodi exemplum modo habemus in ultraiectinis Epiſcopis. (1) Quia progreſſu temporis unitas Eccleſiæ & communio cum Sede Apoſtolica ſemper magis magisque convelli cœpta eſt, ad eandem firmandam introductum eſt iuramentum fidelitatis: confirmatio Epiſcoporum Pontifici reſervata, aliorum iurium reſervatio, uſus etiam pallii, aliaque id genus, quæ ab hoſtibus Romanæ Sedis peſſimo animo ad invidiam eiusdem, & exprobrandum dominatum detorquentur.

) Quia particulares Eccleſiæ communi fundamento Eccleſiæ univerſalis inſiſtunt, indeque firmitatem obtinent, nihil earum paſtoribus antiquius eſt, quam ut ſecum gregem ſibi ſubditum ad eam caritatis & communionis unitatem trahant, nihilque a ſuis attentari, ſcriptove vulgari ſinant, quo ea unitas labefactatur, memores nempe iuramenti in aditu ſedis ſuæ coram univerſa Eccleſia ſolemniter præſtiti; neque vero per reſervationes pontificias detrahi de ſua poteſtate credunt, quando eædem ad firmandam & profitendam unionem cum unitatis centro, proindeque ad ipſam poteſtatem epiſcopalem corroborandam perquam conducibiles ſunt.

) Advocatorum Eccleſiæ officium, præcipuusque honor ſine dubio in tuenda eiusdem unitate, omniumque membrorum cum capite ac communi centro firmanda communione conſiſtit. Illuſtria ſunt exempla non tantum catholicorum Principum Henrici III. Sigismundi, & his longe antiquioris Theodoſii Magni; (2) ſed etiam Ethnici Imperatoris Aureliani, qui,

 cum

cum Paulus Samoſatenus ob hæreſin depoſitus Dor legitime ſurrogato ædes & Eccleſiam cedere nol a catholicis Epiſcopis interpellatus illi Eccleſiam a bui iuſſit, *cui Italici chriſtiani Sacerdotes, & Ro nus Pontifex ſcriberent.* (3) Quia *Imperator*, ut ſuetus ait, *Chriſtianorum Corpus in hac* (Romani P tificis) *communione ſemper contineri viderat. Tam notorium*, inquit Fleurius, *etiam paganis, veræ c ſtianæ religionis notam eſſe communionem cum Ecc Romana.* (4)

(1) Conf. Comment. Febronii in Retract. Poſit. XX

(2) L. 1. C. de ſumma Trinitate.

(3) Euſeb. L. VII. C. 30.

(4) T. II. L. VIII. C. 8. Adde in hanc rem Epiſt. L. 7. S. Petri Damiani ad Henricum IV. Edictum Caroli de honoranda Apoſtolica Sede. Hartzheim T. I. p. 356.

CAPUT IX.

Etſi Eccleſia Chriſti ſit catholica, multi tamen in terrarum ſunt homines, qui in eam nunquam ingredi tur: non pauci, qui perfide egrediuntur, aut iuſte ciuntur; quare indicandum eſt, quæ erga iſtiusmo homines iura ſint & officia Eccleſiæ.

§. *CCCLXXXIV. Membra Eccleſiæ, quæ? CCCLXXXV. Sectariorum conventicula non ſunt Eccleſiæ veri nominis. CCCLXXXVI. Cauſæ diſſenſionis eorundem. C LXXXVII. Tolerantia iusque gradus. CCCLX VIII. Rationes tolerantia*

§. CCCLXXXIV.

Argumentum, quod propoſui hoc loco, trad ri non poteſt, niſi primo indicetur, quis ad Ecc ſiam Chriſti re vera pertineat, eiusque membr

, aut contra; id, quod ex iis, quæ præmiſſa
nt, nunc demum ſatis diſtincte intelligi poſſe ar-
ror. Ac I. ſolemnis ab ipſo Chriſto ritus eſt in-
tutus, quo quis in regnum cœlorum ingredi, id
, Eccleſiæ membrum evadere poſſit, debeatque:
i quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non
eſt introire in regnum Dei. (1) De illis, qui per
ptiſmum Eccleſiam non ingreſſi, nec eius poteſta-
ſubiecti ſunt, Paulus ait: *quid mihi de iis, qui*
ris ſunt, iudicare? (2) II. Neceſſaria eſt unitas fi-
i, eaque publica, ut Cap. VII. oſtenſum. III.
que neceſſaria eſt publica unitas caritatis & com-
nionis. Hæc quidem omnia & externa & viſi-
ia ſunt, ſicut ipſa Eccleſia, nempe & ceremonia
ptiſmi, & profeſſio unius fidei, & communio
uſu eorundem Sacramentorum, ac ſubiectione
ra ſacrum imperium. Sunt autem alia interna,
mpe gratia & dona Spiritus ſancti, fides & ca-
as. Quapropter in Eccleſia, ſeu in vivo corpore
cleſiæ alia ſunt interna, alia externa, apteque a
ctoribus diſtingui ſolet inter ea, quæ velut ad
pus viſibile Eccleſiæ, & quæ ad eius *animam invi-*
ilem referenda ſunt. Cumque generatim Eccleſia
ibilis ſit, uti homo, etſi anima videri nequeat;
cum præterea ipſa viſibilis Eccleſia ab optimo ac
ino Redemptore ad ſempiternam hominum ſalu-
n ſit inſtituta, ac inſtar medii ordinata ad finem;
c fieri poteſt, ut prævalente ſalutis æternæ fa-

vore quispiam ſalvus fiat, quin reipſa ad viſibile E
cleſiæ corpus pertineat, modo ad animam ac Sp
ritum Eccleſiæ referri poſſit, ac ſi non re, ſalte
voto membrum Eccleſiæ viſibilis ſit. Id conting
in catechumenis, qui *fidem* internam & *caritat*
habent: item in iis, qui ab Eccleſia per excomm
nicationem præciſi acta pœnitentia ante decedun
quam abſolvantur. Ex his inferes:

(*a*) Extra Eccleſiam ſunt *Infideles*, qui baptiſmo ac f
in Chriſtum carent: In his alii ſunt gentiles, eth
ci vel idololatræ: alii Saraceni, alii Iudæi.

(*b*) *Hæretici publici ac manifeſti*, qui ſuo ipſorum iu
cio condemnati dicuntur; (3) quia pertinaci rebelli
ne ab Eccleſia ſe ſegregant, extra quam ſalutem co
ſequi minime poſſunt. Qui a Sectariis rite baptiza
ac inter eos degentes nulla formali hæreſi ſe ſegr
gant, pro membris veræ Eccleſiæ habendi ſunt,
ſi gratiam habeant, ſalvi fiunt, non utique vi ſect
cuius falſitatem non agnoſcunt, ſed quod Sacrame
ta, quæ apud Sectarios ſunt, vera Eccleſiæ ſacrame
ta ſint; quæ ut Auguſtinus ait, filios parit etiam p
uterum ancillarum. Neque iſtiusmodi homines nu
lo externæ ſubiectionis ac profeſſionis vinculo adſt
cti ſunt Eccleſiæ. Nam Sacramentum fidei, qu
permanet, eos vinculo ſatis viſibili & externo v
ræ Eccleſiæ adſtringit, ac ſubiicit; manent ergo ei
membra, quoad per hæreſin, ſchiſma vel excomm
nicationem eſſe deſinant. (4) Contra Hæretici occu
ti, qui nempe fide & caritate interna deſtituti, ea
dem tamen fidem catholicam exterius profitentu
eadem Sacramenta participant, iisdem Paſtoribus ſu
iecti ſunt, pro membris Eccleſiæ, eiusdem corp
adhærentibus, ſed aridis ac mortuis paſſim habentu
Ex nobis prodierunt, inquit de illis S. Ioannes, (
ſed non erant ex nobis; ii nempe, qui divulgare
publice profiteri hæreſin cœperunt; erant ergo
corpore Eccleſiæ; ſecus ex ea prodire haud potu
ſent; ſed non erant de anima ac Spiritu Eccleſiæ.

(

) *Schiſmatici*, etſi veram retineant fidem, neque ad corpus Eccleſiæ pertinent, a quo ſe ſegregant, neque ad animam & ſpiritum; quia concordiam & pacem abrumpunt.

) *Excommunicati* non tolerati abſciſſi ſunt a corpore Eccleſiæ, tenenturque expiare delictum, utque recipiantur, omnibus modis quærere.

) Ab his omnibus ſegregandi ſunt *fideles improbi*, ac etiam reprobi, & peccatores, qui ſola amiſſa gratia fidem, unionemque retinent, ac ſine dubio ad Eccleſiam pertinent; in qua ſunt zizania præter triticum, piſces boni & mali, virgines prudentes & fatuæ.

(1) Ioan. III. 5.
(2) I. Cor. V. 12.
(3) Tit. III. 11.
(4) Conf. §. CCCLXXX. (e. f)
(5) I. Ioan. II. 19.

§. CCCLXXXV.

Duæ palmariæ & inconcuſſæ ſententiæ iterum æ oculis hic habendæ ſunt; I. *Extra veram catho-am fidem nemo ſalvus eſſe poteſt.* (1) Proinde ne-e extra veram catholicam Eccleſiam, eo, quo æc. §. explicavimus, ſenſu. Quia in numero ar-ulorum fidei etiam hic eſt: *Credo unam, ſanctam, tholicam, Apoſtolicam Eccleſiam -- communionem San-rum.* (2) II. Hanc ipſam de fide & Eccleſia verita-m ſempertenuit, ac tenere debet Eccleſia Romano-atholica, atque omnes & ſinguli, qui eiusdem mem-a ſunt. Inferes

a) Omnes aliæ ſectæ extra Eccleſiam Romano-Catholicam non ſunt Eccleſiæ veri nominis, teſtibus antiquis Patribus, (3) imo ipſo Spiritu ſancto. (4) Unde iuſta fuit

Imperatorum de conventiculis ſectariorum indignati quod *ea audacter Eccleſias nuncupare conentur*; (5) *licet nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint; attamen a Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi agnoſcentes.* (6)

(*b*) Qui ex una parte veram Chriſti Eccleſiam, ex altera ſectas, & cum Eccleſia Chriſti, & ſecum ipſis pugnantes ponit, easdemque, uti diverſas gentes alteram ab altera independentes ſecundum principia iuris gentium conſiderandas ait, æque impie, ac inepte ſentit. Nam primo, quomodo profana infidelium conventicula cum ſacroſancta divini Filii Eccleſia in comparationem venire, ac pari iure cenſeri poſſunt? Sectæ vero illæ, quæ rebellione nunquam purganda a vera Eccleſia defecerunt, nullo unquam tempore, nulla conventione vel tranſactione, nulla præſcriptione vel præſumtione legitimæ & iuſtæ evadere poſſunt, ſi de iure interno loquamur.

(*c*) Notiones de Autonomia, indifferentiſmo, ac tolerantia in Iure privato fiximus, (7) multaque de vera religione inquirenda, deligenda, ac tenenda poſuimus principia non perfunctorie expendenda. Illud nunc addendum, ſiquis palmarias haſce ſententias de fide ac religione, quas hoc loco indicavimus, omnibus modis tuetur, ac prædicat, non magis *intolerantiæ* ut vocant, accuſari poteſt, ac Apoſtoli, & apoſtolici viri, omneſque orthodoxæ Eccleſiæ Patres. Qui earum veritatum prædicationi refragatur, revera orthodoxæ & catholicæ fidei prædicationi refragatur.

(1) Ex Formula Tridentina profeſſionis fidei.
(2) Ex Symbolo Nicæno - Conſtantinop.
(3) S. Hieron. in dialog. adverſus Luciferanos.
(4) Apoc. II. 9. & 13. & III. 9.
(5) l. Arani 5. C. de Hæret.
(6) Nov. 109 princ.
(7) §. LXXIII.

§. CCCLXXXVI

§. CCCLXXXVI.

A veritatibus, quas propoſui, nemo Catholico-
m, vel latum unguem diſcedere ſalva ſalute un-
iam poteſt; *nos enim*, inquit S. Auguſtinus, (1)
*poſtolus ita cautos reddidit, ut etiam Angelum de cæ-
aliter nobis evangelizantem, præterquam quod acce-
mus; anathema debere eſſe præceperit.* Sed, di-
nt, qui extra Eccleſiam ſunt, aliter ſentiunt, in-
ocuo nempe vel inculpato errore, intellectus vi-
o, non pravæ voluntatis, obſcuritate & difficul-
te rei, non animi obſtinatione, educationis & præ-
diciorum vi, non horrore veritatis. Ita quidem
ctarios excuſant, & cum generatim loquantur,
 excuſant, ut eodem tempore accuſent Deum,
 Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui certam
ligionem præſcripſerit, certamque conſtituerit Ec-
eſiam penitus neceſſariam hominibus, ni æternum
iſeri eſſe velint; nec tamen qualis ſit, & quibus in-
ciis cognoſci, atque a falſis ſectis diſcerni ea poſ-
 religio & Eccleſia, providerit, notumque fece-
 humano generi. Quid ergo? noſtra primum
tate, qua obſcuritas rei, & bona mens Sectario-
m obtenditur, hæreſes, errores, ac ſchiſmata ex-
ere? An eadem inde a principio conſtitutæ Ec-
eſiæ vexarunt, ac turbarunt, diviſeruntque Eccle-
am? Enimvero oraculum divini Spiritus: *oportet
e hæreſes: neceſſe eſt venire ſcandala*, nullo non tem-
ore per ſecula decem omnino & octo ita imple-

 tum

tum novimus, noruntque ipſi, qui hodie ſunt, ſe ctarii, ut dubitandi locus eſſe non poſſit. Sed a tum quoque, cum ipſo Eccleſiæ principio, & Apo ſtolorum, quique eosdem proxime ſecuti ſunt; v rorum Apoſtolicorum ætate talia uſu venirent, omn errorum, hæreſum, ac ſchiſmatum cauſa in obſcur tatem rerum, veræque religionis diſcernendæ difficu tatem fuit coniecta? abſit, plane abſit. Hoc igitur ag mus, ut errorum, diſſenſionumque cauſas proferam in medium, & honorem divini Servatoris vindic mus, in quem eo excuſationum genere, ſi rite ex pendatur, culpa omnis coniicitur.

(a) Generatim de infidelibus æque, ac deficientibus a f de illud nos docent ſacræ literæ: *hoc eſt iudicium* (nem pe iuſta condemnationis, non excuſationis cauſ *quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines mag tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala oper* (2) *Vobis*, aiebat Paulus ad Iudæos, *oportebat pr mum loqui Verbum Dei; ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis vitæ æternæ; ecce convertim ad gentes.* (3)

(b) De iis, qui aliter docent, ac ſancta Eccleſia, culpa erroris eſſe ait, ſuperbiam, deliria humani ingenii, contradicendi ſtudium: *Siquis aliter docet, & no acquieſcit ſanis ſermonibus - - ſuperbus eſt, nihil ſcien languens circa quæſtiones & pugnas verborum.* (4)

(c) *Quam* (bonam conſcientiam) *repellentes circa fide naufragaverunt.* (5) *Attendentes ſpiritibus erroris - - in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam ha bentium ſuam conſcientiam.* (6) Ita homines, quos ca tholicæ exhomologeſeos neceſſitas terret, & conſcien tia ſcelerum cruciat, eius tranquillandæ ſubſidium i errore quærunt, graviore nempe malo.

(d

d) Alia aſſignatur erroris cauſa, ratio commodi temporalis; *Docentes, quæ non oportet turpis lucri cauſa* (7) - - *exiſtimantium, quæſtum eſſe pietatem.* (8) Sed ſi excutiamus omnes locos novæ legis, in quibus de hominibus agitur a veritate fidei, & Eccleſiæ unitate alienis, ubique deterrimis depictos coloribus videmus, tanquam homines non magis veritate, quam voluntate bona deſtitutos.

e) Novi, haud parum inter ſectarum primos auctores, & poſteriores ipſorum ſectatores intereſſe, eos inprimis, qui in errore quodammodo nati, certe educati ſunt. Sed docet nos Auguſtinus, quem experientia docuerat, genuinas cauſas, ob quas in errore perſiſtentes, qui iſtiusmodi ſunt, redire ad Eccleſiam, veritatemque renuant. Primo igitur *humano*, ut vocant, *reſpectu* eos abſterreri ait: *Quam multi, quod certo ſcimus, iam volebant eſſe catholici, manifeſtiſſima veritate convicti, & offenſionem ſuorum reverendo quotidie differebant.* (9)

f) *Quam multos non veritas, - - ſed obduratæ conſuetudinis grave malum colligabat: ut in eis compleretur divina illa ſententia: verbis non emendabitur ſervus durus; ſi enim & intellexerit, non obediet.* Sola igitur errantium inſtructio ex mente Auguſtini non ſufficiebat ad eos convertendos, ſed opus erat duris ac ſeveris Imperantium legibus; unde addit S. Doctor: *His omnibus harum legum terror, quibus promulgandis reges ſerviunt Domino, profuit.*

g) *Quam multi præterea putabant, veram Eccleſiam eſſe partem Donati; quia eos ad cognoſcendam catholicam veritatem ſecuritas torpidos, faſtidioſos, pigrosque faciebat.*

h) *Quam multis aditum intrandi obſerabant rumores maledicorum, qui neſcio quid aliud nos in altare Dei ponere iactitabant.* Hoc quidem loco cauſa impeditæ converſionis unionisque in calumnias contra doctrinam & doctores catholicos a maledicis ſparſas conlicitur. Sed quid de illis dices, qui in media catholicæ prædicationis luce cœcutiunt?

(i) *Quam multi nihil intereſſe credentes, in qua qui que parte Chriſtianus ſit, ideo permanebant in par Donati, quia ibi nati erant, & eos inde diſceder atque ad catholicam nemo tranſire cogebat.* Atque h quidem ratio ad *indifferentiſmum* ſpectat, quo nil intereſſe non pauci putant, cui Chriſtianorum pa adhæreant, modo Chriſtiano ſaltem nomine glori poſſint. Habes rationes genuinas erroris ac ſciſſio permanentis, quas non indulgentia errantibus exh bita, ſed auſteritate, feliciter ſubmotas fuiſſe Aug ſtinus ſcribit.

(1) Epiſt. 48. ad Vincentium.

(2) Ioan. III. 19.

(3) Act. XIII. 46. Add. Act. ult. 25. & Rom. X. 16.

(4) I. Tim. VI. 4.

(5) I. Tim. I. 19.

(6) Ib. IV. 1. 2.

(7) Tit. I. 11.

(8) I. Tim. VI. 5.

(9) Cit. Epiſt. 48. ad Vincent.

§. CCCLXXXVII.

Expoſitis diſſenſionum cauſis genuinis, duo mi breviter evolvenda eſſe video, nempe quales *grad* inſint vel ineſſe poſſint in tolerandis infidelibus v ſectariis, qui ab Eccleſia defecerunt: dein cuiusmo ſint *rationes* illæ, quas Scriptores nonnulli ætat noſtræ, tolerantiæ ſeu ipſorum potius ſectarioru patroni & advocati in medium proferunt, atq exaggerant. Ac *tolerare* quidquam vi notionis ali non eſt, quam ferre, ac permittere, ut ſit, qu

mall

...llemus non eſſe; cum, idem mutare, aut tollere ...grum nobis haud ſit, aut non expedire videa... Qui binas illas, quas præpoſui, veritates tenet ...mo: *Nemo extra veram catholicam fidem ſalvus ...poteſt: idque ipſum prædicandum eſt in vera Chriſti ...leſia*; qui, inquam, hasce immutabiles veritates ...iſſime, ut par eſt, tenet animo, ac profitetur ..., quique graviſſima naturalis & chriſtianæ legis ...cia hominis erga hominem cordi habet; nihil non ...t, tentabitque, ut, qua poteſt, via ac ratione ...veram fidem, & Eccleſiam Chriſti alios pertra..., errantesque a ſempiterna retrahat miſeria. Igi... ægre feret animo, ſi errantes videt, ſuumque ...exitium ruentes; & ſi vere eosdem amat, nullum ... lene ſeu aſperum intentatum relinquet reme...m, quo miſeris, cæcisque hominibus opituletur; ...que illos tolerabit omnino, niſi inſuperabili co...te neceſſitate, præſertim cum a morbidis ovibus ...m ſano gregi periculum impendere, erroresque ...gionis inſtar cancri ſerpere divino oraculo didi...it. Ea vero incumbente triſti neceſſitate, *quate...* tolerare debeat, diligenter expendet; inſunt ...m in tolerando iſtiusmodi fere gradus.

...1) Cultum idolorum ac dæmonum & mahumedanam ſuperſtitionem, Chriſtiano nomini infenſiſſimam certo non feret quisquam Chriſtianorum Principum in ditione ſua. Cur Iudæi tanquam mancipia Chriſtianorum tolerentur, probabilis ea eſt ratio viſa non modo Principibus, ſed ipſi etiam Eccleſiæ; eoquod a vilibus hisce eiectamentis nihil periculi Eccleſiæ vel reipublicæ metuendum ſit; iidemque de impletis vaticiniis

niis veteris teſtamenti irrefragabile teſtimonium ip
ſua calamitate ac cœcitate præbeant; ac præterea
ut S. Auguſtinus inquit, (1) *tanquam capſarii n*
ſtri nobis ſerviant; quia per eorum codices alios i
fideles convincimus. Multa tamen tum ſacra tum po
tica poteſtate caventur, ne quid iniuriæ ac detrimen
ſacroſancta religio & publica ſecuritas a ſuperſtitio
Iudaica capiat. (2)

(*b*) Communicatio hominum inter homines aut res ſ
cras ac divinas reſpicit, aut politicas, aut famili
rem vitæ conſuetudinem. Cuiusvis genera modiq
ſunt varii: ac uti tolerantia ad plura & maior
vel pauciora levioraque ſe exporrigit, ita gradus h
bet.

(*c*) Quæri poteſt, quæ præ ceteris ſectis a vera religi
ne alienis tolerari debeant; non ſunt eæ eiusde
formæ & inſtituti; ac fieri poteſt, ut ob placita ſu
principiaque, quæ fovet, altera præ altera maiore
reipublicæ aut Eccleſiæ perniciem, vel periculum c
are queat. Illud tamen vir prudens animadverte
rationes eas, quas tolerantiæ patroni iactitare ſole
fere tales eſſe, ut, ſiquid valent, omnis ſectar
colluvies citra diſcrimen admitti debeat.

(*d*) Sine dubio aliter ſentiendum de infidelibus vel a
tholicis ſubditis, qui ante exiſtunt in ditione, qu
Princeps chriſtianus capit; aliter de introducendis i
dem in regionem veræ fidei penitus addictam; q
ſuperinductio falſarum ſectarum foret; ſane non perin
eſt ſeminare zizania, & forte prognata in ag
tolerare, vel non evellere; eoquod vel dignoſci n
queant a tritico, vel cum iſti ſint implicata, ſine p
riculo ipſius tritici evelli non poſſint.

(*e*) Non perinde eſt, patienter ferre lapſos, hærente
que in errore; & ſtantibus in vera fide liberam
bendi ac deſciſcendi a vera fide copiam ac facultate
dare, ſalvis iuribus ac rebus, quibus antea gaudeba

(*f*) Qui, ut in ditione degant Sectarii, tolerat, n
continuo permittit, ut publice exerceant religione
falſam, ut fana conſtruant, errorum magiſtros hal-
ai

ant, publice ſectam doceant, libros imprimant, conventicula cogant, ſepultura publica gaudeant.

) Nec, ſi tolerantur, protinus orthodoxis exæquari cenſendi ſunt iuribus & favoribus civilibus; nec ad munera & dignitates reipublicæ, & gerendos magiſtratus, capiendas hæreditates exiſtimari habiles debent.

) Singularem mentionem meretur promotio academica ad literarios gradus vel ad licentiam docendi, utrum ea in academiis & univerſitatibus catholicis, hominibus acatholicis, quibus politica tolerantia indulta eſt, pariter indulgeri poſſit. De Cancellario univerſitatis Tubingenſis Ulenbergerus in vita Melanchtonis ad a. 1536. proindeque ante ſynodum Tridentinam ita narrat: „Paulo poſtquam Tubinga diſceſſit (Melanchton), exorta fuit inter Cancellarium univerſitatis Præpoſitum Tubingenſem, & profeſſores facultatum gravis controverſia de titulis vel gradibus honorum academicis, qui, niſi per Cancellarium, vel quemdam ab ipſo conſtitutum non poſſunt cuiquam in facultatibus decerni. Nam quia plerique defecerant a religione catholica, & veterem docendi formam ad arbitrium Melanchtonis immutaverant, Cancellarius poteſtatem conferendi gradus academicos profeſſoribus concedere recuſavit: imo cum urgeretur, indignabundus e civitate diſceſſit. Poſtmodum huius rei gratia præcipui quidam ex academiæ profeſſoribus ad eum miſſi fuerunt; quamquam id fruſtra fuit; cum ipſe perſiſteret in propoſito, nec ſe pateretur a ſententia dimoveri. Aiebat, diſceſſum eſſe ab obedientia Romanæ Sedis, & a fide catholica, unaque ab ordine docendi tradito per manus a Maioribus, & privilegiis pontificiis confirmato. Itaque iura, privilegia atque immunitates a Pontificibus conceſſas ad ipſos non pertinere; nec ſe promovendi facultatem illis concedere, niſi conſulto prius Pontifice, ne hanc ipſorum defectionem probare videatur. (3) Similis prope lis in Viennenſi univerſitate extitit inter Cancellarium univerſitatis, & Rectorem, ipſamque univerſitatem; is enim, niſi probatos a ſe de fide ac religione, ad gradus academicos promoveri minime permittebat; unde in cauſam iudicialem

de

de iuribus Cancellarii implicatus eſt. De qua typis impreſſum habeo *conſilium ſuper iuribus & p eminentia Cancellariatus Studii alicuius generalis, Reverendo Patre & Domino Paulo de Oberſtain P poſito Vienn. & eiusdem Studii Cancellario. M. D. X* Conſilium illud confectum eſt a Decano, atque utri que Iuris Doctoris inclitæ facultatis iuridicæ ge ralis Studii Ingolſtadienſis, ſubſcriptumque fui Ioan. Eckio Theologo Inquiſitore, qui quidem ir alia ita ſcribit: *O utinam hoc tempore omnes Docto examinarentur, præſertim in Theologia. - - Cance rii univerſitatum debent eſſe vigiles hoc tempore, ſchiſmate vel hæreſi infectos ad dignitates, & do ratus non admittant.* (4) Denique non prætereu eſt hoc loco conſtitutio Pii IV. in qua forma p feſſionis fidei catholicæ præſcribitur; prohibentur Scholares promoveri ad aliquem gradum ſine præ proceſſu, vel debita informatione, atque emiſſa profeſſione: nec Superioribus aliter quemquam p moveri permittitur, ſub pœnis ibidem expreſſis: p motiones aliter factæ irritæ cenſentur. (5)

(1) S. Auguſtin. ſuper Pſalm. 40.

(2) Videantur conſtitutiones 117. Tom. I. 28. & T. II. Bullar. Benedicti XIV.

(3) Ulenberger in Vita Melanchtonis. C. XI. n. IV.

(4) *Iſtuc conſilium, ſi recentibus edatur typis, ma incremento, ornamentoque erit novæ Scriptorum de* Toler tia *bibliothecæ.*

(5) Conſtit. 88. Pii IV.

§. CCCLXXXVIII.

Rationum quarundam momenta nunc ponderan ſunt, quibus tolerantiæ præcones, ſcriptoresq hodierni non pauci illudunt hominibus imperit bonæque mentis; neque enim omnes catholic viros ita ſtupidos debent fingere, ut, quorſum e

de

re tentent, aut quo animo erga ſacroſanctam religionem, atque unitatem, ac unitatis centrum ſint ecti, non perſentiſcant, ſeſeque fallacibus verbis cipi facile patiantur. *Fruſtra iacitur rete ante oculis pennatorum*, inquit divinus ſpiritus. (1)

a) *Totum, quod Hæretici ac Schiſmatici peccant, errori intellectus, non pravitati voluntatis tribuunt: porro intellectus, inquiunt, cogi non poteſt.* Confer inprimis dicta §. penult. Dein ita quidem omnem Hæreſum ac Schiſmatum fæcem debebunt tolerare. Ignorant ergo, in iis, quæ obſcura, quæque ſupra rationem ſunt, ab imperio voluntatis pendere intellectus aſſenſum? Ignorant, fidem meritoriam eſſe, proindeque ſubiectam libertati? Anne illud non expenderunt: *in captivitatem redigi debere omnem intellectum in obſequium Chriſti?* (2) Dicentne, Paulum quoque tyrannidem ac dominatum exercuiſſe in mentes fidelium, cum iſta ſcriberet, adderetque: *in promtu habentes ulciſci omnem inobedientiam.* Atqui inſtituta a Deo ſacra poteſtate, conceſſoque divinitus iure cum infallibili auctoritate declarandi, proponendique divinam revelationem, non modo fieri poteſt, ſed neceſſe eſt, ut in captivitatem ſeſe redigat omnis intellectus, & divinæ revelationi ab Eccleſia propoſitæ ſe ſubiiciat, præſtito aſſenſu interno, eoque immoto.

b) *Caritatem dein commemorant, quæ alterum alterius onera portare iubet, veniamque erratorum & dare & petere.* In hunc igitur modum cogitant: pro certiſſimo & indubitato habemus, ſi in iſta ſecta, ſciſſioneque obdormiſcat frater, æternum miſer futurus eſt; ſed cum ille ſomnum ſuum amet, caritas iubet, ne quid moleſtiæ ipſi inferam, ſed magis æternum perire ſinam. Ac videtur mihi id caritatis genus non abſimile illi, quod meretricibus exhibetur, inito aut certe non abrupto turpi commercio, ne forte contriſtentur. Quantam hæc caritas iniuriam infert caſtiſſimæ Chriſti ſponſæ, Eccleſiæ, cui fœdiſſimæ meretriculæ aſſociantur? Tantumne valebit hæc caritas, ut tutos reddat paſtores contra exprobrationem divini iudicis: *Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum,*

tum, non ſanaſtis, & quod confractum eſt, non all gaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis, & quæ perierat, non quæſiſtis. (3) Caritatis iſtius umbr etiam *pacis* vocabulum iungunt, quaſi feſſi pugnand cum nunquam arma ſtrinxerint pro tuenda religion ac Dei cauſa. *Melius & optabilius eſt egregium bellu* (inquit Gregorius Nazianzenus) *pace impia & a D diſtrahente.*

(c) *Aiunt, viros eſſe honeſtos, ac bonos, qui alieni ſu a catholica profeſſione.* Idem Bouſſueto iam dudu obiecere Proteſtantes, quibus ille reſpondit, eam pr bitatem tantis encomiis evectam, cui ſubmiſſio er Eccleſiam non iungitur comes, re ipſa aliud n eſſe, quam ſubtilem & periculoſam hypocriſin; cu inquit, *non etiam hoc pertineat ad doctrinam moru atque ad partem cultus divini, ſiquis captivet intellectu reverentiæ cauſa erga myſteria humanæ menti incom prehenſibilia; cum hæc captivatio ſacrificium quodda ſit, humanæ naturæ non parum difficile, & valde pe fectum? Et cur ea captivatio non referri mereatur actus practicos caritatis, ſiquis veros Chriſtianos red cere ſtudeat ad unam fidem, exhibendo obedientia erga Eccleſiam eandem, & extinguendo diſſenſione inimicitias, amaritiem, & alia mala huius natur inter quæ D. Paulus etiam numerat hæreſes & ſecta tanquam fontes perpetuos diviſionum, quas ſpirit Ieſu Chriſti vult extingui? Hoc tamen ipſiſſimum e quod eiusmodi Chriſtiani, qui dicuntur perfecti, paru curant; ſolum enim loquuntur de modo bene vivend at ſi modus bene credendi non eſſet fundamentum b næ vitæ.* (4) Addam locum epiſtolæ catholicoru Epiſcoporum e concilio Cirtenſi, cui S. Auguſtin interfuit, ad Donatiſtas: *Quisquis*, inquiunt Patre *ab hac catholica Eccleſia fuerit ſeparatus, quantum libet laudabiliter ſe vivere exiſtimet, hoc ſolo ſceler quod a Chriſti unitate disiunctus eſt, non habebit vitan ſed ira Dei manet ſuper eum.* (5)

(d) *Neceſſitatem tolerandi ſectas falſas non raro oggerun* Non loquor de pactis publicis, quæ quidem ſanc ſervanda eſſe, ex iis intelligitur principiis, quæ in I re publico, Gentiumque a me ſtabilita ſunt. Siqua n ceſſitas ipſam religionem reſpicit, omnino iuſta eſt t leras

lerantiæ cauſa, ne ſcilicet eradicatis zizaniis ipſum quoque triticum in diſcrimen adducatur; vel quia iſtud, ut in primis germinibus accidit, ſatis diſcerni ab illis haud poteſt, vel quia alterum alteri valde implicatum, atque innexum eſt. (6)

(1) Prov. I. 17.

(2) II. Cor. X. 5.

(3) Ezech. XXXIV. 4.

(4) Vid. Inſtruct. Paſtoral. de turbis Galliæ, N. 185.

(5) S. Auguſtin. Epiſt. 152. non longe a principio.

(6) De Exemplis VV. Imperatorum vid. eundem S. Auguſtinum Epiſt. 166. atque iis, quæ de Iuliano Imp. narrat, vide Ammianum L. 21. prope init. & l. 22.

CAPUT X.

Ad cauſas fidei & unitatis diſciplina Eccleſiæ generatim conſideranda eſt, tanquam obiectum Poteſtatis ſacræ, & Advocatiæ Principum.

---

§. CCCLXXXIX. Diſciplinæ ſumma genera. CCCXC. Eccleſia iudicat, quid divini iuris, aut diſciplinæ ſit. CCCXCI. Eadem determinat diſciplinam. CCCXCII. Regulæ de mutatione diſciplinæ. CCCXCIII. Falſa quorumdam Principia & dicta. CCCXCIV. Impedimenta dirimentia matrimonii ad diſciplinam pertinentia.

§. CCCLXXXIX.

Diſciplina tum rationem vitæ, certi ſtatus propriam, ordinemque actionum & negotiorum diſtributionem ſecundum regulas illi ſtatui accommodas, tum hasce ipſas regulas denotat; quo modo appellatur diſciplina domeſtica, militaris, clericalis, monaſtica. *Eccleſiæ diſciplina* per omnia iuris ſacri ca-

capita vagatur; quia etiam ea, quæ iuris divini ſunt certo modo determinantur, & certis temporibus locis, per certos miniſtros, cum certis ritibus &c peraguntur; ita ut iis, quæ ſunt immutabilia & ſubſtantialia religionis, ſemper adhæreat quidpiam *mutabile* & *accidentarium*; quod ad diſciplinam Ecclefiæ refertur, & in quo ratio diſciplinæ maxime ſita eſt. Præcipua tamen diſciplinæ iſtius capita ſequentibus numeris videntur poſſe conſtringi.

(*a*) *Exercitia religionis ac pietatis*, quatenus auctoritate vel conceſſione publica poteſtatis eccleſiaſticæ peraguntur, magnam partem ad diſciplinam Eccleſiæ pertinent. Iſtiusmodi ſunt ſtata tempora conventuum ſacrorum, formulæ publicarum precum, & canticorum, ornatus ac forma templorum, altarium, vaſorum, veſtium ſacrarum, publicæ ſupplicationes feſta, & vigiliæ ac ieiunia, quæ præcedunt, ſacra pſalmodia, modus colendi Sanctos, imagines, & reliquias Sanctorum. Sed quod præcipuum, ipſis divinis myſteriis, nimirum ſacroſancto Miſſæ ſacrificio dein ſeptem Sacramentis novæ legis multi inſunt ritus, aliæque determinationes ad diſciplinam Eccleſiæ pertinentes; ſacra Synaxis ſub una vel utraque ſpecie, baptiſmus per immerſionem vel infuſionem: pœnitentia occulta tantum, vel etiam publica, caſuum reſervationes, matrimonii impedimenta, tum quæ impedientia dicuntur, tum quæ dirimentia, varia dein benedictiones tum hominum, tum rerum aliarum & quæ *Sacramentalia* vocantur, maximam partem ad diſciplinam Eccleſiæ referenda ſunt.

(*b*) Alterum diſciplinæ caput *in Politia Cleri* ſitum eſt ad quam referuntur tum ordinatio & cooptatio in ſtatum eccleſiaſticum, tum quæ de vita & honeſtate eiusdem ſtatus ſunt præſcripta; iſtiusmodi ſunt qualitates requiſitæ ad ſtatum clericalem, irregularitates cœlibatus, varia privilegia & exemtiones, tempus & locus, & miniſter ordinationis, Seminaria Clericorum

rum; dein promotiones ad beneficia, iſtorumque genera varia, ſimplicia & duplicia, atque hæc maiora, media aut infima; inprimis promotio ad officium paſtorale, ac dignitatem epiſcopalem, electio primi ac ſummi Paſtoris, Romani Pontificis. Ad ſtatum Eccleſiaſticum ordines religioſi figuræ multiplicis accenſentur, eidemque, imo & univerſæ Eccleſiæ magno decori, & adiumento ſunt. In his omnibus multa inſunt, quæ pro temporum ratione mutari poſſunt, & per leges diſciplinares determinantur.

) Tertium diſciplinæ caput efficit *regimen eccleſiaſticum*, ſive forma, ac modus, quo poteſtas ſacra a Chriſto inſtituta ſeſe exerit: alia enim eſt iurisdictio Cleri inferioris, quæ ad forum internum ſpectat: alia iurisdictio externa, quæ Epiſcopis inhæret, certisque portionibus communicatur cum aliis, ſive aliorum potius opera exercetur, quales ſunt Vicarii Epiſcoporum, Senatus, vel presbyterium, id eſt, canonici Eccleſiarum cathedralium. Cum inter Epiſcopos conſtituti ſint gradus iurisdictionis, iisque varia annexa iura & conceſſæ facultates, pro temporum ratione poteſtas ſacra aliis atque aliis modis exercetur, nunc per Concilia provincialia, nunc per Metropolitas, & Hierarchas ſuperiores, nunc per ipſum ſummum Pontificem; cuius ſupremæ & univerſali iurisdictioni obeſſe non poteſt ea, quæ per eccleſiaſticas leges introducta eſt forma regiminis. Dein quæ in ſummis Hierarchis ineſt, poteſtas inſpectoria, legislatoria, & executoria aliter atque aliter exerceri poteſt, per relationes, ſynodos, nuncios, legatos, commiſſarios ſeu iudices delegatos: diverſa eſt legum promulgandarum ratio, diverſa iudiciorum figura, ac forma: ac varius in iudiciis criminalibus pœnarum rigor.

) Quartum denique diſciplinæ eccleſiaſticæ caput collocari poteſt in uſu & *adminiſtratione temporalium* bonorum, quæ ad peragendum divinum cultum, ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ, & ſubſidium pauperum ac miſerabilium perſonarum ſunt neceſſaria. Eodem reduci poſſunt genera diverſa beneficiorum, eorundem erectio, unio, diviſio, ſuppreſſio, limites non tantum parochiarum, ſed etiam Diœceſium, pro-

vinciarum, exarchatuum, patriarchatuum; quæ qu
dem omnia a diſciplina pendent.

§. CCCXC.

Siquis nunc circumſpicit omnia, quæ hacten iam enumeravimus, capita, ſatis diſtincte intellig quid *diſciplinæ* eccleſiaſticæ nomine veniat, & qua ea late pateat per omnes iuris canonici titulos. E ita cognitis ad generales de illa regulas animo i formandas progredietur, in quibus primo loco ſ tuenda hæc eſſe videtur: *Eadem poteſtas ſacra, q ex inſtitutione ac lege Chriſti de fide, ac divino i infallibiliter iudicat, pari auctoritate definire pote utrumne & quatenus ad diſciplinam variabilem, an ius divinum immutabile quidpiam pertineat*; ſecus eni ſiquid divino iuri adderet, vel detraheret, ſatis i ſtructa non eſſet ad declarandum ius divinum, fideles rite docendos & dirigendos; cum ſæpenum ro obſcurum & ambiguum eſſe poſſit, utrumne divinum & uniforme ac immutabile ius referend ſit quidpiam, an ad humanum, quod diverſitat & mutationem admittat. Exempla ſunt huiusmo

(*a*) Dubitabatur ipſo principio Eccleſiæ de circumciſio ac legalibus ceremoniis, anne neceſſariæ ad ſalut ſint? Apoſtoli definierunt, non eſſe neceſſarias: poſſe tamen illis tum temporibus adhiberi: ipſi iisd uſi ſunt: (2) aliquanto poſt tempore habitæ ſunt Eccleſia non tantum ut mortuæ, ſed etiam mortife

(*b*) Gravis inter Cyprianum ac Stephanum de iteran Sacramentis ab Hæreticis collatis lis extitit; Cypr nus rem omnem ad diſciplinam retulit, erravitque p

nicioſe, ſi is error fuiſſet adoptatus: (3) Stephanus traditionem errori oppoſuit, victoriamque retulit conſenſu omnium Eccleſiarum, ac temporum.

c) Par dubium de indiſſolubili vinculo matrimonii conſummati inter Fideles ſæpe motum eſt; itemque, an præcedens ratum diſſolvatur per aliud poſtea attentatum & conſummatum. (4) Uſus Calicis extra Sacrificium Miſſæ ad diſciplinam refertur ab Eccleſia catholica; contra Proteſtantes eum iuris divini eſſe volunt.

(1) Act. XV. 28.

(2) Act. XXI. 21.

(3) Eleganter ea de re diſſerit Couſtantius in Epiſt. ...m. Pontif. p. 254. Add. c. fin. de baptiſm.

(4) c. fin. de Sponſa duorum.

§. CCCXCI.

Altera eſt regula: *Poteſtas ſtatuendi, & mutandi ..., quæ ſunt diſtincta a iure divino, & diſciplinam ...cleſiæ proprie dictam efficiunt, pertinet ad Hierar...s ſacros, penes quos eſt poteſtas rectoria Eccleſiæ.* ...im ea eſt poteſtas ſpiritualis, commiſſa a Chriſto ... contenta in poteſtate paſcendi, & regendi, ſol...ndi & ligandi, ac deſignata per claves regni cœ...um; quæ quidem poteſtas conſenſu Doctorum ...holicorum omnium ſine ſacrilega Simonia haud ...ſſet temporali pretio emi, aut vendi. Ea pote...s, eiusque exercitium ac diſpoſitiones ſunt me...um, quo Fideles ad finem beatitatis ſupernatu...is diriguntur: accedit, quod Hierarchæ Eccle...æ hanc diſciplinam informandi poteſtatem nullo ...n tempore exercuerint; quemadmodum infiniti

Canones diſciplinares teſtantur. Enimvero ſecundum principia iuris publici univerſalis, qui poteſtate ac imperio pollet, idem & modum, quo e[a] exercenda eſt, ſive regimen, definire debet; cum poteſtas ſine regimine otioſa ſit, & imperium v[i] notionis in iure conſiſtat determinandi ea, quæ a[d] propoſitum finem neceſſaria ſunt, & determina[ri] non uno modo poſſunt.

§. CCCXCII.

Tertia regula ipſas mutationes, rationesque mutandæ diſciplinæ reſpicit; ad quem locum plura pertinent, diſtinctius evolvenda:

(*a*) Non omnes Canones paris conditionis ſunt, ne pari ex cauſa, etſi poſſint, mutari ſolent; ſunt enim nonnulli ab univerſa Eccleſia recepti, & totius antiquitatis reverentia conſecrati: alii per ſeſe videntu[r] uniformitatem poſcere: alii ad tuendam ſtatus eccleſiaſtici honeſtatem, removendum peccati periculum neceſſarii ſunt. De hoc genere illud eſt effatum S. Auguſtini: *Siquid horum tota per orbem frequentat Eccleſia - - quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.* (1)

(*b*) *Alia* vero ſunt, inquit idem S. Doctor, *quæ per loca terrarum, regionesque variantur.* (2) *Totum hoc genus rerum liberas habet obſervationes: nec diſciplina ulla eſt in his melior gravi prudentique Chriſtiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Eccleſiam, ad quamcunque forte devenerit.* Hoc non obſtante receptas in quadam Eccleſia conſuetudines non facile mutandas eſſe, idem monet: *ipſa quippe mutatio conſuetudinis etiam, quæ adiuvat utilitate, novitate perturbat. Quapropter quæ utilis non eſt, perturbatione infructuoſa, conſequenter noxia eſt.* (3) Minuitur difficultas mutationis, ſi per eam, quæ aliis locis alia extitit diſciplina, ad uniformitatem cum Eccleſia Roma-

na

na reducatur; de qua uniformitate celeber extat locus ex epiſtola Innocentii P. ad Decentium. (4)

c) Mutationem Canonum aliquando fieri neceſſario ab Eccleſia, aliquando cum ingenti utilitate, omnino exploratum eſt; cum enim mores hominum ſint mutationi obnoxii; neceſſe eſt, ut, ſi antiquis moribus novi adverſentur, per regulas antiquis contrarias ad bonum perducantur; non iisdem morbis animi ſemper laborant, uti nec corpora: unde contraria pro vario morborum genere medicamenta ſunt adhibenda. Ac ſi omnia, quæ in condendis antiquis Canonibus interceſſerunt, ad ſubſtituendos novos conſentiant, ſcilicet *auctoritas legislatoris*, *utilitas ſubditorum*, *facultas parendi*, & conditiones aliæ; cur robore careat, quod de novo præcipitur? Quicunque diſciplinaria decreta, quæ nova ſunt, aut apoſtolicorum temporum non æqualia, ob hanc ſolum cauſam improbaret, aut parvi faceret, non ſolum iniquus eſſet, ſed cum Luthero aliisque Sectariis id ſentire videretur, ac ſi Eccleſia Chriſti defeciſſet, nec pari nunc, atque olim poteſtate eſſet prædita. Anne promiſſiones Chriſti, ac poteſtas ab eodem collata certis temporum ſpatiis eſt definita? nunquid cum Apoſtolis, eorumque Succeſſoribus usque ad conſummationem ſe futurum eſſe, pollicitus eſt? Ceterum, quæ ſit iuſta ac ſufficiens ratio, quampiam diſciplinæ legem immutandi, aut potius conſervandi tuendique, id certe ab eadem iudicari ac definiri auctoritate debet, quæ itidem ius habet eandem vel mutandi, vel ſtabiliendi. Manifeſtum id eſt ex omni analogia univerſorum iurium, ut, qui iure quopiam, aut facultate gaudet, ſuo ipſius circa uſum illius atque exercitium iudicio uti poſſit. (5)

(1) S. Auguſtin. Epiſt. 118. ad Ianuar. c. 5.

(2) Ibid. c. 2.

(3) Ib. c. 5. Similiter differit S. Thomas 1. 2. q. 97. a. 2.

(4) Vid. c. ult. Diſt. XI. Couſt. Epiſt. 25. Innocentii I. 1. & 2. p. 855.

(5) Conf. §. XV. (b).

§. CCCXCIII.

Scriptores noſtrorum temporum multa ſe in diſciplina eccleſiaſtica videre putant, quæ improbanda ſint, & eliminari, reformarique a ſe debere confidunt. Etſi quid ducentis, ac ſexcentis iam annis vigeat in Eccleſia; quando nullum eius veſtigium reliquerunt Apoſtoli, id *ſequiore ævo* introductum dicunt. Generatim illud animadvertendum intolerabili ſuperbia fœtere iſtiusmodi homulos, qui opinationes ac ludibria ſuæ imaginationis innumerabilium Epiſcoporum, ac Pontificum doctrina & ſanctitate inſignium iudicio, ipſiusque adeo ſacroſancti & œcumenici Concilii Tridentini decretis præferre non dubitant: eosdem infenſum erga Eccleſiam animum prodere, vocesque ſpargere ſeditioſas, ſeu ad ſciſſionem membrorum a capitis confictas. Quis domi ſuæ ferat illum, qui omnem domeſticam diſciplinam, ac patrisfamilias præcepta carperet? quis in civitate pro bono haberet cive eum, qui univerſam politiam, qui Magiſtratuum ordinationes, qui Imperantis leges exponeret, detorqueret, ac reprehenderet modo, quo iſti ſanctæ Eccleſiæ leges diſciplinares tractant? Sed ſingulares quosdam dicteriorum locos indicabo.

(a) *Hoc*, inquiunt, *atque illud nec inſtitutum fuit a Chriſto, nec Apoſtolorum ætate viguit.* At ſatis eſt, quod Chriſtus ea, quæ a ſe determinata non fuerunt, determinandi atque inſtituendi, ac pro temporum lo-
co-

eorumque ratione temperandi poteſtatem reliquerit Eccleſiæ, ſuumque ipſi aſſiſtentem ſpiritum promiſerit. Si Apoſtolorum ætatem deſiderant, revocent modeſtiam, ſimplicitatem, ſubiectionem fidelium laicorum: revocent paupertatis ſtudium ac deſpicientiam mundanarum rerum: & fidei fervorem, & fugam, averſationemque erga eos, qui hæreſin & diviſionem introduxerunt, aut foverunt; revocent dein plenam & integerrimam ſacræ poteſtati libertatem: tollant præſentationum ac nominationum iura: reducant pœnitentias publicas, nocturnas vigilias, uſum frequentiſſimum ſacræ ſynaxeos, quæque ſunt generis iſtius, a quibus ipſi abhorrent longiſſime. Repetantur dicta §. præ. (c) Ceterum non omnia, quæ a Chriſto vel Apoſtolis acta ſunt, in legum numero haberi poſſunt. *Liquido apparet*, inquit S. Auguſtinus, *quando primum acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt univerſæ Eccleſiæ, quod a ieiunis ſemper accipitur?* (1)

b) *Abuſus ſæpe memorant, atque exaggerant, qui in negotiis religionis, & diſciplina Eccleſiæ ſuccreverunt, quique exſtirpari non poſſint, niſi manu Laicorum.* Duæ hic quæſtiones implicantur, *prima*, ſitne revera inter abuſus reiiciendum, quod eo nomine dedecorant. Conſtat enim, Lutherum quoque ſolis abuſibus mederi ſe velle iactitaſſe. Quid? ſi noſtri homines inter abuſus cenſerent ea, quæ a doctiſſimis, ſanctiſſimisque viris, ab ipſis Principibus catholicis, a celeberrimis ac ſapientiſſimis Epiſcopis probata, inſtituta, confirmata, uſurpata fuerunt? Sed poſita ea quæſtione veluti præiudiciali, eſſe, quem vocitant, revera abuſum; quæ eſt illa iurisprudentia, quæ iura aliorum ſua libertate male utentium invadere permittit, ſi nemini faciant iniuriam? atqui iura & poteſtatem Eccleſiæ a politico imperio independentem aſſerunt, debentque plane aſſerere. Abuſibus Eccleſiæ SS. concilium Tridentinum maxime providit, ea nempe de cauſa congregatum, ut *propulſatis hæreſum tenebris catholicæ veritatis lux refulgeat, & ea, quæ reformatione egent, reformentur.* (2) Marcianus quidem Imperator in Clericis ac Monachis ætatis ſuæ abuſus vidit. Quid ergo? iisne exſtirpandis profanas manus adhi-

adhibuit? *Docuit exemplo ſuo*, ait Petrus de Marc *quid ſequi debeant in poſterum Principes, cum Cler corum & Monachorum diſciplina conſtituenda eſt.* (Capitula tollendis iis abuſibus idonea concilii Cha cedonenſis iudicio ac poteſtati ſubiecit.

(c) *Simile eſt, quod de vitiis, de negligentia ac prav moribus perſonarum eccleſiaſticarum ſæpe obiectan quaſi hæc iuſtum præberent titulum hominibus laici iura ſacra uſurpandi, iisque eccleſiaſticos exſpoliand* Sed hoc funditus, ſi expendatur, Huſſiticum eſt; d lictis enim, pravisque moribus poteſtatem ami non tantum ſacram, ſed politicam quoque Huſſius d cuit. (4) Quanto rectius Baſilius Imp. ad ſynodu œcumenicam VIII. ita diſſeruit: *Non eſt datum La cis, aut iis, qui civilibus officiis mancipantur, cundum canonem dicendi quidpiam penitus de eccleſi ſticis cauſis. - - Quantæcunque enim religionis & ſ pientiæ Laicus exiſtat, vel etiamſi univerſa virtute i terius polleat, donec Laicus eſt, ovis vocari non d ſinet: rurſusque quantacunque Epiſcopus ſit irreverenti & irreligioſitate plenus, & nudus omni virtute, don Antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prædicaveri Paſtoris mentionis & dignitatis damna non patietu* (5) Æque inanis eſt diſtinctio, cum de auctorita Romanorum Pontificum agitur, qua inter *ſedem*, *ſedentem* diſcrimen faciunt; nempe iura ſedi conceſ non polluuntur, nec tolluntur peccatis ſedentium ſed ea ipſa iura Sedi conceſſa, vel Sedis nomine ſign ficata, ita ſedentis perſonæ inhærent, ut nulli alte competant, niſi ſedenti vel præſidenti, qui ſede pro tempore obtinet; atque id eſt, quod S. Leo bin epiſtolis ſuis revera docuit, quas in pravum detorque ſenſum nonnulli conati ſunt. (6)

(d) *Nihil eſt, quod crebrius obtendere ſolent novi D ctores iurium ſacrorum, quam nexum, qui inter diſc plinam Eccleſiæ, resque politicas intercedit, quique pr iuſta haberi cauſa debeat, ob quam in ea conſtituend diſciplina ſuæ etiam Imperanti civili partes ſint aſ gnandæ.* Siquis omnia verſet animo, quæ de il *nexu* commentari ſolent, facile deprehendet, totu id eo recidere, ut putent, per negotia Eccleſi publicam quietem & felicitatem turbari, aut public

r

rei commoda interverti poſſe. De primo dictum eſt ſupra; de altero pauca annotabo. Si homines ſingulares, aut gentes cogitemus in primigenio libertatis & independentiæ ſtatu conſtitutas, altera alterius iura ac libertatem turbare non poteſt eo ſolum obtentu, quod nexus aliquis inter res ac ſtatum utriusque poſſit concipi. Creſcens vicinæ gentis potentia, etſi nexum vel reſpectum quendam habeat ad gentem alteram, iuſta belli cauſa non eſt. Si homines plures eandem ambiant dignitatem, ſi ſimilia exerceant commercia, ſi paribus ſtudiis ſeſe perficere allaborent; haud ægre nexus aliquis inter actiones & negotia utriusque poteſt confingi; qui tamen nexus, niſi Hobbeſiano belli iure uti quis velit, iuſta cauſa non eſt, ob quam alter alterius libertatem lædat. (7) Qui ſpiritualia Eccleſiæ negotia cum politicis confert, cum fine & mediis longe inter ſe diſtent, ægre deprehendet nexum, qui fictitius non ſit, & calumniam contineat; qui tamen, ſi eſſet revera aliquis, libertati Eccleſiæ tam parum obeſſe poſſet, quam parum obeſt politici regiminis libertati. Certe is nexus, cum vi notionis ſuæ mutuus ſit; vel utraque ex parte, vel neutra obeſſe debebit, & iuſte obtendi. Neque Eccleſiæ negotia ob eam duntaxat cauſam, quod *externa* ſint, *temporalia*, ac temporali poteſtati obnoxia cenſeri poſſunt. Secus totum pene, quod Chriſtus inſtituit, cum Eccleſiam viſibilem inſtitueret, temporali poteſtati ſubieciſſet. Nam Evangelii prædicatio, inſtructio, Sacramenta, ſacroſanctum Sacrificium, miniſtrorum electio & ordinatio, denunciatio illa evangelica: *dic Eccleſiæ*; regimen paſtorale, uſus poteſtatis clavium, conventus ſacri, publicæ preces aliaque ſexcenta, cum inter homines peragantur utique humano modo, certe externa ſunt, nec tamen politicæ poteſtati ſubiecta. Ceterum cum plurimum interſit Eccleſiæ, benevolos habere Principes politicos, ipſa cavebit perdiligenter, quando poteſtatem ſuam exerit, ne qua re illos offendat, & a ſe alienet. Qui Eccleſiarum Rectores ſuſpectos reddunt, atque in invidiam vocant apud politicos Principes, non modo naturalia famæ iura lædunt, ſed multo etiam plus obſunt publicæ quieti, quam per ordinationes Eccleſiæ fieri queat.

(1)

(1) S. Auguſtin. Epiſt. 118. C. 6.

(2) Concil. Trid. Seſſ. II. & III.

(3) Concord. Sac. & Imp. L. II. C. VII. n. 7.

(4) Conf. Propoſitiones damnatas Huſſii in App. Theologiæ p. 210.

(5) Harduin T. V. p. 920.

(6) Epiſt. 106. & 119. edit. Venet.

(7) §. CCCLXVI. (b)

§. CCCXCIV.

Cum adminiſtratione ac perceptione Sacramentorum multa cohærere diximus, non iuris divini, ſed diſciplinæ eccleſiaſticæ propria. Hoc igitur loco indicanda potius, quam pro dignitate tractanda eſt celebris quæſtio de poteſtate ſtatuendi impedimenta dirimentia matrimonii, ea nempe, quæ humani ſunt iuris, non divini aut naturalis. Conſenſu omnium triplex veluti reſpectus ineſt in matrimonio; reſpicit enim finem, ac officium naturæ, a qua ad propagandum & conſervandum humanum genus eſt inſtitutum: dein refertur ad ſocietatem civium ſtatumque civilem, cui deficientibus ætate vel morbo civibus alios cives novos, & quodammodo immortalitatem dat; ac ſiquod eſt caput eccleſiaſticæ diſciplinæ, in quo nexus quidam cum re politica conſpici poteſt, certe iſtuc eſt, quod matrimonii leges complectitur; inde enim pendent legitimi aut illegitimi natales prolium, iura earundem, ſucceſſi-

one

nes & hæreditates, cauſæ dotis, & donationis propter uptias, alimentorum, imo & ordo ſuccendendi in vita Maiorum bona, in provincias, in regna; ob uas cauſas facile lites oriri, ac etiam publica tranuillitas turbari poteſt. Denique ex catholica doctrina diſcimus, validum matrimonii contractum a delibus initum ad rationem ac dignitatem Sacraenti a Chriſto elevatum fuiſſe. (1) Ob hanc trilicem relationem triplici legum genere matrimoium regitur, naturalibus ac divinis, civilibus, deique eccleſiaſticis. Sed præcipua lis in eo vertiır, quam vim habeant leges civiles ac politicæ; nne ipſum vinculum, internumque valorem maimonii afficiant, aut ſolos effectus civiles, nempe rdinem ſuccedendi, ac iura temporalia tum conıgum, tum prolium attingant. Inſtar principii llud habendum eſt: Sacramenti ratio in eo ſita ſt, ut res externa ſeu ſignum viſibile ex Chriſti ıſtitutione & ſignificet & efficiat gratiam internam, & nviſibilem; porro matrimonium ſignificat, & efficit eam gratiam ratione *vinculi*, ſeu ratione coniunctionis, quam inter coniuges producit, id eſt, atione valoris interni; hoc enim reſpectu ſignificat oniunctionem Chriſti cum Eccleſia. (2) Igitur marimonium ratione vinculi, Sacramenti rationem obtiuit a Chriſto. Impedimentum dirimens illud eſt, uod impedit, quo minus inter eos, qui matrimoium contrahere volunt, vinculum coaleſcat, ac era interna coniunctio oriatur. De poteſtate igitur ſtatu-

ſtatuendi eiusmodi impedimenta dirimentia hasc opinor, poſitiones tum ex iis, quæ modo diximus tum aliis principiis ac fontibus ſacri iuris derivari

(*a*) *Penes poteſtatem Eccleſiæ ſupremam & rectoriam eſt iure proprio & intrinſeco ſtatuere impedimenta diri mentia matrimonii.* Nam I. Chriſtus ad Sacrament dignitatem elevavit contractum validum matrimonii nec quis validus ſit, aut ſub qua conditione ſeu for ma, definivit; cum igitur poteſtas diſponendi de ſacra mentis, quatenus a Chriſto diſpoſitum nihil eſt Eccleſiæ conveniat; dubium eſſe non poteſt, qui Eccleſia contractum, quaſi materiam Sacramenti, pe leges ſuas afficere ac determinare poſſit. II. Idcirc a SS. Tridentina Synodo ita definitum eſt: *Siqui dixerit, Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impediment matrimonium dirimentia, vel in iis conſtituendi erraſſe, anathema ſit.* (3) Sane abſurdum eſſet, ſiqui ex indulgentia Principum ea impedimenta con ſtituere potuiſſe Eccleſiam, fingeret, atque in hun ſenſum detorqueret laudatum canonem: *Siquis dixe rit, Eccleſiam non potuiſſe ex conceſſione Principun conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, ana thema ſit.* Neque enim de ea re poterat eſſe ratic ambigendi; cumque Eccleſia leges impedimentoru dirimentium univerſales eſſe voluerit; a quo Princip poterat eam poteſtatem accipere? Vel quomodo al omnibus, aut quo tempore accepit? (4) Imo Eccleſi eam poteſtatem videtur contra leges politicas Princi pum exercuiſſe; nam III. eadem œcumenica Syno dus, clandeſtina fidelium matrimonia fuiſſe vera & rata declarat, quamdiu ea irrita non fecit Eccleſia, & anathemate ferit eos, qui vera ac rata fuiſſe negant. (5) Satis igitur indicat, irritationem matrimonii quoad vinculum ex ſola Eccleſiæ conſtitutione provenire. Nam clandeſtina matrimonia, aut ſine conſenſu pa rentum vel ſine præviis denunciationibus inita ita reiiciebantur legibus quorundam regnorum, ac ſi omnino nulla eſſent & irrita. IV. Siqua lis de valore matrimonii, indeque pendentibus legitimis natalibus incidit, eam ad ſuum tribunal Eccleſia avocat, idem que, in Tridentino concilio his verbis definitum eſt:

Siquis

Siquis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices eccleſiaſticos, anathema ſit. (6)

b) *Penes poteſtatem politicam eſt, ſtatuere quæcunque impedimenta matrimonii pro ſubditis infidelibus, quorum coniugiis ineſſe non poteſt ratio Sacramenti: pro fidelibus item ſubditis impedimenta quæcunque relate ad effectus civiles, non autem relate ad vinculum matrimonii ſine accedente auctoritate Eccleſiæ.* I. De materia Sacramenti ſine Eccleſiæ auctoritate diſponi profana poteſtate nil poteſt. II. Fini poteſtatis politicæ ſatisfit, ſi effectus politicos ſuo arbitrio queat moderari: Sacramentum, matrimonii cum ſit pro omnibus nationibus inſtitutum, non difformibus Imperantium decretis, ſed communibus & uniformibus Dei & Eccleſiæ legibus regi debet, uti Cardinalis Pallavicinus in hiſtoria Concilii Tridentini animadvertit. (7) III. S. Thomas, cuius auctoritatem obiectare non ceſſant adverſarii, *prohibitio*, inquit, *legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonii, niſi interveniret auctoritas Eccleſiæ, quæ idem etiam interdicit.* (8) IV. Ipſi catholici Principes Patres Tridentinos primi ſollicitarunt per oratores ſuos, ut *clandeſtina* matrimonia redderent nulla, & *raptum* inter impedimenta dirimentia referrent. Cum decreta Regum Gallorum diſerte pronunciarent, *ſubditos matrimonium valide contrahere non poſſe ſine præcedentibus bannorum proclamationibus*; Rex Ludovicus XIII. a Clero rogatus a. 1629. declaravit, id intelligi debere tantummodo de nullitate, quoad effecta civilia, in foro externo, non autem de nullitate intrinſeca, & quoad ſubſtantiam; teſte Carolo Richard, auctore gallo; qui idem de edictis Galliæ aſſerit, per quæ matrimonia filiorumfamilias inſciis vel invitis parentibus inita videntur irritari, addens demum: *Ita ſane intelligunt eiusmodi edicta Galli ipſi Iuriſconſulti, quorum teſtimonia profert Fevretius in Tract. de Abuſu.* L. V. C. 2. (9) Atque in hanc ſententiam iam a. 895. in concilio Triburienſi iudicatum fuit. (10) V. Secundum receptam iuris regulam, *cuius quis in aliqua cauſa non ſortitur forum, eius neque legibus ligatur.* (11) Porro nemo fidelium in matrimoniali cauſa forum ſortitur politicum; ut patet tum ex iure communi canonum (12), tum ex citato ſupra canone duodecimo concilii Tridentini. (13). Concludam hanc theſin verbis Cardinalis Pallavicini: *Neque hic neceſſe nobis*

eſt,

eſt, quæſtionem agitare, an legitima poteſtas pone impedimenta matrimonio, adeoque ea relaxandi, at ta fuerit Principibus ab Evangelii lege; dum contrac illum extulit ad rationem ſacramenti, naturæ lim excedentem, an poſtea ab Eccleſiæ lege. Ad ea, q agimus, nobis ſufficit, rem ipſam ita ſe habere. (

(1) *Cum opinione eorum, qui rationem Sacrament contractu valido matrimonii ſeparari poſſe cenſent. min conſentit id, quod Innocentius III. c. quando. 7. de Divort docuit,* etii, *inquiens*, matrimonium *verum* inter infide exiſtat, non tamen eſt *ratum*: inter fideles autem *ver & ratum* exiſtit; quia Sacramentum fidei, quod ſemel admiſſum, nunquam amittitur, ſed *ratum* efficit coni *Sacramentum*, ut ipſum in coniugibus illo durante per ret. *Quodſi baptiſmus efficit ratum coniugii Sacramentu ſequitur, ut matrimonia clandeſtina, quæ* vera & rata *cuntur a Concilio Tridentino, Sacramenti rationem habueri antequam irritarentur.* c. Seſſ. ead. C. I. de reform.

(2) Epheſ. V. 32.

(3) Seſſ. ead. can. 4.

(4) Inepta videtur animadverſio Van - Eſpenii in Supp mento in Ius Univ. P. II. Tract. XIII. C. I. ad N. X agentis de cit. can. 4. „*Sed & hoc fatendum eſt, concili* „*non definiviſſe, utrum ex Chriſti inſtitutione, vel utrum* „*Principum indulgentia tacita vel expreſſa, hæc auctori* „*inducendi impedimenta dirimentia Eccleſiæ competat.*"

(5) Seſſ. cit. C. I. de reform.

(6) Ibid. can. 12.

(7) L. XXIII. C. 9, n. 12. Procul dubio, ſi a ſuo qu que animo æmulationem aut invidentiam erga eccleſiaſtic amoverit, intelliget, quantæ ſit utilitatis, ut contractu cuius libertas & certa efficacitas adeo neceſſariæ ſunt ſalutem & quietem animarum, pendeat in omnibus Chri fidelibus ab Eccleſiæ conſtitutionibus, uniformibus, & caritate profectis, quæ tendunt ad ſempiternam ſubditoru ſalutem; non autem a diſcrepantibus & ſæpe minus to rabilibus Principum laicorum, qui temporarium bonum i tendunt. Quodſi hæc Eccleſiæ iurisdictio bona ac legiti

na

on eſſet, - - affirmare oporteret, orbem terrarum ante os diu plenum cœcorum fuiſſe.

(8) In IV. Diſt. 42. q. 2. a. 2. ad 4.

(9) Analyſ. Concil. T. IV. v. Matrimon. §. VIII.

(10) c. 1. de Sponſal. Conf. Hartzheim T. II. q. 403. n. 39. Concil. Triburienſ.

(11) Arg. c. a. nobis. 21. de ſentent. excommun. & L. 1. D. de iurisdict.

(12) c. tuam. 3. de ordine cognit. & c. cauſam. 7. qui nt filii legitimi.

(13) Cit. can. 12. Seſſ. XXIV. *Abſurdum fuiſſe viſum oliticis*, inquit Suavis ſeu Sarpius, *conſtitui articulum fidei, uſas ad matrimonium ſpectantes pertinere ad Iudicem eccleſiaſticum; cum hæc definitio appareat contraria iis, quæ leuntur in Codice tum Iuſtiniani, tum Theodoſii, & in aliis ntiquitatis monumentis.* Reſpondet Pallavicinus loc. cit. Cur otius iſtis abſurdum non videbatur, dum illic Principes & rincipum Oratores tam vigilanter ſtudebant procul arcere uodcunque creditum ab ipſis detrimentum ſuæ iurisdictionis, nihil eosdem huic Canoni repugnaſſe; quin potius rimum Legatum repugnaſſe, ut ibi apponeretur *Anathema*? uodſi velimus utique tanquam debitum laicis Principibus liudicare, quidquid habetur in Codicibus, & cui in Eccleæ infantia ob minus malum oportebat interdum, ut Pontifices palpebras ſubmitterent, eisdem etiam arrogare fas erit uctoritatem ad ipſos ſummos Pontifices confirmandos.

CAPUT XI.

Enumerantur obiecta quædam particularia, circa quæ Poteſtas ſacra & rectoria Eccleſiæ verſatur.

ARGUMENTUM.

. *CCCXCV. Ius Papæ, Epiſcoporum, Principum circa Concilia. CCCXCVI. Ius circa creandos Eccleſiæ Miniſtros*

ſtros. CCCXCVII. *Circa bona temporalia Eccleſiarum.* CCCXCVIII. *Circa uſum poteſtatis ſacræ, ſeu regimen eccleſiaſticum.* CCCXCIX. *Speciatim circa iudicia eccleſiaſtica,* CCCC. *&* c*ca legum promulgation*[e]. CCCCI. *Placetum regiu*[m] *an ſit neceſſarium pro* [u]*poteſtatis ſacræ.*

§. CCCXCV.

Concilia ſeu legitimi conventus Epiſcoporu[m] ob cauſas fidei & diſciplinæ coacti duplici mo[do] conſiderantur; primo, tanquam *ſubiectum* poteſta[tis] ſacræ ac rectoriæ: dein tanquam *obiectum* eiusde[m]. Ad ſubiectum poteſtatis ſacræ referuntur hæ de Co[n]ciliis quæſtiones: quid ſint, quamque varii gene[ris] Concilia? qua poteſtate gaudeant ex Chriſti in[ſti]tutione? an & quatenus neceſſe ſit, ut congrege[n]tur, ſive eorum origo an ex iure divino ſit, [&] & uſus neceſſarius? At vero quando agitur de [iu]re convocandi Concilia, præſidendi, proponend[i], definiendi, ea confirmandi, protegendi, quæque ſu[nt] iſtius generis, manifeſtum eſt, Concilia ſpectari i[n]ſtar obiecti, circa quod Poteſtas Pontificia, E[pi]ſcoporum, & Advocatorum Eccleſiæ iure propri[o] ac dignitati, quam gerunt, annexo verſatur. In[de] ex uſu iſtorum iurium, queis Papa, Epiſcopi v[el] Advocati Eccleſiæ in Conciliis gaudent, definiendu[m] eſt, eane pro legitimis Conciliis, an ſecus hab[eri] debeant; nec vero, niſi *legitima* fuerint, pro ſub[ie]cto poteſtatis ſacræ haberi poſſunt.

(*a*) Pontificia poteſtas in Conciliis œcumenicis, quatenus conſiderantur ut obiectum eiusdem poteſtatis, neceſſario exerere ſe debet; quia ius ea convocandi penes illum eſt, qui convocatos *obligare* poteſt, ut compareant, ſi moraliter fieri poteſt; quæ conditio in omnibus ineſt poſitivis obligationibus. Dein ſummus Pontifex primatum auctoritatis & iurisdictionis æque in Conciliis habet, ac extra illa. Eccleſia univerſalis, quæ per Concilia œcumenica repræſentari debet, ſine Capite, quod habet, non repræſentatur; ac ſi vi promiſſionum Chriſti Eccleſia a fundamento ſuo nunquam dimovebitur, neque paſtor uno tempore cunctis ovibus exſpoliabitur, fruſtra confinguntur hypotheſes diſſenſus omnium vel longe maximæ partis Epiſcoporum a Pontifice, niſi aperta vi, tumultu, ac dolo res agatur. Igitur iuris pontificii eſt indicere, ac convocare generalia Concilia, iisdem per ſe aut legatos ſuos præſidere, atque ita ad res gerendas ac ſanciendas auctoritatem accommodare: Concilia, ſi iuſta cauſa ſuppetit, diſſolvere ac transferre; quia poſita cauſæ iuſtitia dubium non eſt, quin ex ipſo Concilio Patres ſibi adhærentes habiturus ſit; denique etiam confirmare ea, quæ in Conciliis ſancita ſunt; ſecus capitis cum corpore conſenſio, adeoque ipſa ratio Concilii œcumenici, quod univerſalem Eccleſiam, non utique acephalam repræſentare debet, deficeret. Hæc Pontificia confirmatio eam vim habet, ut defectus, ſiqui in convocatione ac celebratione intervenerunt, eatenus ſanet, ut definita in tali Concilio, ac confirmata a Pontifice non minoris auctoritatis ſint, ac quæ extra Concilium ab eodem definiuntur, aut ſanciuntur.

(*b*) Iura epiſcopalis poteſtatis circa generalia Concilia tanquam illius obiectum, ſita ſunt in iure ſuffragii ac voti deciſivi, in iure *proponendi*, cuius inſigne exemplum extat in Concilio Tridentino; (1) adeoque in iure, univerſali Eccleſiæ conſulendi, eoque modo participandi claves regni cœlorum. Unde neceſſario vocandi ſunt omnes Epiſcopi, ſaltem qui actu populum habent, & iurisdictionem exercent; nec tamen, ut generale haberi poſſit Concilium, neceſſe eſt, ut omnes omnino præſentes ſint. Maxima habetur ratio Patriarcharum maiorum, ſi in commu-

nione catholica conſiſtunt. Ceterum non tam ſpectatur numerus perſonarum, quam nationum & provinciarum, ex quibus Epiſcopi conveniunt; mod notabilis eorum numerus præſto ſit.

(*c*) Auctoritas ac conſenſus Principum ad celebranda Concilia generalia, eorumque, vel Oratorum, quos mittunt, præſentia multis ex cauſis requiritur, 1. u aptus tot epiſcopis, adſcitisque ſociis ac famulis de ſignetur locus. 2. Ut tutus ad eum ſit acceſſus. co piaque rerum ad ſuſtentationem ſufficiens. 3. Ut i tanto hominum numero cohibeantur rixæ, ac ſerve tur ordo & tranquillitas. 4. Ut eorum auctoritate a exitum atque executionem perveniant, quæ in Con ciliis geſta aut ſancita ſunt. Iure Romano cautum eſt, ne citra expreſſum Imperatoris conſenſum fre quentes cœtus cogantur. Hinc convocatio Concilio rum primis temporibus permiſſa eſt ſummis Princi pibus, qui ad eum finem literas, ut vocant, tracto rias & ſumtus ſuppeditarunt. Nihil tamen ſine con ſenſu ſummorum Pontificum tacito vel expreſſo actum eſt.

(*d*) Poteſtati ſupremæ legitimi Concilii œcumenici no poteſt non reſpondere interna ac perfecta obligatio eius definitionibus ac decretis ex animo ſe ſubiicien di, ac obtemperandi. Sed dicunt nempe, *ſi legitimu fuit Concilium*; *hoc autem ipſum ambiguum aut ob ſcurum aliquando eſſe.* Reſpondeo; ſiquid per vim & machinationes actum eſt, id quidem mox patebit ceterum ipſa confirmatio pontificia, & conſenſus mem brorum cum capite ſatis indicat, legitimum fuiſſ Concilium, cui refragari in rebus fidei nemo Catho licorum poſſit, neque in iis, quæ ad diſciplinam per tinent, niſi ex conſenſu ſummi Pontificis, aut ſi ob ſervatio fieret impoſſibilis. Sed maligni quidam Scri ptores tot præſcribunt conditiones, ex quibus obli gatio obtemperandi definitionibus ac decretis Conci liorum pendere debeat, ut de illis conditionibus vi unquam conſtare ſat certo poſſit; proinde omnis au ctoritas Conciliorum concidat. (2) Verbo, ſi, qu præſcribunt, rite expendantur, dicere poterunt cu Luthero: *via nobis facta eſt enervandi auctoritatem Con ciliorum, & libere contradicendi eorum geſtis, & iu dican*

dicandi eorum decreta, & confidenter confitendi, quidquid verum videtur, ſive probatum fuerit, ſive reprobatum a quocunque Concilio. (3)

(1) *Cum in Seſſ. XVII. adhibita eſſet formula:* proponentibus Legatis. *eaque non nullos motus excitaſſet, editum eſt in Seſſ. XXIV. Capitulum* 21., *quo iuri proponendi Epiſcopis competenti conſulitur.* Vid. Pallavicin. in Hiſt. Concil. L. XXIII. c. 2. n. 1. c. 5. n. 7. & 14. c. 6. n. 5. & c. 8. n. 5.

(2) *Dicunt: diſpiciendum eſt, an Patres legitime convocati ita ſe geſſerint in Concilio, ut cenſeri poſſint repræſentaſſe Eccleſiam - - Id a peritis iudicandum eſt ex integritate Patrum - ex hiſtoria colloquiorum - ex Actis Seſſionum - ex comparatione Concilii recentioris cum primis quatuor œcumenicis &c.*

(3) Prop. 29. inter damnatas a Leone P. X.

§. CCCXCVI.

Inſigne eccleſiaſticæ diſciplinæ caput efficit modus ac ratio creandi, conſtituendique novos Paſtores, ac Miniſtros Eccleſiæ, qui prioribus aut defunctis, aut depoſitis, aut ſponte renunciantibus ſurrogantur. Qua in re ſecundum doctrinam & uſum Eccleſiæ diſtingui neceſſe eſt inter electionem, ordinationem, ac miſſionem eorundem; quamvis enim ordinatio ac miſſio primis temporibus poſt electionem illico perageretur; tamen reipſa differunt, & ab ipſo Chriſto relate ad Apoſtolos non modo diverſis actibus, ſed etiam temporibus ſeiuncta fuerunt. *Electio* quidem ad munus vel dignitatem eccleſiaſticam eo ſignificatu hic ſumitur, ut diſtinguatur a modo acquirendi eandem per na-

turalem propagationem, uti fiebat in tribu Lev V. T. ab, hæreditaria item ſucceſſione, quam ſac Canones vehementer averſantur, aliove ſtato ſuc cedendi modo, ceu ex prærogativa ætatis. E igitur electio hoc loco deſignatio certæ perſonæ a eccleſiaſticam dignitatem, facta vel plurium eo iu re gaudentium ſuffragiis, aut libera alicuius colla tione, aut præſentatione vel nominatione laicorun maxime Principum. *Ordinatio* ſita eſt in ceremo nia ſacra, qua electi Miniſtri Eccleſiæ ad ſacrur miniſterium initiantur, & conſecrantur. Deniqu *Miſſio* aut *vocatio* dicitur, qua quis legitima au ctoritate adſcribitur certæ Eccleſiæ, & iurisdictio nem, partemque officii paſtoralis obtinet. Præcipu ad hunc locum pertinentes hæ ſunt poſitiones: (1)

(*a*) Ordinatio ac miſſio legitimorum Paſtorum tota pende ab auctoritate & poteſtate eccleſiaſtica; nam vi ſo lius electionis, niſi ordinatio & miſſio accedat, ni hil eccleſiaſtici miniſterii recte & valide obiri a quo quam poteſt.

(*b*) Ius conſtituendi Paſtores ad iura hierarchica Eccleſia pertinet; perinde ut in ſocietate civili ius conſtituen di officiales reipublicæ, nempe Miniſtros & Conſi liarios ad Iura maieſtatica referri debet. Populus qui dem præter Clerum inferiorem ad electionem Epi ſcoporum multis ſeculis admittebatur; at nullum un quam habuit verum electionis aut ſuffragii ius, ſe *optare* & *præoptare* poterat, *deſiderare*, a Clero, & comprovincialibus Epiſcopis, & a Metropolitano *ex petere*, & velut digito oſtendere certam perſonam quam præ ceteris magni faceret, & amaret: cui ſub iici, & a qua regi vellet; quod tum erat genus quod dam *poſtulationis*.

(*c*

(c) Imperanti civili ius eligendi vi maieſtatis competere non poteſt; ſed aut *iure quodam patronatus*, quod ipſum ex eccleſiaſtica origine deſcendit, aut ex ſingulari Eccleſiæ conceſſione vel privilegio, aut denique ex pactis & concordatis cum Eccleſia initis.

(1) Conf. CCCXXXV. CCCXLVII. CCCXLVIII.

§. CCCXCVII.

Si quis ultra Canonum literam, ut aiunt, & velut externum corticem in ipſum indaget ſpiritum, quem inſtar nuclei continent, & quo Eccleſia ſuos regit, ipſaque a Spiritu ſanctitatis regitur; cito deprehendet, non obſtante diſciplinæ varietate eundem omni loco ac tempore ſpiritum permanere, plenum ſanctitatis & alieniſſimum a terrenis, ac carnalibus cupiditatibus. Id viri docti, probique dudum animadverterunt de illo diſciplinæ genere, quo Eccleſia bona temporalia tum mobilia, tum immobilia liberalitate fidelium accipit, accepta cuſtodit, & adminiſtrat, & ad ſanctiſſimos fines deſtinat. Negari haud poteſt, rationem adminiſtrandi ea bona magnopere immutatam eſſe, ſi poſteriora ſecula octo vel novem cum prioribus conferamus. At quis inde concludet, aut ea bona naturam quoque ſuam immutaſſe, aut clericos, qui inſignem eorum partem pro ſuſtentatione ſua capiunt, aliter iisdem uti, aliosve in fines ea collocare poſſe, ac ipſa bonorum ſacrorum natura, & mens fidelium ea offerentium, ac ſpiritus & ſanctitas Eccleſiæ ea tum acceptantis, tum Miniſtris ſuis diſpenſantis exigit, ac

præſcribit? Ac de natura quidem eorum bonorum neceſſe non eſt, multis verbis diſſerere; plena ſunt enim de illo argumento monumenta ſacræ antiquitatis, imo & apertiſſima teſtimonia ſacrarum Scripturarum utriusque legis: (1) plenæ collectiones Conciliorum omnium temporum: plena Bullaria ſummorum Pontificum, plenæ bibliothecæ ſanctorum Canonum, plenæ compilationes & collectiones SS. Patrum, plena iuris corpora, capitularia Regum, codices legum etiam ſecularium. Ex quibus indubitato ac perſpicue conſtat, bona temporalia Eccleſiæ multo maiore ſecuritate atque inviolabilitate gaudere debere, ac quævis civilia, ſeu publica ſeu privata bona. Paucas addam animadverſiones.

(*a*) *Pecuniæ*, inquiunt, *ac poſſeſſiones Eccleſiarum & monaſteriorum nihil ſacri in ſe habent, nec conſecrationem, nec benedictionem; ac ſi haberent, tamen temporalia ſunt bona, neque naturam ſuam exuerunt, ex quo in Eccleſiam collata ſunt.* R. Etſi intrinſecam naturam non exuerint ea bona; at poſteaquam Deo ac religioni oblata ſunt, hauc induerunt proprietatem & velut moralem qualitatem, ut cenſeantur res Dei, & patrimonium Chriſti; ob quam moralem proprietatem ea violari ſine ſacrilegio haud poſſe, conſtans & uniformis omnium hominum, ætatum ac temporum ſententia erat. *Reddite*, inquit Chriſtus: *Deo, quæ Dei ſunt*; atqui *res Dei* œcumenica Tridentina Synodus bona Eccleſiarum vocat. Si nihil intereſt inter profana & eccleſiaſtica bona; quid eſt ergo, quod Chriſtus aſſeruit, & contra Phariſæos, adverſarios ſuos, tanquam rem exploratam ſumſit, a templo *ſanctificari* aurum, quod in templo eſt; & ab altari *ſanctificari* donum, quod eſt ſuper illud? (2) Conferantur loca S. Codicis ſupra citata.

(*b*)

b) Sunt Scriptores nonnulli, qui iura Principum circa Eccleſiarum & perſonarum ſacrarum bona, atque obligationes ita exaggerant, atque ex immutabili & æterna lege eousque deducunt, ut a damnata Marſilii Patavini & Ioannis de Ianduno opinione vix unum digitum abſint. Ea opinio erat huiusmodi: *quod illud, quod de Chriſto legitur in Evangelio beati Matthæi, quod ipſe ſolvit tributum Cæſari, quando ſtaterem ſumtum ex ore piſcis, illis, qui petebant didrachma, iuſſit dari, hoc fecit non condeſcenſive & liberalitate ſuæ pietatis, ſed neceſſitate coactus* (3). Maxime appoſita ad hunc locum eſt animadverſio eruditiſſimi Thomaſſini, ea S. Ambroſii verba expendentis: *agri Eccleſiæ ſolvunt tributum. - - Tollant eos, ſi libitum eſt: - - non dono, ſed non nego.* c. 27. XI. q. 1. Sic igitur ait Thomaſſinus: „Non neſciebat tamen Ambroſius, „altiori ab origine deſcendere, & inconcuſſis niti fun„damentis immunitatem Eccleſiæ ab omnibus prorſus „exactionibus, & muneribus, ut quæ in unam cum „Chriſto perſonam coaluerit, in eiusdemque filiatio„nis, libertatis, immunitatis ſocietatem adſcita ſit. „Ita enim & Chriſtus tributum ſolvit, & a ſe exigi „illud non potuiſſe, ſimul conteſtatus eſt. Ita cenſet om„nino Ambroſius, Eccleſiam Chriſti veſtigia lamben„tem, tributum, quod exprimitur, ſolvere; & de „ſua ſibi tamen intus plaudere immunitate ex Ponti„ficatus & totius ſacerdotalis miniſterii prærogativa. „*Non ſolvunt tributum* (Epiſt. I.) *quibus portio Deus* „*eſt. Ego nihil debeo Cæſari; quia nihil huius mun*„*di habeo. Nihil debuit Petrus, nihil Apoſtoli mei;* „*quia non ſunt de hoc mundo.* Ita ille negat, debe„ri a Chriſto, a Chriſti Miniſtris tributum, a quibus „ſolutum eſſe, ſolutum iri non negat, vitandi offen„diculi cauſa: *& tamen & ipſum perfectus, id eſt,* „*prædicator Evangelii iam non debebat, qui plus præ*„*dicabat. Non debebat Filius Dei, non debebat & Pe*„*trus in adoptionem adſcitus a patre per gratiam:* „*ſed ne ſcandalizentur, inquit, vade ad mare.* Ita er„go perſuaſum erat Ambroſio, a Chriſto, ab Eccle„ſia, a Clero tributum non deberi; ſed tamen ſolvi; „ſed tanto nobilius ſolvi, quod non debeatur." Hactenus Thomaſſinus. (4)

(c) *Neceſſitatem reipublicæ, unionem civilem, ob quam v*
res ac ſubſidia coniungi debeant, ac communem felic
tatem prædicant. Sentiunt, inquit P. Zech, (5) h
temporibus multi, quod ad Initium ſeculi XVI. ſe
tiebant turbulenti homines, quando ſeditioſi cont
legitimos Magiſtratus Ruſtici, ſuæ felicitati opes Cl
ricorum obſtare credebant, rati aurea ſecula reditur
ſi Eccleſiaſticis ſua bona adimerent. De unione civ
li acute diſſerit auctor *Vindiciarum iurium ſtatus eccl*
ſiaſtici circa temporalia, „publica, inquiens, ſubſid
„conſiſtunt in *ope*, vel in *opera*. *Opem*, ſeu rem co
„fert, qui pecunias, aut aliud quid pretio æſtimal
„le ad ærarium publicum, in quo nervus agendaru
„rerum reſidet, pro rata contribuit. Hinc fabric
„publicæ poſſunt ſartæ tectæ ſervari, ſalaria offici
„lium promi, bellum ſuſtentari, ceterisque public
„neceſſitatibus ſuccurri. *Operam* confert, quicunq
„vel publico fungitur officio, vel idipſum, quod a
„ære, ipſe labore, ſudore, induſtria, conſilio, ing
„nio procurat. In hunc cenſum veniunt Imperant
„Magiſtratus, Milites, & alii plures, qui vel nil
„ad ærarium publicum comportant, vel, quod ide
„eſt, tantundem aut plus ex eo recipiunt; & hab
„hoc commune ſocietas civium cum ſocietate con
„merciali; quod, quemadmodum in hac non ſingu
„pecunias contribuunt, ſed quandoque etiam ſol
„operas, negotiationem, navigationem, itinerati
„nem; ita pariter in illa. Nec immerito; utroq
„enim modo finis ſocietatis habetur. Et aliunde in c
„vitate diverſitas ſtatuum, facultatum, virium,
„conditionum debet attendi, & iuxta illam tax
„publica collatio.“(6) Nihil facilius, quam theoria
hanc applicare ad ſtatum eccleſiaſticum divinis mir
ſteriis, procurandæque hominum ſempiternæ felicit
ti intentum.

(1) Levit. XXVII. 16. 28. Ioel. III. 5. Malach. III.
Matth. XXII. 21. Ibid. XXIII. 17. 18.

(2) Matth. XXIII. 17. 18.

(3) In Bulla Ioannis P. XXII. apud Raynald. ad A. 132
Vid. Apparat. Theolog. p. 204.

(4

(4) De vet. & nov. diſciplina P. III. L. I. C. XXXIII. 12.

(5) De Iure Rerum Eccleſ. Sect. III. §. 9. ubi narrat, *ruſticos, qui conſpiraverant, hanc mutuæ agnitionis teſſeram habuiſſe, ut ſiquis eius turbæ percontatus eſſet ab alio*: was iſt nun für ein Weſen? *interrogatus reſponderet*: wir müſſen vor den Pfaffen nicht geneſen.

(6) Vindic. C. II. § 4.

§. CCCXCVIII.

Poteſtas Hierarcharum inſpectoria, legislatoria, et executoria, quæque in hac parte maxime continetur, poteſtas iudiciaria pro obiectis ſuis habent cauſas fidei, & diſciplinæ, dein perſonas & res eccleſiaſticas; cum tamen eadem poteſtatis genera diverſo modo ſeſe exerant, certisque regulis conformentur; idcirco hic ipſe modus diverſus, ratioque regularum, ſecundum quas exercentur, diſciplinæ eccleſiaſticæ pars, & eccleſiaſticæ iurisprudentiæ obiectum ſit. Ac

(*a*) Summus quidem Chriſti Vicarius ad exercitium triplicis illius poteſtatis ſibi adſciſcit Cardinales, creat Vicarios Apoſtolicos, mittit Legatos, Nuncios, Iudices delegatos, aut eos in provinciis nominat:

(*b*) Epiſcopi ſuos habent Vicarios, Archidiaconos, mittunt Viſitatores, Commiſſarios, creant Decanos, & Officiales diverſi generis, Conſiliarios, erigunt Conſiſtoria, quæ ope relationum, quas a Decanis & Parochis accipiunt, quandam ſpeciem perpetuæ Synodi dioeceſanæ præſeferunt; inprimis, ut in antiqua Eccleſia Presbyterium ſeu Senatum habebant; ſic modo in gravioribus cauſis Capitulorum cathedralium conſilium, aut conſenſum expoſcunt.

§. CCCXCIX.

§. CCCXCIX.

Forma iudiciorum eccleſiaſticorum tam civilium quam criminalium magnam partem ex diſciplina pen det, quæ pro temporum, morumque ratione, ea dem ſemper Eccleſiæ Spiritu permanente, tempe ratur. Eam formam *trituræ Forenſis* nomine explo dunt, deſpiciuntque, qui maligno erga ſanctam Ec cleſiam, atque univerſum ſtatum eccleſiaſticum an mo ſunt; (1) qua in re non modo ſummos Principe & Imperatores ſuperioris ætatis, nec ſolum torren tem ſapientiſſimorum Doctorum, ſed ipſos etiam paulo æquiores Proteſtantes ſibi adverſantes haben Neque enim iidem impium Lutheri factum, qu codicem iuris canonici publicis flammis exuſſit probaverunt. Enumeranda ſunt capita quædam ad poteſtatem iudiciariam Eccleſiæ pertinentia, qu in iure privato diſtinctius explicantur:

(*a*) Cauſæ criminales Epiſcoporum reſervantur ſumm Pontifici.

(*b*) Ad eundem datur appellatio, certa forma ac ratior ab inferioribus iudiciis Eccleſiæ.

(*c*) Negatur appellatio a ſententia Papæ ad futurum Con cilium.

(*d*) Quando de recurſu a iudice Eccleſiaſtico ad politicu Principem tractatur, expendenda ſunt ea, quæ ſta tui a Scriptoribus ſolent in Iure publico & Gentium de ſubditis, qui ſe a ſuo Principe iniuſte oppreſſo dicunt, implorantibus opem Principis exteri.

(*e*) De iure Aſyli illud magnopere mirum mihi videtur hodiernos Scriptores id paſſim ſuadere, ut capital

po

pœnæ per leges ſeculares in facinoroſos conſtitutæ mitigentur, minuantur, ac prope tollantur tanquam perniciosæ bono publico. At iidem cum de iure aſyli agitur, quo nonnullis delinquentibus ſuccurritur intuitu religionis ac divini honoris, & pietatis cauſa, exemplo ac imploratione manſuetudinis Chriſti; tum vero enormibus modis vociferantur, per aſyla cohiberi vim iuſtitiæ, offici ſecuritati publicæ, foveri ſceleratorum hominum audaciam, & pietatis obtentu perfugium præberi impietati. Ita hi quidem, qui a venia danda flagitioſis hominibus non abhorrent, tum fere inexorabiles ſe exhibent, quando veniam dari nomine ſacroſanctæ religionis, & per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti vident.

(1) *De forma canonica iudiciorum vide Corvinum in* [pr]*æfatione ad Ius canonicum per aphoriſmos explicatum.*

§. CCCC.

Diſciplinæ varietas circa eccleſiaſticas leges, uti [d]e hoc loco ſpectantur, in diverſa promulgationis [e]arundem forma potiſſimum conſiſtit. Neceſſariam [e]ſſe legis promulgationem, eamque ſufficientem, vi [c]uius ſubditis legiſlatoris voluntas queat innoteſce[r]e, ex principiis iuris publici univerſalis conſtat. [A]t lege naturali promulgationis forma non eſt præ[ſ]cripta, neque in Eccleſia conſtanter eadem obti[n]uit; ac quæ maxime accommodata temporibus & ſuf[fi]ciens ſit promulgatio, ex iudicio & voluntate le[g]iſlatoris deſumendum eſt. En præcipuos promul[g]andi modos, quibus Eccleſia uſa eſt.

(*a*) Olim decretalia Pontificum, Siricii, Innocentii, Leonis ad aliquarum duntaxat provinciarum Epiſcopos mittebantur; quæ tamen recepto more, vel adiecto mandato, ſubinde cum aliis atque aliis Epiſcopis communicata, ac toto orbe diſperſa ſunt. (1) Hinc epiſto-

ſtolis, quæ ita commearunt per provincias, additur fuit in manuſcriptis quibusdam: & *univerſis provinciis*: vel, *univerſis Epiſcopis*; etſi univerſis initio no eſſent inſcriptæ. Non igitur ulla *collectione*, aut ull codice, in quo decretalia continerentur, tum opu fuit; neque ullum extitiſſe probari poteſt, except Nicænorum & Sardicenſium Canonum coniunction Ac ſiqui Pontifices Prædeceſſorum ſuorum conſtitutio nes allegarunt, eas non e codice aliquo publico cuius nulla occurrit uspiam mentio, ſed ex apoſtol cis ſcriniis eduxere, vel ad eorundem ſcriniorum f dem provocarunt. (2)

(*b*) Uti codice opus non fuit ad promulgandas eccleſia ſticas leges, ſic neque ſynodo. Cum Pelagiani conque rerentur, ſubſcriptionem tractoriæ Zoſimi ab *univerſ Epiſcopis ſine congregatione ſynodi in ſuis locis ſedentibus* fuiſſe extortam, Auguſtinus reſpondit, ſatis eſſe hæreticorum damnationem innoteſcere; nec opus eſſe ut ſynodus congregetur.

(*c*) Hodierna promulgandi leges pontificias ratio fere in e conſiſtit, ut Bullæ promulgentur Romæ, affigantu in acie campi Floræ, & ad valvas Baſilicæ Apoſto lorum; necnon in Cancellaria Apoſtolica pro publi catis habeantur. Ob commercium dein urbis & or bis facile fieri poteſt, ut certa legis promulgatæ, at que authentica notitia ad provincias perveniat; ne que ea, quam antiquis temporibus viguiſſe diximus ratio promulgandi magis publica aut ſolemnis cenſe ri poteſt. Ac ſi de legibus *declaratoriis* ſermo eſt per quas nempe ſummus Pontifex ius divinum circ dogmata aut mores, e. g. condemnando theſes, vel li bros, aut ius poſitivum antea exiſtens declarat, & authentice interpretatur, certe ſufficiens eſt ea promul gandi ratio; cum ipſe S. Auguſtinus ſatis eſſe dudum pronunciarit, damnationem erroris factam in uno lo co in aliis innoteſcere. Ius enim authentice declara tum non *novum* exiſtimatur ius, ſed prius exiſtens nunc ita propoſitum, ut aliter exponi nefas ſit. (3)

(*d*) Sed quid? ſi leges, quæ declaratoriæ non ſunt, Ro mæ promulgatæ, in provinciis non promulgentur, etſ generales ſint? puto, ſubditos eo caſu ab obſervatio ni

ne legis in provinciis non promulgatæ regulariter excuſari ex præſumta voluntate ſummi Legislatoris, obſervationem legis in provincia non urgentis; (fieri tamen poteſt, ut eiusmodi præſumtio cedat veritati certo cognitæ de contraria voluntate legem ferentis.) Ob diverſas enim locorum aut temporum rationes uſuvenire poteſt, ut lex nova certo loco minime utilis ſit, aut ſine graviore detrimento in uſum deduci nequeat. Fundamentum huius præſumtionis de voluntate legislatoris ipſum ius ſcriptum ſuppeditat. (4)

(*e*) Non igitur id dico, eiusmodi legem ſpeciatim in provinciis non promulgatam vi obligandi carere, eo quod conſenſus deficiat ſubditorum; neque enim poteſtas ligandi a Chriſto tradita in Petro & Apoſtolis annexam habuit conditionem conſenſus; alias ipſi per ſe non ligarent, niſi ſubditi ſuo conſenſu recipientes legem, ſe ligari ſinerent; quod perinde eſſet, ac vim & poteſtatem legislativam Hierarchis adimere, & in ſubditos transferre.

(*f*) Si ex concordatis vel ex diurna regionum conſuetudine ipſis legislatoribus eccleſiaſticis non ignota, & ipſorum ſaltem tacito conſenſu approbata invaluit, ut leges aut decreta diſciplinæ vim obligandi non obtineant, niſi in iisdem locis fuerint promulgatæ: præſumendum eſt, eos ibidem, niſi expreſſe reſiſtant, noluiſſe abſolute novis legibus, aut decretis obligare: unde cum expedire credunt, ea recipi, curare ſolent, ut promulgentur, ac recipiantur.

(g) Si leges abſolute editæ non recipiuntur ab iis, qui parere debuiſſent: ne in publicum damnum animarum vertatur lex, quæ in bonum publicum edita fuerat; ipſo legislatore ſciente & non repugnante, ac tacite conſentiente fieri poteſt, ut eadem lex vim obligandi amittat, vel legitima præſcriptione, vel potius conſuetudine abrogetur. Atque hoc eſt, quod antiquiores Doctores aiunt, receptionem legis per uſum, vel acceptationem populi eſſe neceſſariam ad legis perfectionem, non eam quidem *ſubſtantialem*, ſed *accidentalem*, nempe ad firmitatem, & ſtabilitatem legis.

(1)

(1) Vid. Ballerinios in Append. Op. S. Leonis. T. II
P. II. C. I. n. 24.

(2) Conſtant. in Præfat. ad Epiſt. Rom. Pont. n. 44.

(3) Nov. 143. prope fin.

(4) c. 1. de conſtit. in VI. c. 5. de Reſcript. c. 6. de Præ
bend. c. 10. de for. Compet. c. 6. Diſt. IV. Conf. Bene
XIV. de Synodo diœceſ. L. IX. c. 2. 3.

§. CCCCI.

Ad diſciplinam Eccleſiæ, quæ varium uſum po
teſtatis inſpectoriæ, legislatoriæ, & executoriæ reſp
cit, quæſtio de *Placeto regio* referenda eſt; cum præ
ſertim ante ſchiſma ſub Urbano VI. exortum nullu
eius veſtigium deprehendatur; eo enim tempore, n
ab Antipapis, eorumque aſſeclis fraudes impune ad
mitterentur, ipſi Urbano viſum fuit perneceſſarium
ut de conſtitutionibus Apoſtolicis, an legitimæ fore
atque a vero Pontifice proficiſcerentur, Epiſcopi an
te iudicarent, quam executioni mandarentur. Prin
cipes quoque, ne populi a Pſeudo-Pontifice decipe
rentur, cavendum ſibi duxerunt, bullarum examine
(1) Si cauſa ceſſante ceſſat effectus, hæc quidem ra
tio pro hodierno placeti uſu nil penitus probat. S
ex intrinſecis iurium principiis, & principiorum ana
logia, & conſenſu res expendatur, nemo hominum
privatorum in ſtatu libertatis naturalis viventium, ne
que ulla gens alterius gentis conſilia, actiones, decre
ta inſpiciendi, & examinandi ius arrogare ſine iniuri
ſibi poteſt. Cum & poteſtates & res eccleſiaſticæ &
civiles diſtinctæ ſint, altera ab altera independens
utraque in ſuo genere ſuprema; profecto liquidiſſim

iu

ıris eſt, quod Gregorius II. in epiſtola ad Leonem ſauricum ſcripſit; *Quemadmodum Pontifex introſpiiendi in palatium poteſtatem non habet; - - ſic nec Imerator in Eccleſias introſpiciendi.* Ac dudum obſeravit inſignis Canonum Doctor Luſitanus, Feliciaus Oliva, ſi politicæ poteſtati ius placeti concedatur, ari, imo maiori ratione id concedendum eſſe poteſta- eccleſiaſticæ. (2) Excutienda ſunt argumenta deenſorum huius iuris.

(*a*) Plerique hodie id derivant *ex iure maieſtatico inſpectionis, imo ex obligatione cavendi*, nequid reſpublica detrimenti capiat ex negotiis Eccleſiæ. Sed cum iura maieſtatica ſint eadem in Principe infideli, aut alieno a catholica fide, quam catholico, erit iſtuc ius etiam illis attribuendum; quam male autem ſic quidem conſultum erit religioni & hominum ſaluti? Quo placeto uſi ſunt Apoſtoli, cum non modo fidem prædicarent, ſed diſciplinam informarent liberrima poteſtate? Intelligi nullo modo poteſt, quomodo Princeps, qui per baptiſmum Eccleſiæ iurisdictioni ſe ſubiicit, quidquam iuris adverſus eam iurisdictionem acquirat. Diverſa Eccleſiæ conditio ſub Imperante infideli; ac ſub Chriſtiano non internum & hierarchicum Eccleſiæ ſtatum, ſed externum afficit; quia ſub Chriſtiano Principe, qui obligationi ſuæ ſatisfacit, protectorem poteſtatis ſacræ, & vindicem, & legum executorem habet. De hoc iure cavendi dictum eſt §. CCCLXVI. Et quid mali præcavendum erit contra apoſtolicas conſtitutiones, quæ, ut Zypæus inquit, *pro ſalubri regimine Eccleſiæ maturis & repetitis deliberationibus ad tollendos abuſus cum magno decore domus Dei, incremento politiæ Eccleſiæ, & augmento iuſtitiæ ſecularis promulgantur?* (3) Quodſi periculi quidquam immineat, eius avertendi opportuna media nunquam deerunt, quin ius defenſionis & cautionis pro generali obtentu libertatis opprimendæ adhibeatur. Longe alias rationes protulit Zallweinius, quas defenſores placeti ſibi propoſitas ſæpe habent. (4)

(*b*) *Ad conſuetudinem provocant*; quaſi non omnes canones reprobarent conſuetudines, quæ in detrimentum

ſacræ poteſtatis inoleſcunt. *Quidquid contradicunt Epi- ſcopi*, (inquit cit. Zallwein.) *reclament pontifices; ce- dendum eſt præpotentiæ magnatum: ſola ratio ſtatus po- litici inſtar imperioſæ Saræ dominatur: dum e contrara- tio ſtatus eccleſiaſtici velut humilis Agar ſervire cogitur.*(5

(c) *Materia legum diſciplinarium eſt mixta*, inquiunt, & *ſtatum politicum reſpicit.* Si vocabulis res conficiend- eſt, pari argumento materia politicarum legum mi- xta appellari poteſt: cum ipſæ quoque conſcientiam naturalem morum honeſtatem, religionem, & iur Hierarcharum ſæpe afficiant. Sic & inter ſingulo homines in ſtatu libertatis degentes & inter natione negotia *mixta* vocabuntur; cum alterius opes, com- mercia, vires, incrementa etiam alteram quodam mod afficiant. Ita qui ex iure naturali publico Placetum derivant, ex eodem naturæ iure, omniumque iuriu analogia evidentiſſime confutantur, ut nihil reliqu habeant, niſi ut tacite ad ſyſtema territoriale Hetero doxorum confugiant, vi cuius princeps iura in re Eccleſiæ exercet; quia ea in ſuo territorio eſt.

(d) *Plerique Scriptores Vaneſpenium in hoc argument ſequuntur, exſcribunt, prædicant*; quippe qui tracta- tum de promulgatione legum eccleſiaſticarum edidit & pro iure Placeti tanquam pro aris & focis depu gnavit. Sed, inquit Emin. Cardinalis de Biſſy in In ſtructione paſtorali impreſſa Pariſiis a. 1722. *Qu audiens Eſpenium hic laudari, non protinus eum pr quopiam primæ claſſis antiquo Theologo acciperet, cu ius ſententia venerabilem habeat in Eccleſia auctorita tem? Et tamen Eſpenius ille non eſt, niſi iuris per tus, principiorum ſanæ doctrinæ parum gnarus, que factioni Eccleſiam hodie turbanti mordicus adhæſiſſe ne mo ignorat. Liber adeo ipſe, qui nobis hic obiicitu* (Tractatus de promulgatione legum) *anno primulu* 1712. *in lucem prodiit, eo utique conſilio, ut conſtitu tionem Unigenitus, quam tunc Romæ cudi ſciebat au ctor, in anteceſſum infirmaret. - - In hoc tractatu lu cubrationum e Novaturientium officina prodeuntiu character ſtatim dignoſcitur e ſtudio palpabili, invi diam conflandi ſummo Pontifici, eiusque auctoritate in contemtum adducendi.* Addam iudicium Zallwein de eodem Eſpenio: *Hortantur*, inquit, *Catholicos ut hunc auctorem caute legant, qui ſane exceſſivus e in extenſione huius placiti regii, & iure optimo ill Scriptoribus annumerari meretur, qui muſcas captant*

e

de umbra diſputant, intereſſe politicum etiam imaginarium ante oculos habent, atque hac ratione poteſtatem eccleſiaſticam ferme ad irritas redigunt: econtra politicam ultra ſuos fines quam longiſſime extendunt. (6) Eundem denique Eſpenium generalem placiti uſum in Belgio iactantem, mendacia mendaciis adglomerare oſtendit Zaccharia in Antifebronio Vindicato. (7)

(e) Ipſum generalem placiti uſum tanquam ubivis receptum in regnis obiectant, imo ultra verum exaggerant; nam in Belgio, inquit Franc. Zypæus doctor Belga, *ſi res, ut ſe habet, examinetur, ad nullius conſtitutionis legisve eccleſiaſticæ promulgationem placito principali opus eſſe iudicabit, qui non ex præiudicata aliqua opinione, ſed ex vero ſtatuere volet: nulla enim edicta id mandant quoad leges, conſtitutionesve apoſtolicas, ſed quoad reſcripta tantum privatis data, eaque non omnia, ſed beneficialia tantum; - - quæ ſubreptione, gratia & ſordibus ſæpe obtinentur; ut incommoda in his frequentia eſſe poſſint, non in illis.* (8) De Luſitania Schrodtus in Syſt. Iur. Publ. Univerſ. Febronium exſcripſit, aſſerentem, Regi Ioanni II. cum uſum videndi & examinandi Bullas abolere propoſuiſſet, regni proceres obſtitiſſe; ſed & Febronius & Schrodtus diſſimulat, quod *fruſtra* ſe oppoſuerint. *Luſitaniæ invictiſſimi Reges, ut ſcrupuli ceſſarent, circumſpectiſſime hoc ius aſſumendi literas apoſtolicas, eas detinendi perſæpe dictum modum omiſerunt. - - Ideoque in Luſitaniæ tribunalibus praxis hoc iure non utitur.* (9) In Gallia Bullas dogmaticas, quæque ad prohibitionem librorum ſpectant, conſtat ſine placito regio fuiſſe publicatas. In Hiſpaniis literæ apoſtolicæ multis in caſibus & negotiis (beneficialibus & iudicialibus) ante executionem ad regia tribunalia mittuntur, ut Cinquit ovarruvias, ſummopere cavendum monens, ne ea conſuetudo in maximum cedat animarum diſcrimen, & contra pontificii iuris divinam inſtitutionem. (10)

(1) Antifebron. Vindicat. T.IV. diſſ. XII. C. II. n. 3.

(2) Aliter, *inquit Oliva*, ſummus Pontifex poſſet per conſtitutionem generalem præcipere, ut nullum reſcriptum gratiæ impetratum a Principe ſeculari executioni mandaretur, niſi prius apud Epiſcopos præſentetur, & examinetur, an in præiudicium poteſtatis ſpiritualis aliquid contineat; quia non minor, ſed maior eſt eius poteſtas

 ad

ad hoc, quam Principis ſecularis ad illud. In Tract. de foro Eccleſ. edito a. 1678. P. I. q. 22. n. 19. *Primo nempe ad reſcripta gratiæ & iuſtitiæ privatis data adhiberi placitum cœptum eſt: poſtea extenſum ad decreta diſciplinæ, demum ad Bullas etiam dogmaticas. Quis credat, hoc quidem modo etiam libertati & iurisdictioni eccleſiaſticæ, non tantum auctoritati regiæ conſultum fuiſſe a Van-eſpenio; atqui id perſuadere nobis vult* Schrodtus in Syſt. Iur. Publ. P. II. C. V. §. 21. in nota.

(3) Analyſ. Iur. Pontif. L. I. tit. de Conſtitut. Tom. II.

(4) Princip. Iur. Eccleſ. T. I. q. IV. C. II. n. 5. Fœtus Politicorum eſt iſtud placetum regium, qui adulandi, placendi, atque iurisdictionis & propriæ & ſuorum Principalium ampliandi ſtudio, & fortaſſis occulto livore, invidia & odio, quo in auctoritatem eccleſiaſticam feruntur, nescio quæ pericula, præiudicia & damna bono publico metuenda fingunt, & ſuis Principibus ſub ſpecioſiſſimis rationibus ante oculos ponunt. Atque hi ipſi ſunt, quos motus & turbas excitant in publico.

(5) Loc. cit.

(6) Ibid.

(7) In Antif. Vind, l. c. *ubi Zypæo alter adiungitur Belga Peckius, inſignis olim in magno Belgii conſilio conſiliarius, qui in conſuetudinem exigendi placeti regii acriter invehitur his verbis*: Quam conſuetudinem & multas alias eiusdem farinæ non poſſe iure ſatis defendi puto; ut quæ libertati eccleſiaſticæ plurimum adverſantur, & proinde non valent apud iuſtos & catholicos iudices, qui timorem Domini habent, licet forte valeant apud eos, apud quos quidquid lubet, licet; & qui Eccleſiam oderunt, eamque Principibus ſecularibus libenter in omnibus ſubiicerent, confuſionem paſſuri in magno illo die, cum ad iudicandum eos veniet, cuius ſponſam hic contemſerunt, & iniuria affecerunt.

(8) Zypæus loc. cit.

(9) Felicianus Oliva loco cit.

(10) Quæſt. Practic. q. 35. n. 6.

INDEX
ERUM MEMORABILIUM LOCUPLETISSIMUS.

A.

Abdicatio ad modos amittendi Imperii refertur. 438.
bortus. Procuratio abortus naturæ repugnat. 181.
cceſſio eſt modus acquirendi originarius. Eius notio, & diviſio. 244. Species acceſſionis naturalis, *ibid.* induſtrialis, 245. & mixtæ. 246. *ſeq.*
cquirendi modus quid ſit, & quotuplex. 242. Modus acquirendi originarius & principalis eſt occupatio, 243. originarius vero, ſed acceſſorius acceſſio. 244. *ſeq.* Acquirendi modi derivativi ſunt diviſio, ceſſio, & traditio. 248. An ad modos acquirendi derivativos teſtamenta, ſucceſſio ab inteſtato, & præſcriptio. 249. ſeq.
ctio. Cum hominum actionibus conſecutiones quædam ex natura connexæ ſunt. 16. Appellantur hæ conſecutiones actionum momenta, vel motiva a Wolfianis. 17. Actiones hominum reſpiciunt, & attingunt perfectionem quamdam Dei. 19. Illuſtratur triplici actionum genere, ſcilicet, quæ proxime ad Deum, 20. quæ ad nosmetipſos, 21. & quæ ad proximum pertinent. 22. Actiones tum internæ tum externæ ad iurisprudentiam naturalem referendæ. 54. Propoſitiones hac ſuper re confixæ, & Ciceronis, ac Senecæ ſententiæ. 55. *ſeq.* Actionum moralitas completa ex quibus coaleſcat. 66. Actio humana externa ſine interna eſſe nequit: non tamen viciſſim. *ibid.* Quid actio bona, mala, ac indifferens. 67. In actione humana conſecutionum imputabilitas penſanda. *ibid.* Quæ actio valida, quæ irrita. 68. Actionis circumſtantiæ unde deſumantur. *ibid.* Quid circa fines, & cauſas impellentes in actione notandum. 69. Actionibus fines rationi conſentanei præfigendi. 70. Datur actio indifferens quoad ſpeciem, non item quoad individuum. 71. Quid actionis moralitas extrinſeca. 72. Qua ratione, menſura, & gradu actionum alienarum imputatio fiat. 84. *ſeq.* Quid actio deliberata. 95. Actus validi, & irriti notio. 111. Ad actus valorem requiritur

primo ius agentis. 112. Secundò conſenſus agentiu
313. *ſeq.* Ipſa actus apta materia. 117. *ſeq.* Ea, quæ v
metuve gravi fiunt, actum invalidum reddunt. 119. *ſe*
Actus ex eo, quod ſint prohibiti, non pariter irriti,
nulli ſunt. 123. *ſeq.* Declaratur exemplis. 125.

Actor. Actoris iura, & obligationes. 498.

Actus. Vid. *Actio.*

Adiunctio eſt ſpecies acceſſionis induſtrialis, fitque diver
modis. 245. Regulæ adiunctionis. 246.

Adminiſtrator. Vid. *Ærarium.*

Advocatus. Advocatorum iura, & obligationes. 500.

Æquivocatio verborum quid ſit. 191. Æquivocatione ſen
bili uti quandoque licet. 197. Certæ tamen ſervandæ ſu
cautiones. 198.

Ærarium. Adminiſtratores publicorum ærariorum quamna
obligationem habeant. 475. *ſeq.*

Æſtimatorius contractus quid ſit. 283.

Affinitas an iure naturæ irrita reddat coniugia. 367. *ſeq*

Aggreſſor iniuſtus vitæ occidi poteſt, ſervato moderami
inculpatæ tutelæ. 213. *ſeq.* Non tamen indiſcriminati
præcepta eſt hæc cruenta defenſio. 218. Item aggreſſ
membrorum, libertatis, & pudicitiæ cruentæ defenſio
ſubiacet, 220. In quibus caſibus defenſio cum ne
aggreſſoris bonorum fortunæ liceat. *ibid. ſeq.*

Alienatio. Facultas alienationis ex dominio profluit. 241

Alluvio eſt ſpecies acceſſionis naturalis. 245.

Ambiguitas. Vid. *Æquivocatio.*

Amor. Notio amoris. 145. Alius amor benevolentiæ, ali
concupiſcentiæ. *ibid.* In eo ſpectanda cum intenſio, tu
appretiatio. *ibid.*

Amor ſui ordinatus principium, & præceptum I. N. e
173. Amor ſui perverſus unde promanet. *ibid.* Quæ circ
ſui amorem notanda. 174. Obiectamenta quædam contr
amorem ſui, & proximi diſſipantur. 175.

Anarchia. Vid. *Status.*

Animal. An damnum ab animali datum reſtitutioni
obligationem inducat. 302. *ſeq.*

Animus. Quænam in animo inſint. 2. Affectiones eius alia
ſunt tranſeuntes, permanentes aliæ, & quænam illæ. 3

Apoſtolatus. Inſtitutio Apoſtolatus. 661. In hac inſtitution
ratio muneris Epiſcopalis, & ratio Apoſtolatus cum extra
ordinariis iuribus, ac donis coniuncta diſtinguendæ ſunt
662. Functiones Apoſtolatus præcipue conſiſtebant in præ-
dicatione fidei, adminiſtratione Sacramentorum, & mo-
rum

rum inſtitutione. 664. 665. Præterea ordinarunt politiam ſacram. 668. Elegerunt miniſtros & ſucceſſores. 669. Egerunt conventus. 672. Curam aliquam temporalium geſſerunt. 675. Cuncta ad finem Eccleſiæ egerunt. Erat proin eorum poteſtas ſacra inſpectoria, legiſlatoria, & executoria. 681. Apoſtolorum poteſtas alia erat extraordinaria, 692. alia ordinaria ad Epiſcopos propagata. 695.

Arcanum. Eius notio, 191. & obligatio. 192.

Archiepiſcopus. Quid hoc nomine olim, quid hodie deſignetur. 707.

Ariſtocratia. Eius notio. 412. Dividitur in urbicam, & provincialem. 425. Commoda eiusdem, *ibid.* incommoda & morbi. 426.

Ariſtoteles. Eius opinio de origine civitatum, & imperii. 392.

Arma. Num dentur quædam arma, quæ ſtricto iure naturæ prohibita ſint. 609.

Armiſtitium quo modo differat ab induciis. 614.

Arrha immutat contractuum formam. 277.

Articuli. Vid. *Fides.*

Aſſecurationis contractus quid ſit. 283.

Atheiſmus. Atheiſmum proprie peccatum non eſſe impie docuit Hobbeſius. 144.

Atheus an Dei legibus non ſubiaceat. 146.

S. *Auguſtinus* quomodo Manichæos iure naturali æque, ac divino vetitum omne bellum adſerentes refutarit. 600. 601.

Autochiria iure naturæ repugnat. 180. *ſeq.*

Autonomia. Eius notio. 165. Nullum pro ea ius internum militat. 166.

Avulſio. Vid. *Coalitio.*

B.

Barrataria. Crimen barratariæ quid ſit. 503.

Beatitas. Beatitatis veræ characteres. 11. Fucata beatitas ſtatus civilis ex S. litteris deſumta, 458. *ſeq.* ac non ſine religionis detrimento male quæſita. 461. *ſeq.*

Bellum. Belli publici notio. 595. Ius belli Imperanti privative competit. 596. Bellum debet eſſe extremum ſalutis expediendæ remedium. *ibid. ſeq.* A quibus ius belli impugnatum fuerit. 600. Ius belli gentibus a natura conceſſum eſt. 601. Quæ iuſta belli cauſa non ſit. 603. *ſeq.*

Uſus iuris belli. 606. Non poteſt dari bellum ex utraque parte iuſtum, bene vero fieri poteſt, ut ſit bellum ex utraque parte iniuſtum. 607. Modus ac forma belli. Quo armorum genere uti liceat; quid in perſonas hoſtium, quid in eorum res, ac bona citra crudelitatem bellicam fieri poſſit. 609 610. Quid in bello circa ſocios, auxiliares, ac Neutrales iuſtum ſit. 611.

Benedictus XIV. R. P. Num tota eius contra duella conſtitutio directa fuerit contra P. Stadleri tractatum de duello. 231.

Bigamia quid ſit. 360.

Blasphemia. Huius delicti religioni oppoſiti notio, & diviſio. 168.

Bona. Triplex genus bonorum exponitur. 204. Communionem bonorum non reducit ius neceſſitatis. 208. *ſeq.* Bona fortunæ an defendere liceat cum nece raptoris. 220 *ſeq.* Bona incerta ex delicto cui reſtituenda. 327. Quo ſenſu bonum privatum publico cedere debeat. 342.

C.

Caietani relatio de quadam Hiſpaniæ Principe abortum faciente. 295.

Calumnia. Eius notio. 185.

Cambium. Notio Cambii. 282.

Caritas. Vid. *Obligatio.*

Caſus fortuitus a culpa ſecernendus. 294.

Cauſa immutat contractuum formam. 277.

Ceſſio eſt modus derivativus acquirendi. 248.

Chirographarius contractus quid ſit. 283. Chirographarii Creditores poſtponendi ſunt hypothecariis quoad faciendam reſtitutionem. 329.

Cicero. Ciceronis de ſtatu naturali verba. 10.

Circumſtantiæ actionis unde pendeant. 68.

Cives, Civium diverſæ ſunt claſſes: ſcilicet quæſtuoſa, 411. ſenatoria, & militaris. 412. Civium erga Concives officia. 446.

Civitas Origo civitatis non eſt a iure naturæ præceptivo. 406. Adverſariorum obiectiones ſolvuntur. 407. *ſeq.* Variæ variorum ſententiæ de origine civitatis, & Imperii. 409. Notio diſtincta civitatis. 411. Eiusdem materia, *ibid.* forma, & ſubiectum. 412. Cauſa efficiens, *ibid.* & finis. 413. Civitatis Proprietates ſunt, quod ſit ſocietas pactitia, inæqualis, & rectoria, omnium Societatum eiusdem generis

ris perfectiſſima, 414. perpetua, ac Perſona moralis. 415. Legum civitatis diviſio. *ibid.* Unio civitatum vel eſt incorporativa, vel non incorporativa. 421. Quid & cuius indolis ſit ſyſtema civitatum. *ibid.* Quid circa notionem civitatis regularis, & irregularis notandum. *ibid.* In comparandis formis duo ſunt ſecernenda, nempe commoda civitatis, ac morbi, ſeu vitia earumdem. 423. *ſeq.* Quid civitas electiva, ſucceſſiva, & mixta. 434. Quæ quoad civitatem electivam notanda, 435. & quæ quoad civitatem ſucceſſivam. 436. Finis civitatis in in- & externa ſecuritate conſiſtit. 449 *ſeq.*

Clauſula vel lex commiſſoria ad modos amittendi Imperii refertur. 438.

Coactio quid ſit, & unde proveniat. 79. In mentem, & actus internos cadere non poteſt. 80. Quid coactio minus propria. *ibid.*

Coalitio eſt ſpecies acceſſionis naturalis. 245

Cognitio. Differentia inter cognitionem theoreticam, & practicam. 98. Practica cognitio ſæpe generalis eſt, & dictamen practicum remotum nominatur. 99. Cognitio theoretica, vel practica a iudicio theoretico, vel practico diſcrepare videtur. *ibid.* Exempla cognitionum theoreticarum, & practicarum. 100.

Collegium. Notio collegii. 346. Non excludit Directorium. *ibid* Requirit diverſi generis conventus, vota, & ſuffragia. *ibid. ſeq.* Quæ circa hæc notanda. 347. In quo differat Collegium a ſocietate inæquali. 349. Quid Collegia irregularia. *ibid.*

Colliſio. & ordo obligationum naturalium. 54. *ſeq.*

Commercium. Commerciorum natura, & antiquitas. 564. Eorumdem libertas: item notiones ad commercia pertinentes. 565. *ſeq.*

Commodatum. Notio commodati. 282.

Communio. Communionis primævæ, quæ negativa dicitur, notio. 234. Qua ratione turbetur, & tollatur. 235. Idea communionis poſitivæ, & mixtæ. 236. Quibusnam ex cauſis, & quo iure primæva communio ſublata ſit. *ibid. ſeq.* Communionis primævæ reliquiæ, item ius reſiduum ex eadem communione. 247.

Communitas. Obligationes ſubditorum cum negativæ, tum affirmativæ erga communitatem. 445. *ſeq.*

Concluſum. Vid. *Votum.*

Concubinatus. Vid. *Luxuria.*

Concupiſcentia antecedens voluntarium auget, & liberum minuit. 77.
Concuſſio. Crimen concuſſionis, quid ſit. 503.
Conditio. Conditionis, prout ad formam contractuum pertinet, notio, & diviſio. 273. Quænam vim propriæ conditionis non habeant. 274.
Conductio quid ſit. 282.
Confuſio eſt ſpecies acceſſionis induſtrialis. 245.
Coniuges. Coniugum officia particularia, & communia. 370. *ſeq.*
Conſanguinitas an iure naturæ irrita reddat coniugia. 367. *ſeq.*
Conſcientia quid ſit. 98. Alia eſt antecedens, alia conſequens. *ibid.* Conſcientia alia certa, probabilis, & dubia, alia erronea, alia tuta, 102. alia ſcrupuloſa, alia perplexa. 103. Quid ſit agere contra, ſine, vel non ex conſcientia. *ibid.* Quæſtio de conſcientia probabili dilucidatur. 105. *ſeq.* Conſcientia conſequens vel accuſans, vel excuſans eſt. 110.
Conſenſus ad actus valorem requiſitus voluntatem internam efficacem deſiderat. 113. Præſumptus non ſufficit, ſi perſonalem actus requirit. *ibid.* Quæ conſenſui officiant. *ibid. ſeq.* Qualis conſenſus ad pactum, ut ſubſiſtat, exigatur. 270. Cuiusmodi eſſe debeat conſenſus ad matrimonii valorem requiſitus. 365.
Conſilia unde deducantur. 19. 28. Ipſa natura virtutis, atque perfectionis conſilia proponit, quin tamen ad obligationes naturæ ſint referenda. 29. Illuſtratur verbis Nazianzeni. *ibid.*
Conſiliarii. Conſiliariorum in ſtatu civili neceſſitas. 480. Ius eos eligendi Imperanti competit, ſervata tamen ſumma circumſpectione. 482. Etiam perſonæ eccleſiaſticæ quoad negotia politica conſilia dare poſſunt. 483.
Conſilium in quo a lege differat. 519. Vid. *Imputatio. Reſtitutio.*
Conſultatio quid ſit. 95.
Contemtus. Notio contemtus. 185.
Contractus alii nominati, alii innominati. 281. Nominati alii ſimplices, alii compoſiti. 282. Simplices alii benefici, alii permutatorii. Quæ ad utrumque referantur. Quænam ſint ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia in ratione ſpecifica contractus. 285. Contractuum leges quanam ratione applicentur ad datum negotium ſingulare. 286. Quid facto opus, ſi poſt initum contractum res noſtræ, & alienæ ſimul pe-

periclitentur. 308. *ſeq.* Quid circa æqualitatem contractuum notandum. 309. *ſeq.*
Contributiones. Contributionum publicarum cauſæ, & fines. 469. Fontes, ex quibus hauriendæ, pro diverſitate regionum & temporum diverſi. 471.
Contumelia. Notio contumeliæ. 185.
Conventus. Conventuum, quos exigit collegium, diverſitas. 346.
Convitium. Notio convitii. 185.
Corpus. In corpore humano quæ præcipue ſpectanda. 2. Corporis cura, & incolumitas inter naturæ obligationes reponenda. 178. *ſeq.* Hinc mutilatio, vulneratio, læſio proprii, vel alieni corporis naturæ repugnat. 181. In quibus caſibus hic exceptio obtineat. 182.
Creator. Vid. *Deus.*
Creditor. Vid. *Reſtitutio.*
Culpa quid ſit. 95. Dividitur in theologicam, & iuridicam, item in latam, levem & leviſſimam. 96. In æſtimanda culpa magna circumſpectione opus. 293. An culpa iuridica merito ita vocitetur. 294. Ex quanam culpa obligatio reſtitutionis emergat. 296. An ex ſola culpa theologica, non item iuridica reſtitutionis onus reſultet? 297. *ſeq.* Pro diverſitate contractuum diverſa culpa præſtanda. 305. *ſeq.* Qualem culpam præſtare debeant dantes prava conſilia. 317.
Cultus Deo debetur internus. 145. *ſeq.* Cultus externi requiſita, & genera. 148. *ſeq.* Item obligatio, & fundamenta. 151. *ſeq.* Cultus alius directus, alius indirectus. 153.

D.

Damnum quid ſit. 44. Quot modis cauſari poſſit. 248.
Debitor. Vid. *Reſtitutio.*
Defenſio cruenta ad ſui iuſtitiam quænam exigat. 213. Iuſtitia interna cruentæ defenſionis contra invaſorem vitæ adſtruitur, & ab obiectis vindicatur. 215. *ſeq.* Indiſcriminatim præcepta eiusmodi defenſio dici nequit. 218. Extendit ſe etiam ad membrorum, libertatis, & pudicitiæ conſervationem. 220. Quid circa defenſionem bonorum fortunæ ſit ſentiendum. *ibid. ſeq.* Quid de defenſione famæ notandum. 223. *ſeq.*
Defraudatio. Defraudationis notio, & diviſio. 265.
Deliberata actio quid ſit. 95.
Democratia. Eius notio. 412. Eiusdem commoda, & incommoda, ſeu morbi. 424. *ſeq.*

Demon-

Demonſtratio immutat contractuum formam. 277.
Depoſitio an ad modos amittendi imperii referenda. 439.
Depoſitum. Notio depoſiti. 282.
Deſperatio quid ſit. 146.
Deſpota quis dicendus. 427.
Detractio. Notio detractionis. 185.
Deus. qua ratione ſeipſum negare non poſſit. 23. Ut Creator omnium facto triplici gradu attingitur. 128. Eſt in omni genere perfectiſſimus, & nulla re indigens. 129. Provide omnia gubernat, 131. ac finis eſt hominis ultimus, ſolaque vera felicitas. 133. *ſeq.* Dei perfectiones quanam ratione manifeſtentur. 136. *ſeq.* Finis illuſtrandi Dei gloriam communis eſt omnium hominum. 139. Officia erga Deum theoretica proponuntur. 142. Item practica interna, 145. & externa, inter quæ cultus externus, 148. *ſeq.* quique ſummo iure Deo debetur. 151. *ſeq.*
Dictamen practicum remotum quid ſit, & quid ultimum, quid reflexum. 99. Dictamen ultimum de honeſtate, vel licentia actionis certum eſſe debet. 103. Corollaria inde deducta. 104.
Diei, in quantum pacto adiicitur, notio, & diviſio. 275. Quæ circa diei adiectionem notanda. 276.
Dignitas. Dignitates conferendi ius Imperantis eſt. 485. Notionum de dignitate analyſis. *ibid.* In dignitatum diſtributione digniores præferendi. 486. Quid de variis viis perveniendi ad dignitates. 488. *ſeq.* Vid. *Officiales.*
Diligentia. Eius notio. 95. Dividitur in abſolutam, & hypotheticam. *ibid.*
Disiunctio immutat contractuum naturam. 277.
Diſpoſitio morientis, & mortis cauſa, in qua differant. 250.
Diviſio eſt modus acquirendi derivativus. 248.
Diviſio rerum. Vid. *Dominium.*
Dogma quid ſit. 153. 519.
Dolus quid ſit. 96. 288. Dividitur in apertum, & præſumtum. *ibid.*
Dominium rerum quid ſit. 40. Dominia rerum, & bonorum diviſio quanam ex cauſa, & quo iure ſint introducta. 236. *ſeq.* Dominii notio. 239. Corollaria eiusdem, ac iura ſpecialia; item dominii multiplex diviſio. 240. Dominii putativi, vel interimiſtici notio, & quæ ad illud revocantur. 257. *ſeq.* Delicta iuri dominii contraria. 264. *ſeq.* Dominii alti, ſeu eminentis notio. 352. Dominii Gentium confecta-

ctaria. 578. *ſeq.* Unde certitudo dominiorum publicorum derivanda. 584. *ſeq.*

Duellum. Duelli notio, & variæ ſpecies. 225. Eſt medium ineptum defendendi famam, nec rationem defenſionis habet. 227. Et eſt iuri naturali repugnans. 229. *ſeq.*

Dyarchia repugnat. 432.

E.

Eccleſia. Notio Eccleſiæ. 627. Origo, & fundatio Eccleſiæ divina eſt. 629. Fundationis tabulæ ſunt Traditio, & Scritura. 632. Unitas eſt prima notarum, quibus vera Eccleſia a falſis ſectis ſecernitur. 633. Hæc unitas ſita eſt in Profeſſione unius fidei, *ibid.* Communione eorumdem bonorum ſpiritualium, 635. ſubiectione erga unum, idemque Imperium ſacrum. *ibid.* Altera nota eſt ſanctitas. Hæc effulget in doctrina fidei, & morum, 636. in vita, ac morte eminentiorum Eccleſiæ membrorum, 637. in gloria miraculorum. *ibid.* Quæ Leyſerus opponit, diſſolvuntur. 638. Tertia nota eſt Catholicitas, ſive Diffuſio per totum terrarum orbem. 640. Hæc univerſalitas non mathematice, ſed moraliter ſumi debet, *ibid.* nec pendet ex fide, & numero ſummorum Imperantium. 641. Catholica Eccleſia cenſeri non poteſt factio hominum Eccleſiæ rebellium uno terræ tractu concluſorum. *ibid.* Quarta demum nota Eccleſiæ eſt Apoſtolicitas; ut ſcilicet tam doctrinam, quam poteſtatem ordinis, & iurisdictionis ab Apoſtolis derivet. 641. *ſeq.* Eccleſia ſemper impugnatur, nunquam expugnatur. 644. *ſeq.* Conſectaria huius veritatis. 647. Illuſtris locus S. Leonis M. adfertur, quo Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum ad continuandam ulterius Epiſcopalem ſolicitudinem adhortatur. 648. Indefectibilis eſt Eccleſia tum paſſive, tum active. 649. Ut Eccleſia ſit, maneatque Una, Sancta, Catholica, & Apoſtolica, a Chriſto inſtituta eſt Poteſtas ſacra, & Imperium ſacrum. 651. *ſeq.* Ut Eccleſia, ſic poteſtas ſacra in Eccleſia durabit ſemper. 682. Unitas Epiſcopatus in Eccleſia. 711. *ſeq.* Claves Eccleſiæ datæ ſunt uni, & unitati. Quomodo hoc ſit intelligendum. 715. Quomodo PP. ſint explicandi, dum aliquando dicunt, claves *Eccleſiæ* datas fuiſſe. 716. Quænam regiminis forma obtineat in Eccleſia. 739. *ſeq.* Eccleſia peculiarem, ſupremum, & independentem ſtatum conſtituit, nec repugnat dari ſtatum in ſtatu. 747. *ſeq.* Unitas caritatis, & communionis neceſſaria eſt in Eccleſia.

ſia. 773. In quibus utraque conſiſtat. 774. Hæc unitas tollitur per ſchiſma, 777 & per excommunicationem. 781 Membra Eccleſiæ quæ? 786. Sectariorum conventicul non ſunt Eccleſiæ veri nominis. 789. Cauſæ diſſenſioni eorum. 791. Diſciplina Eccleſiæ quid ſit. 801. Inter præcipua diſciplinæ iſtius capita eſt exercitium religionis, & pietatis. 802. Alterum diſciplinæ caput in politia Cleri ſitum eſt. *ibid.* Tertium diſciplinæ caput efficit regimen eccleſiaſticum. 803. Quartum diſciplinæ eccleſiaſticæ caput collocari poteſt in uſu, & adminiſtratione temporalium bonorum. *ibid.* Eccleſia iudicat, quid divini Iuris, aut diſciplinæ ſit. 804. Eadem determinat diſciplinam. 805. Regulæ de mutatione diſciplinæ. 806. Falſa quorumdam Principia & dicta. 808. Impedimenta dirimentia matrimonii ad diſciplinam pertinentia. 812. Miniſtri Eccleſiæ quomod conſtituantur. 821. Quid circa bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, & fruitionem tenendum. 823. Form iudiciorum eccleſiaſticorum. 828. Promulgatio legum Eccleſiaſticarum. 829. Referuntur præcipui promulgandi modi, quibus Eccleſia uſa eſt. *ibid.* Placetum regium an ſ neceſſarium pro uſu poteſtatis ſacræ. 832.

Electio. Vid. *Suffragium.*

Emporia quid ſint. 566.

Emtio, venditio quid ſint. 282. Quid emtio ſpei. 284.

Emphyteuſis. Notio. 283.

Epiſcopi. Apoſtolorum poteſtas ordinaria derivata eſt ad Epiſcopos. 695. *ſeq.* Quibus limitibus coarctetur Poteſtas epiſcopalis. 733. *ſeq.* An poteſtas Epiſcoporum immediate ſi a Deo. 743. *ſeq.* Debent examinare doctrinas de rebus ſacris, prohibere libros, quibus doctrina fidei vel morum impugnatur &c. 764. Modus, quo ſuam poteſtatem iudiciariam exercent in tuenda doctrina fidei, & morum non idem perpetuo obſervatur. Exempla iſtiusmodi varii procedendi modi. 765. 766. Maxima debet eſſe Epiſcoporum in conſervanda fidei, morumque puritate cura, & auctoritas. 769. Bina proferuntur epiſcopalis ſtudii, ac libertatis pro tuenda doctrinæ puritate exempla. 770. Quomodo Epiſcoporum poteſtas ad conſervandam unionem in Eccleſia ſeſe exerat. 785. Epiſcopi neceſſario vocandi ſunt ad Concilia, & gaudent voto deciſivo. 819.

Error quid ſit, & quotuplex. 75. Error circa ſubſtantiali actum nullum reddit. 115. *ſeq.*

Exarchi, quinam hoc nomine veniant. 707.

Excom

Excommunicatio quid ſit. 781. Hanc pœnam inflixit S. Paulus Corinthio inceſtuoſo. 782. Vis excommunicationis. *ibid.* Eadem pœnæ vis illuſtratur congerie ſimilium. 783. Proponuntur exempla timentium, ut par eſt, excommunicationis pœnam. *ibid.*

F.

Fama. Famæ notio, & diviſio. 184. Homini ad famam ius perfectum competit, cavendum tamen, ne per exceſſum peccetur. 187. Obligatio naturalis eſt abſtinere a læſione famæ alienæ. 188. Varii caſus quoad famam tuendam. 224. *ſeq.* Ad eam defendendam duellum ineptum medium eſt. 227. *ſeq.*

Familia unde coaleſcat. 396. Fines, iura, & obligationes familiæ. 398. *ſeq.*

Fenelonius Illuſtriſſimus in præclara ſua oratione in conſecratione Electoris Colonienſis habita genuinam Advocatiæ Principibus competentis ideam exhibet. 755. 756.

Feudum quid ſit. 283.

Fideiuſſio quid denotet. 282.

Fides. Quid articuli, & ſymbolum fidei. 153. Fides relate ad gentes triplex eſt. 567.

Fiducia. Fiduciæ erga Deum, quæ opponantur, & quæ eidem ſint affinia. 146. *ſeq.*

Finis, quis hominibus in hac vita ſit præfixus. 11. *ſeq.* In finibus certi gradus, & ordo obſervandi, atque finium, mediorumque comparatio facienda. 12. Notio finis. 68. Quid finis negative, & poſitive ultimus; primarius, & ſecundarius. 69. Fines proprii, & interni actionis a cauſis impellentibus diſcernendi. 70. Actionibus fines rationi conſentanei præfigendi. *ibid.* *ſeq.*

Fiſcus. Quid fiſci nomine intelligendum veniat. 470. *ſeq.*

Fœdus. Notio fœderis. 586. Vid. *Gentes.*

Fœtura eſt ſpecies acceſſionis naturalis. 244.

Fornicatio. Vid. *Luxuria.*

Fortuna. Vid. *Bona.*

Fructus. Multiplex diviſio fructuum. 258. *ſeq.* Quos fructus poſſeſſor bonæ fidei reſtituere teneatur. 260. Quos malæ fidei. 261.

Fur. An furi res furtiva bona tamen fide, & oneroſo titulo comparata reſtitui poſſit etiam tum, cum amittendi pretii periculum adſit. 327.

G.

Gentes. Notio gentis. 547. Quibus hæc notio non competat 548. Gentes ut perſonæ morales conſiderandæ. *ibid*. Earumdem iura, obligationes, negotia & actiones. 549. Iuris Gentium definitio. 552. In quo diſcrepet a iure naturæ privato 553. Quid de iure Gentium conſuetudinario & pactitio *ibid*. Diverſa Gentium officia. 555. *ſeq*. Quænam quoad imperfecta Gentium officia notanda, & qua ratione abeant in perfecta. 557. Æqualitas Gentium in earundem iuribus perfectis primo loco occurrit, 558. dein ius libertatis & independentiæ, 560. ius conſervationis, & perfectionis. 561. Ius utendi mediis ad finem neceſſariis 563. Inter hæc commercia reponenda, & libertas eorumdem. 564. 565. Ius exiſtimationis ac gloriæ Gentium earumque triplex fides. 566. 567. Officia Gentium perfecta & imperfecta quoad perfectiones mentis. 568. Officia earundem imperfecta, horumque motiva & obiecta. 569 Ius occupandi gentibus eminentiori modo competit. 571 Quænam quoad huius iuris exercitium notanda. 573 Conſectaria dominii Gentium. 578. *ſeq*. Præſcriptio inter Gentes an vim habeat. 581. Notio pacti & fœderis in iure Gentium. 586. In Gentibus ius paciſcendi obtinet quod penes Imperantem reſidet. *ibid*. Conſenſus ad pacta Gentium requiſitus. 588. Item materia eorumdem pactorum. 589. Diviſio pactorum Gentium diverſa. 590. Fides in iisdem ſervanda, 591. item cautiones diverſi generis 593. *ſeq*. Ius belli Gentibus a natura conceſſum eſt. 601 *ſeq*. Gentes habent ius communicandi inter ſe. 620. Id exerceri nequit ſine legationibus. 621. Ius legationum Gentibus ab ipſa natura tributum eſt. 623.

S. Gregorii Nazianzeni ad iocum Iuliani Imperatoris reſponſio. 29.

S. Gregorii P. VII. de regum & Ducum origine ſententia a malevolis in malum ſenſum detorquetur. 410. *ſeq*.

Grotius (Hugo) minus recte de teſtamento diſſerit. 250

H.

Hæres an & quandó ex defuncti delicto ad pœnam teneatur. 510.

Hierarchia delineatur & determinatur ſubiectum poteſtatis a Chriſto inſtitutæ, & ad poſteros transmiſſæ. 697. *ſeq*

obbeſius. Eius hypotheſeos præcipua capita circa I. N. adducuntur, refutanturque. 56. *ſeq.* Impie docuit, Atheiſmum proprie peccatum non eſſe. 144. Item: Atheos non ſubiici Dei legibus. 146. Originem poteſtatis parentalis in prolem male a iure victoriæ, & occupatione repetit. 380. Eiusdem de origine ſervitutis paradoxa opinio. 393. Item de cauſa efficiente civitatis. 412.

omicidium naturæ iuri repugnat. 180.

omo. Quænam homini extrinſecus adhæreſcant. 3. Triplici vinculo cum Deo, ſecum ipſo & cum hominibus aliis coniungitur. 5. *ſeq.* Homo Deo adnectitur ut Creatori, 128. *ſeq.* Gubernatori, 131. ac fini ultimo. 133. *ſeq.* Omnes homines tenentur illuſtrare divinam gloriam. 139.

onor. Vid. *Fama.*

ypothecæ notio. 284.

ypothecarii creditores præferendi ſunt Chirographariis in materia reſtitutionis. 329. Quid ſi plures ſint hypothecarii? *ibid.*

I.

norantia quid ſit. 75. Dividitur in antecedentem, concomitantem, ſubſequentem, vincibilem, invincibilem, affectatam, craſſam & ſupinam, negationis, privationis, iuris & facti. *ibid.* Invincibilis & antecedens tollit voluntarium. 76.

npedimenta matrimonii. 29. Penes poteſtatem Eccleſiæ ſupremam & rectoriam eſt, iure proprio & intrinſeco ſtatuere impedimenta dirimentia matrimonii. 814. Penes poteſtatem politicam eſt ſtatuere impedimenta matrimonii pro ſubditis infidelibus, quorum coniugiis ineſſe non poteſt ratio Sacramenti: pro fidelibus item ſubditis impedimenta relate ad effectus civiles, non autem relate ad vinculum matrimonii ſine accedente auctoritate Eccleſiæ. 815.

npenſæ. Diviſio Impenſarum. 259.

nperans. Obligationes ſubditorum erga Imperantem tum negativæ, tum affirmativæ. 443. *ſeq.* Imperantis uxor, liberi &c. an pro ſubditis ſint habendi. 448. Rationes fundamentales officiorum, quibus Imperantes qua tales Deo & religioni adſtringuntur. 463. *ſeq.* Animadverſiones de eadem re. 467. *ſeq.* Competit Imperanti ius exigendi tributa, & quæ huic iuri connectuntur; cavendum tamen, ne hoc ius in iniuſtitiam degeneret. 473. *ſeq.*

Quid de iure Imperantis circa privata ſubditorum bo ſit ſtatuendum. 478. *ſeq.* Imperanti ius competit ſeligen ſibi conſiliarios & miniſtros, ſervata tamen magna ci cumſpectione, 482. *ſeq.* item conferendi dignitates. 4 Imperans non ſolum ſupremus rerum civilium iudex e ſed & fons omnis iurisdictionis. 494. *ſeq.* Penes Imp rantem ius vitæ, ac necis reſidet. 507. Imperans p leges non ſuum, ſed civitatis commodum ſpectare debe 521. Quibus legibus obligetur. 439. Superiorem in ten poralibus non agnoſcit, bene tamen in ſpiritualibus, rebus ad religionem & ſalutem æternam ſpectantibu 561. Imperanti duntaxat ius ineundi pacta publica con petit. 587. Imperanti ius belli privative competit, 59 ſicut & ineundæ pacis. 616.

Imperium ſociale quid ſit. 345. Imperii multiplex datur d viſio in ſocietate inæquali. 351. *ſeq.* Imperii civilis noti 416. Requirit iura immanentia & tranſeuntia. *ibid.* Forn imperii vel ſimplex eſt, vel compoſita, regularis, v irregularis. 417. Quid de limite pactitio imperio adiect 419. Imperii forma mixta unde proveniat, & an repugne 420. In comparandis formis imperii ſecernenda ſunt i commoda, ac morbi ſeu vitia. 423. Imperium civile a Deo proveniat, an a populi conventione. 428. *ſe* Proprietates eſſentiales imperii civilis, item & accide tariæ. 431. *ſeq.* Modus acquirendi imperii non eſt orig narius, ſed derivativus. 433. Diverſi acquirendi moc 434. Modi amittendi imperii. 437. Obligationes & iu ſubditorum imperio & ſtatui civili correſpondentia. 44 Imperium ſacrum in Eccleſia durabit ſemper. 682. *ſe* Hoc Principi laico competere non poteſt. 719. *ſeq.* Forn imperii ſacri qualis ſit. 739. *ſeq.*

Impietas crimen religioni adverſum. 168.

Impotentia. Vid. *Matrimonium.*

Imputatio alia facti, alia iuris eſt. 73. Exigit actionem l beram. *ibid.* Invincibile & impoſſibile imputari nequeun 74. Eidem obſtat ignorantia & error. *ibid.* Quis met tollat imputationem. 81. Diverſa ratione, menſura gradu alienarum actionum imputatio fieri poteſt. 84. l tali imputatione ſpectanda cauſa præcipua, ſocia, ſubiect & inſtrumentalis. *ibid.* Oſtenditur, quonam modo in putatio fiat iuſſione, 86. conſilio & ſuaſione, 87. co ſenſu, 89. palpo, *ibid.* recurſu, 90. participatione 9 Tacendo, non obſiſtendo, non manifeſtando. 92. Unc moralitatis quantitas relate ad imputationem deſumenda. 9

ndifferentiſsmus. Notio indifferentiſmi. 166.
nduciæ in bello quid ſint. 614.
niuria in latiſſimo, minus lato & ſtricto ſignificatu accipi poteſt. 44. In quo differat ab iniuſtitia. *ibid.*
nſula ad ſpecies acceſſionis naturalis reducitur. 245.
nvaſio iuri dominii contrariatur. 265.
nventio. Vid. *Res.*
udex. Iudicis iura, & obligationes. 501. Quid notandum circa ſententiam definitivam. 502. An condemnare poſſit eum, quem privata ſcientia certo ſcit eſſe innocentem, etſiamſi probetur nocens. *ibid.* Quid de vi rei iudicatæ. 503. Vitia iudicum & remedia contra eadem. *ibid.*
udicium. Notio, diviſio ac finis iudicii. 496. Ordo iudiciarius quotuplex ſit & quænam exigat. *ibid. ſeq.* Iudicii criminalis notio & corollaria inde deducta. 514. *ſeq.*
uramentum actui ex ſe nulli ſuperadditum eidem actui robur non adiicit. 121. Iuramentum calumniæ quænam contineat capita. 498. Quid de iuramentis per Deos falſos cenſendum. 593.
urisdictio. Eius indoles ac diviſio. 494. *ſeq.* Iurisdictio ſacra alia eſt pro foro interno, alia pro externo. 701. In quo utraque conſiſtat. *ibid.*
us naturæ non bene definiit Ulpianus. 4. Iuris varii, & diſpares ſignificatus. 31. Ad ius, prout facultas moralis eſt, quæ referantur. *ibid.* Ius & obligatio correlativa ſunt. *ibid.* Quorumdam diviſio in ius præcipiens, permittens & inclinans. 32. Regulæ generales circa iura & obligationes. 33. Inter ius & rectum iuris uſum probe diſcernendum. 34. Quid de axiomate: *Ius ad finem dat ius ad media*, ſit ſentiendum. *ibid.* Quid iura connata & acquiſita. 36. Ad iura connata pertinent ius æqualitatis, *ibid.* & hinc quoque ius libertatis & independentiæ ſano ſenſu acceptum. 37. Ius conſervandi ſui ipſius, ſtatusque ſui, ius aquirendi & utendi rebus creatis, *ibid.* ius easdem uſus cauſa apprehendendi, aſſervandi, occupandi & proprias efficiendi. 38. Ius ſecuritatis, defenſionis & præcautionis, ius belli in ſenſu lato. *ibid.* An etiam ius indemnitatis huc referri debeat. *ibid.* Quid iura hypothetica, quid abſoluta. 39. Quid ius in re, ſeu reale, quid ius ad rem, ſeu perſonale. 40. Iuris perfecti & imperfecti origo & notio. 41. Quæ ad iura perfecta, & quæ ad imperfecta reducantur. 43. Quid ius in- & externum. 45. Iura quædam remitti poſſunt, & quædam remitti nequeunt. 46. De conſtituendo iuris naturalis prin-

cipio magna inter auctores diſſenſio. 47. Tres huius diſſenſionis cauſae præcipuæ. *ibid.* Iuris naturalis principium natura eſt perfecte ac complete ſumta. 51. Ius naturæ eſt univerſale, æternum, neceſſarium, immutabile. 52. Quodnam I. N. obiectum, ſubiectum, auctor & finis. *ibid.* Principia I. N. generalia practica ex theoretico generali deducta. 53. *ſeq.* Ad I. N. obligationes non ſolum externæ, ſed & internæ referendæ. 54. Iurium, ſeu facultatum generale principium. *ibid.* Hobbeſii hypotheſis circa ius naturæ quoad potiora capita adducitur & refutatur. 56. *ſeq.* Item Pufendorfii principium ſocialitatis. 61. *ſeq.* Ius neceſſitatis eſt ſtrictiſſimæ interpretationis, 206. & nullo modo bonorum communionem introducit. 208. Ius utendi rebus creatis, commmune omnium hominum quænam complectatur. 234. Iuris ſocialis notio. 341. Aliud eſt æquatorium, aliud rectorium. 345. Quæ circa hæc notanda. *ibid. ſeq.* Iurium civilium publicorum notio & principium. 441. Horum iurium triplex relatio & qualitas. 442. Iuris Gentium definitio. 552. In quo differat a iure naturæ privato. 553. Quid de iure Gentium conſuetudinario & pactitio. *ibid.* Ius legationum inter Gentes. Vid. *Legatus. Gentes.* Iura victoriæ. Vid. *Victoria.*

L.

Laus. Laudis notio, eiusque oppoſitum. 184.

Legatus. Notio legati. 621. Eius character repræſentativus tum generalis, tum ſpecialis. 622. Debet exhibere literas credentiales. *ibid.* Quinam cum legatis confundi non debeant. *ibid.* Admiſſio legatorum eſt iuris naturalis. 623. In quibus legatorum ſanctitas conſiſtat. *ibid.* Quibus aliis adhuc iuribus gaudeant legati. 624.

Lex. Legis naturalis notio, ac deſcriptio, nec non promulgatio. 27. Leges ſocietatis civilis internæ & externæ. 415. Legis in communi notio. 518. In quo differat a pacto, præcepto, ſtatuto, conſilio, dogmate, reſcripto, mandato & regula. *ibid.* Finis & materia, ſeu obiectum legis in quo conſiſtant. 520. Leges aliæ publicæ, aliæ privatæ. 521. Quanam ratione circa leges immutabiles verſetur poteſtas legislativa. *ibid.* Ratio ſufficiens legum multiplex. 522. Diverſi modi, quibus lex circa actiones tanquam obiectum verſatur. 524. Quid ſentiendum de lege pœnali. 525. Quid circa leges irritantes notandum. *ibid.*

ibid. Tam malum, quam mali periculum obiectum legis prohibentis eſſe poteſt: hincque oritur lex fundata in præſumtione. 528. Quænam non ſit apta legum materia. 529. Subiectum activum legis adſtruitur. 531. Vis legum non pendet a probitate legislatoris, *ibid.* nec ab acceptatione populi. 532. Legum abrogatio, diſpenſatio, declaratio &c. a voluntate legislatoris pendent. 533. Forma legis in promulgatione conſiſtit. *ibid.* Effectus vero eiusdem in obligatione, cuius multiplex eſt diviſio. 535. Leges civiles etiam obligant in conſcientia. 537. Subiectum paſſivum legis. 538. Quibus legibus obligetur Imperans. 539. *ſeq.*

S. Leo M. Illuſtris locus S. Leonis M. adfertur, quo Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum ad labores officii epiſcopalis ulterius continuandos adhortatur. 648.

Libellarius contractus quid ſit. 285.

Liberi. Eorum erga parentes officia. 388. *ſeq.*

Libertas an cum cruenta defenſione ſervari poſſit. 220.

Locationis notio. 282.

Loteria quid ſit. 284.

Luxuria repugnat iuri naturæ. 372.

M.

Maieſtas. Maieſtatis notio. 416. Iura maieſtatica immanentia & tranſeuntia. *ibid. ſeq.* Maieſtatis læſæ criminis notio. 443. Vocatur etiam exceptum. 444.

Mandatum quid ſit. 282. In quo a lege differat. 519.

Mare an ſit liberum natura, an clauſum. 573. *ſeq.* Partes maris continenti adiectæ, itemque ſinus & freta occupari, & dominio ſubiici poſſunt. 574. *ſeq.* Obiectiones contra hocce adſertum ſolvuntur. 576. *ſeq.*

Matrimonium. Illius notio & finis. 354. Eius neceſſitas univerſos adficit, non ſingulos. 355. Obiecta contra hocce adſertum ſolvuntur. *ibid.* Matrimonii diviſio, & an ſit natura ſua diſſolubile. 356. Eſt ſocietas ſuo modo inæqualis, ubi tamen imperium deſpoticum, ſervile & politicum abſit oportet. 358. Eſt etiam ſocietas quædam pactitia, atque contractibus annumeranda. 363. Contrariæ rationes eliduntur. 364. Quæ ſint impedimenta dirimentia iuris naturæ. 365. Matrimonia inter conſanguineos & affines an iure naturæ ſint prohibita. 367. Matrimonium Chriſtus Ieſus ad dignitatem Sacramenti elevavit; eiusque eſt triplex bonum. 370. Officia communia & particula-

cularia matrimonio iunctorum. *ibid.* Via ad matrimonium ſponſalia ſunt, quæ varia requirunt. 374. *ſeq.* Quid de ratione perveniendi ad munera & dignitates per matrimonium ineundum ſentiendum. 489.

Membra. Membrorum integritas an cruentam defenſionem admittat. 220.

Mendacium. Eius notio & diviſio. 190. Ab eo non differt reſtrictio pure mentalis. 191. Naturali iuri repugnat. 193. Adverſariorum obiecta diluuntur. 194. *ſeq.*

Mercenarius quis dicendus. 393.

Metropolitani. Origo Metropolitanorum. 703. Quæ Con. Antiochenum de Metropolitis ſtatuerit. 704.

Metus quid ſit. 80. Diviſio metus. 81. Qualis metus tollat, vel non tollat imputationem. *ibid.* *ſeq.* Metus gravis & iniuſte incuſſus, utcunque voluntarium actum afficiat, eum nihilominus reddit nullum. 119. *ſeq.*

Miniſtri Eccleſiæ quomodo conſtituantur. 821.

Miniſtri. Miniſtrorum in ſtatu civili neceſſitas. 481. Eos ſeligendi ius Imperanti competit cum ſumma tamen circumſpectione. 482. *ſeq.*

Modus immutat contractuum formam. 276.

Monarchia. Eius commoda, incommoda & morbi. 427. *ſeq.*

Mollities iuri naturæ repugnat. 372.

Monomachia. Vid. *Duellum.*

Monopolia quid ſint. 566.

Moralitas. Quantitas moralitatis ubi locum habeat, quot modis, & ubi ſpectetur. 93. Secundum ſe ſpectata unde maxime pendeat. 94. Relate ad imputationem actus ex quantitate libertatis & aliis adiunctis dimetienda eſt. 95. Moralitatis quantitas in facto ſingulari perpenditur. 97.

Mulier. Vid. *Vir.*

Munus. Vid. *Dignitas.*

Mutuum quid ſit. 282.

N.

Natura. Varia variorum ſenſa de eo, quod naturæ maxime conveniat. 13. Naturæ contemplatio ad cognitiones practicas hominem deducit. 15. *ſeq.*

Neceſſitas. Eius notio, & favor. 200. Eiusdem diviſio, & gradus. 201. Circa neceſſitatis officia duplex emergit quæſtio, alia facti, alia iuris. 202. In neceſſitate tam ſpirituali, quam corporali conſtitutis ſuccurrere tenemur, ſpectandus tamen neceſſitatis gradus, facultas ſuccurrendi

di

di, & ſuccurrendi modus. 203. Regulæ quoad caritatem erga extreme, vel quaſi extreme indigentes obſervandæ. 205. Ius neceſſitatis eſt ſtrictiſſimæ interpretationis, ad quod variæ regulæ ſpectant, 206. & nullo modo bonorum communionem introducit. 208. Quid vi iuris neceſſitatis in vitam aliorum liceat in conflictu vitæ propriæ, & aliorum per caſus dilucidatur. 211. Vi ejusdem iuris licitum eſt occidere iniuſtum vitæ aggreſſorem ſervato moderamine inculpatæ tutelæ. 213. *ſeq.* Hæc tamen cruenta defenſio indiſcriminatim præcepta dici nequit. 218. *ſeq.*

Negotiatio. Eius notio, & multiplex acceptio. 564.

Nomen. Vid. *Fama.*

Notæ veræ Eccleſiæ. 633. *ſeq.* Vid. *Eccleſia.*

Nundinæ quid ſint. 566.

O.

Obiecta. Poteſtatis ſacræ præcipue ſunt: Unitas fidei exacte cuſtodienda. 757. *ſeq.* Dein ſacræ Scripturæ. 759. *ſeq.* Traditiones. 762. *ſeq.* Symbola fidei, doctrinæ, & libri. 764. Modus procedendi in cauſis iuris divini. 763. Enumerantur obiecta quædam particularia, circa quæ poteſtas ſacra, & rectoria Eccleſiæ verſatur. 817. *ſeq.*

Obligatio naturalis unde deducatur. 19. Notio, & diviſio exhibetur. 24. Active ſumta in quo ſita, & quæ eius ſint requiſita. 25. In quo conſiſtat paſſive ſumta. 26. Quidam obligationem, ſed minus apte in cogentem; & invitantem, ſeu perfectivam diſtribuunt. 30. Quodnam inter obligationes negativas, & affirmativas diſcrimen. 35. Quid obligationes connatæ, & quæ ad connatas referantur. 36. Quid obligationes hypotheticæ, quid abſolutæ. 39. Hypotheticæ ex quadruplici fonte oriuntur. 39. Obligationis perfectæ, & imperfectæ origo, & notio. 41. Utriusque obligationis regula. 43. Obligationum naturalium colliſio & ordo. 54. *ſeq.* Obligatio naturalis caritatis eſt ſuccurrendi in neceſſitate tum ſpirituali, tum corporali conſtitutis, ſpectando tamen neceſſitatis gradus, facultatem ſuccurrendi, & ſuccurrendi modum. 203. Regulæ eiusmodi caritatis erga extreme, vel quaſi extreme indigentes. 205. *ſeq.* Obligatio naturalis, eaque univerſalis, ac mutua cum pluribus annexis eſt effectus pactorum. 278. *ſeq* Obligationum civilium publicarum notio, & principium. 441. Obligationes ſubditorum cum negativæ,

tum affirmativæ erga imperantem, 443. erga communitatem, 445. item erga cives ſingulos. 446. Obligatio ſubditorum ſubiiciendi ſeſe Iurisdictioni ſupremæ, vel ſubalternæ. 495. Obligationis, in quantum eſt effectus legis, multiplex diviſio. 535. *ſeq.*

Obtrectatio. Notio obtrectationis. 184.

Occiſio. Vid. *Aggreſſor.*

Occupatio eſt modus acquirendi originarius, & principalis. Eius notio, diviſio, requiſita, & obiectum. 243.

Oceanus vaſtus dominio ſubiici nequit. 577. *ſeq.*

Officium quid ſit. 27. Officia perfecta, & imperfecta. 43. Perfecta ad iuſtitiam commutativam, imperfecta ad caritatem referuntur. 44. Qua ratione officia imperfecta in perfecta evadant. *ibid.* Officia erga Deum theoretica exigunt, ut homo cognitiones, easque efficaces de Deo habeat, 142. perpendendo Dei perfectionum immenſitatem, de ſe ſubmiſſe ſentiat, Deoque revelanti fidem præſtet. 143. Officia practica internas erga Deum affectiones amoris fiduciæ, ſubiectionis &c. depoſcunt. 145. *ſeq.* Item cultum externum, cuius varia ſunt requiſita, & fundamenta. 148. *ſeq.* In officiis hominum numerus, pondus, & menſura penſanda. 171. Officia erga ſe, & alios non ſegreganda ſunt, ſed coniungenda. 172. Inter officia amor ſui reponitur, qui eſt principium, & præceptum I. N. 173. In officiis præſtandis ordo ſervandus eſt. 175. Primum hominis erga ſe, & alios officium in cura ſalutis, & beatitatis æternæ conſiſtit. 177. Dein vitæ, & membrorum incolumitas curanda. 178. In quibus caſibus hic exceptio locum habeat. 182. Officia hominis quoad exiſtimationem, famam, & honorem. 184. Corollaria hinc deducta. 186. Officia hominis erga alios quoad ſignificationem mentis. 189. Officia hominis erga hominem ex triſti neceſſitatis favore deducta. 200.

Officiales. Quænam de officialium dimiſſione a muneribus publicis obſervanda. 489. Obligationes eorum cum affirmativæ, tum negativæ. 491.

Olla fortunæ quid ſit. 284.

Ordo. Gradus ordinum. 699. Origo horum graduum. 703.

P.

Pactum. Eius notio. 266. *ſeq.* Subſtantialia in ratione generica pacti ſunt verus conſenſus, apta materia, & facultas moralis paciſcentis, quod elucidatur. 2[illegible]0. Ad formam

mam pactorum refertur adiectio conditionis, cujus notio, & diviſio adfertur. 273. Item dies, cuius varia eſt diviſio, demum etiam modus, cauſa, arrha, demonſtratio, & disiunctio. 276. Pactorum effectus eſt obligatio, eaque univerſalis, & mutua, cui plura etiam adnexa. 278. Pactorum origo. 280. Quoad obligationis effectum varia diviſio, modus, & nomen ſpecificum diverſum. 281. *ſeq.* Notio pacti in iure gentium. 586. Pacta bellica varia recenſentur, & explicantur. 614.

Palpo. Vid. *Imputatio. Reſtitutio.*

Parentes. Notio, indoles, & requiſita ſocietatis parentalis. 377. *ſeq.* Origo, & fundamentum poteſtatis parentum enarratis variis variorum ſententiis adſtruitur. 380. Obligatio educandi prolem an utrumque parentem afficiat? 381. Officia parentum erga filios, ac parentalis poteſtatis obiecta, & menſura. 382. Hæc poteſtas eſt inſpectoria, rectoria, & executoria, non tamen ſe extendit ad ius vitæ, & necis. 386. Officia liberorum erga parentes. 388. Parentum merita iuſta ratio non ſunt promovendi ad officia filios. 488.

Patriarchæ ſupremum inter Epiſcopos gradum obtinent. 707. Quando hoc nomen invaluerit. 708. Quot, & quænam antiquitus fuerint ſedes Patriarchales. *ibid.* His poſterioribus novæ acceſſere; & quænam illæ? 709. Quænam præcipuæ cauſæ delatæ fuerint ad Patriarchas, & quousque Iurisdictio eorum ſe extenderit. *ibid. ſeq.*

Pax. Notio pacis. 615. Ius pacificandi eſt conſectarium iuris bellandi, proindeque maieſtatis proprium habita ratione diverſæ imperiorum formæ. 616. Conſenſus paciſcentium qualis eſſe debeat. 617. Materia pacificationis quænam ſit. *ibid.* Effectus, & obligatio pacis. 718. *ſeq.*

Perduellionis crimen quid ſit. 443.

Perfectiones Dei quanam ratione manifeſtentur. 136. *ſeq.*

Perſona. Perſonarum acceptio qua ratione fiat. 487. *ſeq.*

S. Petrus Apoſtolus a Chriſto ſupremum Eccleſiæ ſuæ caput deſignatur. 653. *ſeq.* Poteſtas Petro data fuit Iuriſdictionis ſupremæ, univerſalis, & immediatæ. 685. Eadem poteſtas transmiſſa eſt in ſucceſſores Petri. 686. Petro claves a Chriſto tanquam ſignum imperii ſacri datæ ſunt. 715. Quomodo SS. Patres intelligi debeant, quando dicunt, claves Eccleſiæ datas fuiſſe. 716. Quomodo exponi debeat ea S. Auguſtini loquendi formula, qua Petrum, dum claves acciperet, Eccleſiam repræſentaſſe dicit. *ibid.*

Placetum regium an ſit neceſſarium pro uſu poteſtatis ſacræ. 832.

Plantatio eſt ſpecies acceſſionis mixtæ. 246.

Plato. Platonis opinio de origine civitatum & imperii. 409.

Pignus quid ſit. 284.

Poena. Eius notio, multiplex diviſio, & finis. 505. Poena vindicativa nil abſurdi continet. *ibid.* Subiectum activum poenæ eſt imperans, cui & ius vitæ, necisque competit, 507. paſſivum vero delicti cauſa phyſica, vel moralis. 509. Conſectaria huius doctrinæ. *ibid.* Obiectum poenæ ſunt delicta, duplici ex parte ſpectata. 511. Quænam tum in determinatione poenæ, tum in exactione illius notanda. 512. Quoad poenæ qualitatem temporum ratio habenda eſt. 514.

Politia. Eius notio. 456. Eiusdem principaliora capita, & obiecta. 451. *ſeq.*

Polygamia. Notio polygamiæ. 360. Eius diviſio. *ibid.* Polyandria, ſeu Polyviria repugnat naturali iuri. *ibid.* Num idem dicendum de polygynia? 361.

Pontifex ſummus. In eum ſuprema, univerſalis, ac immediata poteſtas derivatur, quæ fuit in Petro. 686. Hæc derivatio non alium finem habet ex mente Chriſti, niſi ut eius vi, & iurisdictione Eccleſia ſit, maneatque una, ſancta, catholica, & apoſtolica. 689. *ſeq.* Num ſummus Pontifex ſit ſupra concilium. 725. *ſeq.* Limites poteſtatis Pontificiæ in quibus conſiſtant. 729. *ſeq.* S. Pontificis in tuenda ſide, ac quæ divini ſunt iuris, cuſtodiendis ac promovendis præcipuæ partes ſunt. 767. In quo harum præcipuarum partium vis, ac ratio conſiſtat. 768. Quomodo S. Pontificis poteſtas ad conſervandam unionem in Eccleſia ſeſe exerat. 784. *ſeq.* Ius Papæ circa concilia in quibus conſiſtat. 818.

Poſſeſſio. Eius notio, & diviſio. 241. Quæ ad poſſeſſionem acquirendam neceſſaria. 258. Delicta iuri poſſeſſionis contraria. 264. Poſſeſſionis varia perturbatio. 266.

Poſſeſſor bonæ vel malæ fidei quis dicendus. 258. Iura, obligationes, & commoda poſſeſſoris bonæ fidei. 260. Obligationes poſſeſſoris malæ fidei. 261.

Poteſtas in quo a iure differat. 31. Variæ poteſtatis formæ, & nomina. 32. Poteſtas ſocialis quid ſit, quotque partes habeat. 345. Poteſtatis civilis notio, & partes. 416. *ſeq.* Poteſtas ſacra a profana differt origine, fine, & mediis. 455. *ſeq.* Utraque in ſuo genere ſumma eſt. *ibid.* *ſeq.* Poteſtas ſacra non competit Principi laico. 719. *ſeq.* Finis pote-

poteſtatis politicæ quousque pertingat. 753. *ſeq.* Unitas fidei præcipuum obiectum poteſtatis ſacræ. 757. *ſeq.* Poteſtas ſtatuendi impedimenta dirimentia matrimonii quibus competat. Vid. *Impedimenta matrimonii.*

Præſcriptio iure naturali non transfert dominium. 262. Argumenta contraria ſolvuntur. *ibid.* Quidam præſcriptionem ab uſucapione diſtinxere. 264.

Primates quinam vocentur. 709.

Pretium. Eius notio, & diviſio. 310. Quid ſtatuant leges humanæ de pretio ob turpem cauſam ſoluto, vel promiſſo. 311.

Princeps. Principum errores paſſim imputantur eorum miniſtris. 88. Principi laico non competit poteſtas ſacra. 719. *ſeq.* Ius cavendi, quale Principibus quidam Doctores attribuunt, ab omni iurium analogia abhorret. 749. Principibus competit ius advocaticum Eccleſiæ. 755. Genuinam Advocatiæ ideam ſibi efformare poſſunt ex præclara oratione Illuſtriſſimi Fenelonii. *ibid.* 772. Principum tanquam Advocatorum Eccleſiæ præcipuum officium in tuenda Unitate Eccleſiæ, omniumque membrorum cum capite, ac communi centro firmanda comunione conſiſtit. 785. Auctoritas & conſenſus Principum ad Concilia generalia, eorumque, vel Oratorum, quos mittunt, præſentia multis ex cauſis requiritur. Enumerantur hæ cauſæ. 820.

Principium. I. N. Magna Auctorum diſſenſio in ſtatuendo hocce principio. 47. Tres potiſſimum huius diſſenſionis cauſæ. *ibid.* Quid principium eſſendi, & cognoſcendi. 50. Principium Iuris naturalis natura eſt perfecte, ac complete ſumta. 51. Cur natura potius, quam fines naturæ, aut divinæ perfectiones pro principio ſtatuantur. 52. Principia generalia practica ex generali theoretico deducta. 53. *ſeq.*

Probabilitas unde æſtimetur. 101. Diviſio in abſolutam, & comparativam inutilis eſt. *ibid.* Quæſtio de conſcientia probabili dilucidatur. 105. *ſeq.* Cl. Rieggeri hac ſuper re ſenſa, 108. & Vaneſpenii inconſtantia. 109.

Promiſſio de re moraliter impoſſibili, aut de re turpi nulla eſt. 117.

Proteſtantes. Hypotheſes Proteſtantium de regimine ſacro. 722. Præcipue celebratur ſyſtema territoriale, & collegiale; utrumque explicatur. 723. *ſeq.*

Pudicitia an cruentam defenſionem admittat. 220. *ſeq.*

Puſendorfius. Eius principium ſocialitatis. 61. *ſeq.* Eccleſiam Ro-

Romano-Catholicam univerſalem eſſe agnoſcit. 344. Quænam ad conſtituendam civitatem requirat. 412.

R.

Receptatores qua ratione imputationi alienorum actuum ſubiaceant. 90.
Regalia quid ſint, & quotuplicis generis. 417.
Regula. In regulis moralibus tria ſunt diſcernenda. 17. Aliæ ſunt conceſſoriæ, aliæ obligatoriæ, aliæ ſuaſoriæ. *ibid.* Inſunt in hominibus eiuscemodi regulæ. 18. Quæ vis illarum, & quod principium. *ibid.* In quo regula a lege differat. 519.
Religio alia naturalis, alia revelata. 152. Obiective, & ſubiective ſpectari poteſt. 153. Refertur etiam ad ea, quæ & nos, & alios concernunt. *ibid.* Exercitium Religionis aliud publicum, aliud privatum. 154. Diſtinctio inter ſubſtantialia, & accidentalia religionis perturbationibus in Eccleſia viam ſternit. *ibid.* Falſæ quorumdam de religione naturali opiniones adducuntur, & refutantur. 155. *ſeq.* Naturalis eſt obligatio veram inveſtigandi Religionem, 158. eam amplectendi, atque profitendi, & quidem ſine ullo diſcrimine inter eiusdem dogmata. 160. *ſeq.* Præcepta religionis affirmativa, & negativa. *ibid.* A vera religione amplectenda nemo impediri poteſt. 167. Quænam religioni opponantur. 168. Etiam ad res, perſonas, ac loca ſacra ſeſe extendit. 169.
Repreſſaliæ quid ſint. 569.
Reſcriptum in quo a lege differat. 519.
Reſtitutio. Eius notio. 289. Differt a ſatisfactione. *ibid.* Latius patet, quam iniuria, item differt a ſolutione, & exigit æqualitatem. 290. Prima reſtitutionis radix eſt res accepta. 292. Altera iniuſta acceptio. 293. Principia, vi quorum ex iniuſta acceptione obligatio reſtitutionis reſultat. 296. Quid de reſtitutione ob damnum ab animali, vel ſervo datum. 302. Quid item de reſtitutione ob alia damna, quibus culpa adnexa eſt. 303. Tertia reſtitutionis radix ex contractibus oritur, ubi varii culpæ gradus conſiderandi. 304. *ſeq.* Reſtitutio ob æqualitatem læſam in contractibus oneroſis. 309. Quarta reſtitutionis radix in quaſi contractibus hæret, & quomodo. 313. A quo, quonam ordine, & qua ratione fieri debeat reſtitutio. 314. *ſeq.* Reſtitutionis obligatio ex dato pravo conſilio, 316. ex præſtito iniquo conſenſu, 319. ex damni facti participatione, 321. demum ex negativis imputationum modis. 322. Quid, & quantum

tum reſtitui debeat. 323. Quid circa reſtitutionis tempus, quod variis modis determinatur, notandum. 324. Quo loco, & cuius ſumptibus res mobiles reſtitui debeant. 325. Cui reſtituendum ſit in hypotheſi, quod ſatisfieri creditori uni, vel pluribus plene non poſſit. 326. Quid, quantumve, & quo ordine reſtitui debeat in hypotheſi concurſus creditorum, ſi maſſa debitoris minor eſt, quam creditorum nomina. 328. Cauſæ differendæ, aut omittendæ reſtitutionis. 331. Quid reſtituendum ſit, ſi vel ſit damnum irreparabile, 332. vel res interierit, 333. vel debitoris inopia, atque impotentia accedat, 334. aut ſi demum ex ipſius creditoris parte impedimentum occurrat. 335.

Reſtrictio pure mentalis non differt a mendacio. 191. Reſtrictione externa quandoque uti licet, adhibendæ tamen certæ cautiones. 197.

Retorſio quid ſit. 569.

Revelatio ſuperflua non eſt, ſed ſumme neceſſaria. 156. *ſeq.*

Reus. Iura, & obligationes rei. 499. Reo defenſionis locus concedendus admiſſis etiam advocatis. 515. An reus in iudicio capitali, ſi citra confeſſionem ſuam ſe convinci non poſſe videat, crimen ſuum fateri teneatur. 516.

Richerius Edmundus quid ſenſerit de ſubiecto Poteſtatis ſacræ. 717. Quæ fata ſubierit libellus Richerii. 718.

Riegger. Eius ſenſa de opinione probabili. 108. *ſeq.* Quid de de eius diſtinctione inter ſubſtantialia, & accidentalia religionis tenendum. 154. Quid circa diſſenſum auctorum de vocibus Imperii eminentis, & dominii alti ſentiat. 353.

S.

Sacrilegium. Eius notio, & diviſio. 169.

Salus. Salutis æternæ cura primum hominis erga ſe, & alios officium. 177.

Satisfactio. Eius notio. 289. Differt a *reſtitutione*. *ibid.*

Schisma. Notio ſchiſmatis. 777. Varia notanda circa ſchiſma, & ſchiſmaticos. *ibid. ſeq.* Ex antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus mentionem meretur ſchiſma Novatiani. 780. Quæ occaſio fuerit huius ſchismatis. *ibid.* Quid de hoc ſchiſmate animadvertendum. 781.

Securitas. Securitatis internæ notio, & quæ ei obſint. 450. Securitatis externæ conſervandæ media. 454.

Servitus. Quænam ſit vera ſervitutis origo. 390. Alia ultronea, alia coacta eſt: circa utramque varia notanda. 393. *ſeq.*

Servus. An damnum a ſervo datum reſtitutionis onus pariat. 302.

S. Scriptura. Quid de Canone S. Scripturæ definitum ſit a Conc. Trident. 759. Quid de Verſione, editione, atque interpretatione S. Scripturæ decernat. 760. Prohibetur abuſus verborum S. Scripturæ. 761. Quid de lectione S. Scripturæ in lingua vulgari. *ibid.*
Sigillum naturale. Vid. *Arcanum.*
Simonia quid ſit, & unde nominis etymon. 169.
Societas. Eius notio. 339. Eiusdem finis. 340. Coniunctio, ſeu unio politica, & ſalus. 341. Variæ ſocietatum formæ, & ſpecies. 343. Alia æqualis, alia inæqualis. 345. Quid imperium ſocietatis, poteſtas, & regimen, & quæ circa hæc notanda. *ibid.* Societas æqualis, etiam Collegium nuncupata, non excludit Directorium; requirit inſuper Conventus, & vota. 346. Quæ circa concluſum per vota factum ſtatuenda. 347. *ſeq.* Differentia inter ſocietatem æqualem, & inæqualem, ac inter utriusque iura. 349. *ſeq.* Societas coniugalis. Vid. *Matrimonium.* Societatis parentalis notio, & indoles. 377. *ſeq.* Vid. *Parentes.* Societas herilis eſt inæqualis, & pactitia, ac vel ſimplex, vel compoſita. 395. Variæ combinationes ſocietatum ſimplicium. 397. Vera notio ſocietatis familiaris. 399. Societas compoſita maior qua ratione oriatur, & quæ ſit eius indoles. 403. *ſeq.* Societas civilis. Vid. *Civitas.* Societas contractus ſpecies quid ſit, & quotuplex. 283.
Solutio. Vid. *Reſtitutio.*
Sors quid ſit. 284.
Specificatio eſt ſpecies acceſſionis induſtrialis. 245.
Spolium quid ſit. 265.
Sponſalia iam facta ſecunda ſponſalia invalida reddunt, non item matrimonium cum alia perſona contra fidem primæ ſponſæ datam contractum. 272. Quæ circa naturam, & effectum eorundem notanda. 375. *ſeq.*
Stadler P. Daniel S. I. Vid. *Benedictus XIV.*
Status anarchici notio, & indoles. 405. Status civilis. Vid. *Civitas.* Status civilis fucata felicitas ex ſacris literis deprompta, 458. ac cum religionis detrimento male quæſita. 461. *ſeq.* Status civilis & Conſiliarios, & Miniſtros neceſſario requirit. 480. *ſeq.*
Subditus. Subditi ſubiectio qua ratione oriatur, & deſinat. 447. Imperantis uxor, liberi &c. an pro ſubditis habendi. 448. Quid de Iure Imperantis quoad bona privata ſubditorum. 478. *ſeq.*
Succeſſio ab inteſtato an a natura vim habeat. 254. *ſeq.*
Suffragium. Qua ratione ex ſuffragiis in electione iniuſte da-

datis naſcatur reſtitutionis, & reparandi damni obligatio. 319. Vid. *Votum.*
Superſtitio vitium religioni oppoſitum. 168.
Symbolum. Vid. *Fides.*
Syncretiſmus. Notio, & diviſio. 166.

T.

Tentatio Dei alia expreſſa, alia tacita. 146.
Territorium. Eius notio, ac iura territorialia. 542. Admiſſio in alienum territorium ſub quibus conditionibus fiat. 543. *ſeq.* Territorii proprietates, & fines. 578. *ſeq.*
Teſtamentum. Notio & natura teſtamenti. 249. Confirmatur per mortem. *ibid.* Non habet vim transferendi dominia a naturali, ſed poſitiva hominum lege. 251. Adverſariorum argumenta eliduntur. 252. *ſeq.* Teſtamenti factionis antiquitas. 254. Teſtamenta Principum an requirant ſolennitates a iure civili ſtatutas. 539. *ſeq.*
Timor. Timoris filialis, & ſervilis notiones. 145.
Titulus. Notio tituli, & diviſio. 242.
Tolerantia. Eius notio. 166. Non eſt confundenda cum favore poſitivo. 526. Gradus tolerantiæ. 795. Rationum quarumdam momenta ponderantur, quibus tolerantiæ præcones, Scriptoresque hodierni non pauci illudunt hominibus imperitis. 798. *ſeq.*
Tortura. Quid de eius uſu, ſeu iuſtitia ſit ſentiendum. 515.
Traditio eſt modus derivativus acquirendi. 248.
Traditiones divinæ & extant, & pari cum ſcripturis auctoritate gaudent. 762. *ſeq.*
Tributum quid, & quotuplex ſit. 472. Ius exigendi tributa, & quæ huic annectuntur, Imperanti competit; hoc ius tamen in iniuſtitiam degenerare poteſt. 473. *ſeq.*
Trinus contractus quid ſit. 284.
Tyrannus. Tyranni, & tyrannidis notio. 427.

V. U.

Valor. Vid. *Actio.*
Vaneſpenius inconſtantiæ arguitur ob tradita formaliſſima Probabiliſmi Principia. 109. Item notatur. 710. 816. 837.
Veritas logica a morali differt. 190.
Victoria. Notio victoriæ, atque diviſio. 612. Effectus victoriæ circa perſonas hoſtium, res, & iura publica. 613. Victoriæ tum effectus, tum limites ſunt pacta bellica. 614.

Vir

Vir. Penes virum in ſocietate coniugali imperium reſidet, non tamen deſpoticum, ſervile, aut politicum. 358. *ſeq.* An mulieris erga virum ſubiectio a iure naturali, an poſitivo promanet. 359. *ſeq.*
Vita. Vitæ cura obligatio naturæ eſt. 178. *ſeq*. In quibus caſibus hic detur exceptio. 182. Vid. *Aggreſſor.*
Voluntas ultima. Vid. *Teſtamentum.*
Voluntarium quid ſit. 74. Error, vel ignorantia invincibilis & antecedens tollit voluntarium. 76. Omne liberum eſt voluntarium, non contra. 77. Aliud mixtum, aliud purum, *ibid.* aliud expreſſum, tacitum aliud, ſeu interpretativum. 78. Aliud voluntarium negative, aliud directe, aliud indirecte, ſeu in cauſa. *ibid.* Quæ in voluntario directo obſervanda. 79.
Votum. Voti in Collegio uſitati notio, & diviſio multiplex. 346. *ſeq.* Quæ circa concluſum per vota factum ſtatuenda. 347. Vid. *Suffragium.*
Urpheda quid ſit. 498.
Uſurpator Imperii quid circa eum notandum. 439. *ſeq.*

O. A. M. D. G.

